ORBIS POLONUS, SPLENDORIBUS CAELI: TRIUMPHIS MUNDI:...

Szymon Okolski, David Tscherning

Digitized by Google

7
16-A
26

XVI 16.21.
37

9
16 E
20

7-16 A. 26

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


ORBIS POLONI TOMI TRES
OB REMPUB PACE SERVATA
OB ARMIS DEFENSA PATRIA
CRACOVIÆ Typis Franciſci Ceſary.

Digitized by Google

ORBIS POLONVS,

Splendoribus cæli: Triumphis mundi:
Pulchritudine animantium: Decore aquatilium:
Naturæ excellentia reptilium,

CONDECORATVS.

IN QVO

ANTIQVA SARMATARVM GENTILITIA,
PERVETVSTÆ NOBILITATIS POLONÆ
INSIGNIA,

Vetera & Noua Indigenatus meritorum præmia & Arma,
ſpecificantur & relucent.

Nunc primùm, vt Latinitati conſecratus, ita claritate & veritate perſpicuus.

AVTHORE
R. P. Fr. SIMONE OKOLSKI, S. Th. Bacc. Ordinis Prædic. Prouinciæ Ruſſiæ, Priore Cameń. & Illuſtriſſ: Potocij Campiductoris Regni, Ordinario Concionatore.

CRACOVIÆ,
In Officina Typographica Franciſci Cæſarij,
Anno Dñi, 1641.



Illuſtrate piam, clariſſima lumina, Gentem,
Et ſeruate potens viribus imperium :
Morphne decus vobis, & libertatis honores,
Et firmas reparat poſteritatis opes.
Faſcia liligero fruges complexa maniplo,
Pectoris in medio dulce tuetur onus.
Tot Victor nobis vtinam fortiſſimus annos
Viuat, quot niueus grana maniplus habet.

M. Ioan: Cynerſki Rachtamouius,
Coll: Maior. Eloq: Profeſſ. Tylicianus.

Digitized by Google

SERENISSIMO & INVICTISSIMO
VLADISLAO IV.
DEI GRATIA
REGI POLONIÆ,

Magno Duci Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſię, Maſouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolenſci, Czerniechouiæ, &c. &c. necnon Suecorum, Gottorum, Vandalorum Hereditario Regi, Domino Dno Clementiſſimo,

VITAM ET FÆLICITATEM.

ORBEM Polonum, ſplendore politico illuſtrem, ſacratæ crucis imagine excellentem, figuris planetarum radiãtem, Martis trophæis ſpecioſum, Neptuni fauoribus decoratum, Iouis benignitate affabilem, Mineruæ prudentia lucidum, Veſtræ S. Reg: M. Sereniſſimo Poloniarum Regi VLADISLAO IV. humilis, & S. R. M. deuinctus, & deuotus reuerenter offerro,

& dedico. Nam ſicut Sol inter ſpecioſas planetas olympi præeminentiæ dignitatem retinet & commonſtrat: ita Sereniſſimi Reges in Regno, inter Senatores Regni & Nobiles, ſummoperè excellunt; imò Corona Regni totius & ſplendor nobilitatis ſunt & fiunt. Hi enim non aliud legibus, moribus, virtute volunt & ſatagunt, quàm ſplendorem, honorem, decorem, Regno, Nobilitati, Coronæ. Et ſicut video Solem depellere tenebroſam noctem, & nigredine circumueſtitum àërem, inducere verò clarum & lucentem in ſublunarem ſphæram ſplendorem; ita in Regno promotione & auctoritate Regia, omnes Archiepiſcopi & Primates, Epiſcopi & Abbates, Palatini, Caſtelani, & in vniuerſum Senatores, toga ſplendorem, ſago claritatem, militari claua & ſigillo Regali ſuam exiſtimationem, deducunt & firmant. Et ſicut Sol nedum terræ inferiori lumen amicum impartitur radiis, verùm etiam dat lumen lunæ & ſtellis: ita Sereniſſimi Reges, ceu pauperem de ſtercore erigendo, illos tamen, quos ipſis Mars & Pallas, fides in Regem, Rempub. & Regnum perſuaſerint, in ordinem & Nobilium dignitatem,

dedu-

Digitized by Google

deducunt & ſtatuunt, confirmant nobiles & reddunt. Et ſicut Sol, dum interpoſitionem orbis lunæ inter ſe & terram permittit ac patitur, retrahit lunam à terra: ita Sereniſſimis Regibus, eò quòd gladii acumen & pomi gracilitas in coronatione augurata ipſis defertur, datur omnis auctoritas retrahendi honorem & titulum, atque immutandi ſigna gentilitia, & omninò, etiam à nobiliter progenitis, tollendi; ſi videlicet degenerauerint à virtute, & ad vitia contemptibilia declinauerint. Regum namque eſt auream libertatem tueri, decorem Regni confouere, pacem inuiolatam ſeruare, coronam virtutum promouere, legum ſecuritatem iuratam ſanctificare. Et quoniam Orbis hic Polonus, licet modico deſcriptus calamo, non aliud quàm gentilitia Nobilium, & Arma dignitatis & honoris ipſorum in ſe continet, quorum ſcilicet V. Sac: Reg: M. eſt fidelis tutor & verus Patronus, vtpotè à quo & incrementa ſua deferunt & lumina acquirunt, nullum erat conueniens aliis à V. S. R. M. ſiue in, ſiue extra exiſtentibus, offerre, dedicare, inſcribere. Et quod præcipuum ac ſingulare eſt, benigniſſimum & ſolenniſſimum Promo-

torem, Fundatorem, Tutorem; Patronum Prouinciæ meæ Ruſſiæ Ordinis Prædicatorum, (quam vſque ad confinia Moſchorum, Coſacorum, Scytharum, Nouogrodi, Seueriæ, Czerniechouię, Smolenſci, & in Chodak munitionem nouiter erectam, tam in promontorium fidei, quàm fidelitatis V.S. R.M. deduxit & fundauit,) ſemper & vbique ſeſe pręſtitit & effecit. Hunc idcirco Orbem Polonum, cuius Regni V. S. R.M. eſt ſupremus Rex & Parens, humiliter ac demiſsè, cum ſacratæ manus ambaſio deferro & dedico. Recipiat benignè, Æqui bonique conſulat, Protectione foueat, Gratia medeatur. Viuat V. S. R.M. diu incolumis & fælix, virtute comite, ſuperſtite fama, meritoria beatitudine. Camenetiæ in Podolia, vltima Septembr. Anno 1640.

Sacræ & Sereniſſimæ Maieſt. Veſtræ

humilis exorator & cliens

Fr. Simon Okolski, S. Th. Bac.
Prior Camen. Ord: Prædic.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

QVametſi triplex bonum, quod cuiuſdam præoptati finis rationem habeat parens Philoſophiæ Ariſtot. ſtatuerit: verùm quia vtile, magis ad vulgum diuertit, quàm ad Nobiles. Vulgi enim eſt amicitias vtilitate probare: & delectatio magis Epicureos, qui mundum immundum pro termino fœlicitatis ſtatuunt, concernit; quàm vita actu intentione & fine nobiles, ipſum & ſolùm honeſtum nobilium bonum affero. Et quoniam in hoc Opere noſtro Nobilibus deferre honorem intentio eſt, Lectorem beneuolum in his admonitum eſſe cupio.

Primò. Cùm virtuti in actu nullum præſtat adhibere calcar, dum maius ſtudium gloriæ & virtutis in nobili opere Stemmatum excitare intendo: non iam perfectis virtute, claris nobili actione, meritis propriis parentum merita ſuperantibus, vel æquantibus curam adhibeo. Non enim opus eſt benè valentibus Medicus, ſed illis, quos vel minus diligenter officium nobilis adminiſtrare, vel penitus famam glorioſam negligere, vel odioſa conuerſatione, & illicitis actibus denigrare contemplor. Bonos enim & vigiles, laus & decus: ineptos & ignauos, correctio & admonitio conuenit. Refero igitur merita parentum & maiorum vobis proficientibus in virtute & fortitudine; in laudem, aliis à vobis in exemplum: ineptis verò & ignauis, in verecundiam & confuſionem. Armis autem præſentibus & decore Nobilium, ſicut nec mens eſt nec fuit, illos qui verè & propriè nobiles progenie ex vtroq; parente non fuerunt, nobiles affirmare: ita nec illos laudibus efferre, nec titulis nobilium condecorare deſidero. Etſi quomodo inter cognomina & honores nobilium irrepſerunt, hoc vel opinioni aliorum ſcriptorum, quia eos nominarunt tribuendũ, vel quia non perſpecta origine ipſorum, ſomniata ab eis figmẽta inter nobilium gentilitia & arma ordinarunt. Paruus quidem error in principio, magnus fit in fine. Corrigere verò id quod totus Palatinatus (licet quandoq; non ſiniſtrè in eos acclamauerit) non correxit, non quemlibet iam corrigere decet.

Secundò. Nec dubitandum, quòd currentibus annis alii quoq; Nobilium Arma demonſtrabunt, hoc tamen veriſimile eſt, quòd nullus omnia Nobilium arma aſſignabit. Tum quia plurimorum familiæ in Repub. &

Senatu

Senatu grauiſſimæ ita iam deceſſerunt, vt eorum nec mentio, nec memoria, nec literæ habeantur. (reuolue Volhiniam in literis, M.D.Lith.in priuilegiis, Palatinatum Chiiouienſem in diſpoſitionibus, &c. & facilè comprobabis. Fuerunt, non ſunt. Miramur, non memoramur. Tranſiit cum puluere puluis. Caſſauit fama ſine fama.) Tum quia vt Sol oritur & occidit: ita Familiæ cadent & reſurgent: vt qui erat Nobilis, fiat plebeius; & qui erat liber, fiat captiuus, & ècontra. Dabitur ſtante hoc ſole, & ſuccedentibus in Monarchias virtuti ſpecioſa honos fortitudini heroica præmium, referunt autem iſta iuſtitia ipſa diſtributiua nobilis & ignobilis.

Tertiò. Hoc ſupra alios ſcriptores tibi affero. Correctiores Stemmatum origines, & Familiarum lineas videbis, & quos alij non nominarunt, reperies, guſtu quoq; graciliore maſticabis; nedum ob diuerſos colores emblemata & epitaphia, ſed quia nedum regnum hoc tua præmia & merita vt antè, ſed exteræ quoq; gentes & nationes contemplabuntur. Cùm enim Latinitati Gentilitia veſtra donata ſunt, iam nobilem Proſapiam veſtram nedum ſapientiſſimi Hiſpani, doctiſſimi Galli, religioſiſſimi Itali, generoſi Poloni, ſolertes Germani, bellicoſiſſimi Vngari, reuoluent & legent: ſed quicunque maritimi Sueui, Angli, Dani, Scoti, Hollandi, inſuper tota Iliria & Dacia, Regna quoq; Græcorum, Moſchorum, Othomani & Tartarorum, quibus confinia veſtra, magnus quoq; & heroicus animus cum ſummo in Patriam & Rempub. amore, & cognita ſatis & probata fuit.

Vltimò. Ordinem hunc in lectura obſeruabis, vt primo delineatio ſit Gentilitiorum, tum origo. Iuxta verò ſubſtantiam & qualitatem Armorum diſcurſus applicantur, qui nedum ad legendum amænitatem conciliabunt; ſed etiam ad obſeruantias ceremoniarum in ſponſalitijs, donorum dedicationes in nuptijs, terminatæ vitæ humanæ in ſepulturis, viam dicendi cōmonſtrabunt. Pro quibus hoc vnicum à Te nobiliſſime Lector expectabo, & orabo: Parcas, ſi quid vitij ex prælo animaduerteris. Ignoſce, ſi quomodo parciùs vel latiùs alicui Familiæ ſeruierim, occaſio enim & approximatio, non negligentia hoc effecit. Et qui in omnibus tibi precatur fælicia & beata, vti Lectori, Tu quoq; & mihi precare Scriptori. Vale feliciter & æuiternè.

FACVL-

Digitized by Google

FACVLTAS REVIDENDI ET APPROBANDI A. R. P. PROVINCIALIS RVSSIÆ.

FR. Dominicus à Potok Potocki, S. Th. L. Prouincialis Prouinciæ Ruſſ. Ordinis Prædicatorum, Auctoritate Officij noſtri damus authoritatem A. RR. PP. Moderatoribus Studij noſtri Leopolien. Gen. A. R. P. Fr. Thomæ Moſticen. S. Th. Magiſtro & Regenti. & R. P. Fr. Petro Chlaſceuio, S. Th. & Studij Gener. Bacc. reuidendi libros de Stemmatibus Regni Poloniæ, nunc primùm per R. P. Simonem Okolſki in lucem producendorum. In quorum fidem his manu noſtra ſubſcriptis ſigillum Officij apponi mandauimus. Datum in Conuentu noſtro Laticouien. die 27. Septemb. Anno 1637.

Fr. Iacobus Dominicus Potocki. qui ſupra manu propr.
Fr. Stephanus L. Prior Lubart. loco Socij.

Facultas Adm. R. P. Commiſſarij Prouinciarum Poloniæ & Ruſſiæ, & Viſitatoris Apoſt. Ord: Prædicat.

FR. Auguſtinus de Imola, S. Th. Magiſter, Prouinciarum Pol. & Ruſſ. Commiſſ. & Viſitator Apoſtolicus Ordinis Prædicatorum. ORBEM POLONVM, A. R. P. Simon Okolſki, S. Th. Bacc. & Prior Camen. Orbi demonſtrare intendit, quem cum multo labore delineatum per prælum Typographi expreſſiorem reddere, vt prudentum oculis manifeſtius elucеſcat, contendit; authoritatem noſtram qua fungimur adijcere voluit. Quapropter noſtra authoritate Vobis Adm. RR. PP. Magiſtris, Fratri M. Camillo Iaſinſki, & Fratri M. Hiacyncto Miakowſki, Prouinciæ noſtræ Polonæ committimus, vt huius Orbis inſpecturam aſſumetis, vt nulla eclipſi doctrinæ S. Romanæ Eccleſiæ inuenta, eundem conſpectui humano tradatis, manibusque veſtris approbetis. Dat. in Conuentu noſtro Leop. Sanctiſſimi Corporis Chriſti. Die 30 Auguſti, Anno 1640.

Fr. Auguſt. qui ſupra manu propr.
Regiſtr: folio 2. Fr. Honorius Lect. & Socius.

APPROBATIO.

EX *mandato Adm. R. P. Prouincialis Iacobi Dominici à Potok Potocki, S. Th. Bac. Ord: Prædic: vidi Opus certè Lectore dignum, intitulatum* Orbis Polonus, *ſiue Stemmata Nobilitatis Polonæ, multo labore & ſudore, R. P. Simonis Okolſki, S. Th. Bac. Ordinis Prædic. conflatum, in quo nihil inuenitur aduerſari Fidei Catholicæ ac bonis moribus, imò eiſdem incrementa virtutum augeri. Quapropter dignum cenſui vt prælo mandetur. Dat. in Conuentu Leopoli. SS. Corp. Chriſti, Ordinis Prædicatorum. Die 20. Iunij. Anno* 1638.

Fr. Thomas Moſticen. S. Th. M. & Regens Studij Generalis, Ord: Prædicat. Prouinciæ Ruſſiæ.

)()(APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO.

EX mandato Adm. R. P. Iacobi Dominici à Potok Potocki, S. Th. Bacc. Prouincialis Ruſſiæ Ordinis Prædicatorum, præſentatus eſt mihi ad perlegendum nouus & copioſiſſimus liber Stemmatum Nobilitatis Regni Poloniæ, R. P. Simonis Okolſcij. S. T. Bac. Ordinis Prædicatorum, immenſo labore induſtriaq; vtili exantlatus. Qui cum nihil habeat quod Catholicum & benè moratum Lectorem offendat, cum dignum vt in lucem prodeat approbo. Datum in Conuentu Colomien. Contratæ Pocutiæ, 10. April. Anno 1638.

Fr. Petrus Chlaſceuius S. T. Bac.
Prior Colomien. Ord: Prædic.

Confirmatio Adm. R. P. Commiſſarii & Viſitatoris Apoſt. Ord: Prædicatorum in Regno Poloniæ.

Confirmo vt ſuprà. Ego Fr. Auguſtinus de Imola, Mag. & Commiſſarius, ac Viſitator Apoſt. Prouinciarum Poloniæ & Ruſſiæ manu propr.

APPROBATIO A. R. P. M. IASINSKI.

EX mandato Adm. R. P. Fr. Auguſtini de Imola, Apoſtolici Commiſſarij ac Viſitatoris Prouinciarum Poloniæ & Ruſsiæ Ordinis Prædicat. Ego infraſcriptus vidi, & accuratè legi Tomum Primum Operis dicti ORBIS POLONVS, ſumma eruditione refertum, editi ab Adm. R. P. Simone Okolſki, S. T. Bac. Prædic. Gen. ac Priore Camen. eiuſdem Ordinis. Cùmque in eo nihil quod fidei aut moribus aduerſetur repererim, vt iſte Orbis ſole ſuo non careat, typis vt mandetur, dignum iudicaui. Datum Cracouiæ 1. Decembr. Anno 1640.

Fr. Camillus Iaſinſki, Magiſter Ordinis Prædicat. manu prop.

Fr.

Digitized by Google

FR. HYACINTHVS MIAKOWSKI, S. TH. M ac Ordinarius in Eccleſia B. M: V: in Circulo Cracouienſi Concionator.

ORbis Poloni Tomum primum Adm. R. P. F. Simonis Okolſki, S. Th. Bacc. vidi, & cum iucunda intellectus mei dulcedine magna ex parte legi. In quo, dum Author quidquid Orbis vniuerſus in hoc Ampliſſimũ Pol. Regnum ac eius longè patentes ditiones, honeſti ac nobilis perpetuò in flore conſeruandi intulit, quidquid reciprocè nobiliſſimum Regnum cum ſuis Prouinciis ac Ducatibus Orbi vniuerſo gloriæ ac triumphi ſpiritu toga & ſago adiecit; quidquid inſuper nobiliſſimus totius Sarmatici Imperij ſanguis, Religionis in Deum, Reuerentiæ in Eccleſiam, Amoris in Rempub. factis, ſcriptis, ſanguine & obſequio, vnquam profeſſus eſt, deduxit: dignum ſe præbuit, vt non ſolùm à Sarmatico, verùm etiam à toto Orbe gratam beneuolentiam agnoſcat. Eò vel maximè, quod vnus & primus ſit qui Stemmata Nobilitatis Polonæ veridica deductione ex materna lingua, eaq; limites Regni vix excedente, in Latinam tranſlata omnibus mundi nationibus fecit conſpicua. Et reddidiſſet glorioſiora, ſi quod à ſolis Hiſtoricis recepit, ab vnaquaq; nobiliſſimarum Regni familiarum antiquitatis ſuæ, genealogiæ, meritorum, habere meruiſſet. Dum igitur ſcriptum hoc nihil contra Religionem Catholicam Rom. nihil contra bonos mores continet, quinimò potentiſſimi Regni, ac illuſtriſſimæ Nobilitatis gloriam auget: cenſui vt prælo ac publico vſui quantocius, & vtinam cum reliquis eiuſdem Adm. R. P. laboribus exponatur. Dedi Cracouiæ in cella mea, die 1. Ianuarij Anni 1641.

Idem qui ſupra manu propr.

Iudicium Fr. IOANNIS CONSTANTINI MORSKI, S. T. D. Prioris Conuentus Cracouien. SS. Triniattis Ordinis Prædicatorum.

ASpexi & perſpexi Orbem Polonum admirabili eruditione, per elegãti ſtylo, & ſingulari ingenio, R. A. P. F. Simonis Okolſki Ord: Prædicatorum eximij Theologi conditum. In quo nihil fidei Catholicæ incongruum, nihil bonis moribus contrarium, nihil à veritate alienum reperi. Plurima verò ex quibus nobilitas Polona ſplendorem referat & profectum. Siquidem in eo familiarum originem, proſapiarum vetuſtatem, virorum illuſtrium geſta heroica poſteritate meritò imitanda, vni cuiq; legenti & diligenter conſideranti conſpicere licebit. Quamobrem dignum iudico quod & mandetur typis, & omnium teratur manibus, et celebretur linguis. Ita teſtabar Cracouiæ, die vltima Decembris, Anni 1640.

Fr. Io. Conſtantinus Morſki Ord: Prædicat.

Digitized by Google

CONCILIATIO NOBILISSIMI affectus & fauoris in Auctorem.

TAnta diſtantia loci, & per diuinam clementiam ac Sereniſ: Regum benedictionem latitudo florentiſsimi Regni hoc effecit, vt ſpecioſæ nobilitatis familias ad manus & mentem illicò habere non ſit poſſibile. Quocirca humillimè expoſtulo ab Illuſtriſ: Gener: Nobilibus Dominationibus veſtris, vt ſi alicui familiæ, vel origini & meritis non apprimè ſatisfactum in hoc Tomo Primo fuit, me certiorem pro ſua innata benignitate velint: edoceant, producant, authenticæ demonſtrent, & Cracouiam, Varſauiam, Lublinum, & Leopolim, A. R. P. Prioribus Conuentuum Ordinis Prædicatorum tranſmittant. Promitto me ſatisfacturum ſingulis & omnibus expoſcentibus. Et quoniam Tomus alter nunc colligitur, antequam typis committetur, obnixè expoſtulo, inſtruendum litteris & diſpoſitionibus domorũ & familiarum non grauentur: Nunc à littera L. prout Stemmatum denominatio idiomatis Polonici dictabit, vſque ad litteram Z. in hoc Tomo Secundo Deo auxiliante continuabimus. Dùm verò me cum Sacra Religione mea Illuſtriſ: & Gen: Nobilitatibus veſtris, in obſequia obtuli, gratia ſua humaniùs proſequi velint. Exoratorem perpetuum ante vota ſuſcipientem & coronantem Deum obtinebunt.

Digitized by Google

ORBIS POLONI TOMVS I.

ABDANK ſeu HABDANK.

Habdank.



VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

DELINEATIO.

CRomerus lib. 5. ita delineauit Arma. Inſigne hoc, habet lineas iunctas in modum duorum trigonum æqualium, acutos angulos habentium, quorum baſes ſurſum verſus patent. Verùm facilius delineanda veniunt. Arma hæc exprimunt litteram latinam maiuſculam ſurſum baſis obuerſam M, geminatam tamen. Aut V maius, iteratum tamen, & ligatum. Tracturæ ſunt albæ, in campo rubeo, ſuper galeam: corona, ſupra quam, eadem Arma ſunt.

Littera M.
Littera V. geminata & ligata.

ORIGO.

Skuba.

ORiginem Dlugoſsius, quem cæteri ſcriptores ſecuti fuerunt, exprimit. Conceſſa fuêre viro à natura forti robore prædito, cognomine Skuba; quapropter primitus, Skubow vocata. Cùm namque fortiſsimum Alemanæ gentis virum lucta in conſpectu Principis ſuperaſſet, vt Paprocius in Nido refert; ex humili ſorte ad nobile ſubſellium vocatus, miles fortiſsimus fuit. Aſsignant nec immeritò Armorum tempora diebus Grachi Monarchæ & fundatoris Cracouiæ.

Draco perēptus à Skuba.

Illud autem inuentum, quo Draco ſub arce Cracouienſi intoxicatum fuerat, boue ſcilicet artificioſè efformato; nitro, reſina, ſulphure, puluere tormentario impleto, Skubæ huic aſſcribitur. Sed ſunt qui ingeniū Gracho tale aſſcripſerunt. Vnde *in Compendio rerum Pol. ſub Gracho*.

Sulphure farcit ouem Gracus, monſtro obijcit: illo
Interijt ingens bellua victa cibo.

Demùm Anno 1109. (vnde etiam colligere licebit antiquiſsima in Regno Arma Skubow) mutatum fuit cognomen Armorum in Habdank, occaſione Ioannis Skarbek Comitis, à Boleslao Kriuouſtio ad Henricum Imperatorem nuntij. Cùm enim Cæſar ambitiosè admodum & arroganter oſtenderet legatis theſaurum ingentem, hic inquit, Polonos perdomabit. Scarbicus ſtultam iactantiam Cæſaris notans, annulo, quem digito geſtabat, in theſaurum proiecto: Aurum inquit, addamus auro. Scomma intellexit Cæſar, eludendo Habdanck dixit. hoc eſt, Gratias ago. Hinc arma ſua Skubow, receperunt cognomen Habdanck. O magnanimitatem legati.

Magnanimitas legati. Palatium Neronis ſplendidum.

Ampliora iam tibi debemus quàm Dlugoſsius notabat. Erant, inquit, illi ſolertes & viri magni. Maximus tu inde fuiſti. Struxerat quondam Nero Palatium ex auro, gemmis, ſapphiris, alijſque pretioſis margaritis, cui adinuenerat fornicem cryſtallinam, in quâ ſol, luna, horarum ortus & occaſus monſtrabantur ait Sueton.

Fax in die ad Senatum. Polyb. lib. 9. cap. 11.

Vbi dum ſemel conſultat cum Senatu, quidam Philoſophorum aduenit die media cum face lucente dicendo. Lucem luci non addo, ſed pudori duco, in tanta Aſtrorum & Heroum luce, in obſcuro pallio, ſine luce apparere.

O virum magni animi, vt non immeritò quidam.
Hic tamen attolit mens generoſa caput.

Victoria quo fortunatior eſt.

Longè nobiliorem animum nuntij affero, dum audet aurum in præſentia Cæſaris, committere auro. Commonſtrabat enim, nec Regno Poloniæ, & Regi inuictiſsimo noſtro, abfuiſſe theſauros: nec victoriam fortunatiorem fore, niſi iuſtitiæ, pietatis ac religionis viribus munitam.

Ferrum ad defendendum.

Quapropter licet Val. Max. Ciniacam vrbem extollerit, quod vno ore legatis M. Bruti ſuadentibus, vt pecunia data ſint liberi ſuique

iuris

iuris, reſponderint: Ferrum nobis à maioribus relictum quo tueremur ciuitatem, non aurum. Magis tamen Caroli V. dictum efferendum erit, vt in Deo noſtro ſpem reponamus. Non eſt, inquit, cur timeamus, cum præſidio Dei ſatis vallati ſumus. *Franc. Robertellus Orat: Funebr. habita Bononiæ.*

à maioribus relictum, non aurum.

Dei præſidiũ ſumma fortitudo.

FAVSTVM OMEN ABDANCIIS.

MAGNI

Secretarij Regum & Principum.

ANtiqui dum litteras cum notis celebrare cœperunt, magni honoris tunc litteræ erant. Ita M. Manlius lib. 4. Aſtron.

Hic & ſcriptor erit fœlix cui littera verbum eſt.
Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis
Excipiet, longas noua per compendia voces.

Litterarum honor.

Littera verbum eſt.

Scriptores veloces.

Et tales Romana fælicitas, Scribas Regios, Queſtorios, Ædilitios, Pontificios, Militares, nec Roma modò, ſed & Bizantium læta conſpexit. *Curopal. lib: de Offic. Aulæ Conſtantinopol. pag:* 233. Hoc omen ac tale familiæ veſtræ primùm Abdanck præſagit. Eſt namque littera, & in notam perilluſtrem verſa. Nec tantum Lacedæmonijs littera in Scutis Lambda, vel Meſſenijs littera Mi, licet in notas verſa ſplendoris ac inſignij tulit, quantum littera veſtra in notam conuerſa fert & tulit, cum & littera ſit geminata & in cælum obuerſa. Faueant dictis Scarbkouij Magni duces exercituum Regni Scarbimirius, & Sueborius, Faueant graues Archiepiſcopi Wloſtyborius & Slomouius.

Lambda littera Græca, Mi littera Meſſenijs.

MAXIMI IN REGNO.

CHalcidenſis quidam, dum Sillæ adhuc pueri vultum, ingenium, motumq; corporis ſæpiùs contemplaretur: Neceſſe, eſt ait, hunc fieri magnum virum: & miror quod omnium iam primus non fuerit. *Bruſon. lib: 7. cap:* 20. Quis vobis ô Habdancij magnum quid non ominabitur? Me hercule, ſi quis non ominatur, iam cælum ominatur. Hoc ſatis concinnè de Armis veſtris in Epigram. R.P. Matthias Sarbieuius è Societate Ieſu, in Chodkieuicij Caroli laudem expreſsit dicens.

Syllæ facies magnum prætendebat.

Ominatur magnũ Habdancijs, cælum.

Magnus Alexander, Magnus Pompeius habetur,
Magnus habebaris Carole, Magnus Otho.
Scilicet hos magnos, magnifecere triumphi,
Te maior magnum Carole palma facit.
Perlege ſtemma tuum, vincis te, vincis & hoſtem,
Hic quæ terra legi non putat, aſtra legunt.

Chodkieuicij laus.

 Si

Digitized by Google

Si dubitas, hoc ipſe Deo da ſtemma legendum
De cælo magnum, maximus ille leget.

Et V. Gregor. Samboritanus in laudem Stanislai Słomowſki Archiepiſc. Leopol. ita in ſtemma veſtrum.

Słomouia Domus.

Sola refert vnam maiuſcula littera vocem,
Littera res plures congeminata refert.
Hic domus, hæc cuncta repetit Slomouia ſignum,
Nam parit egregios, per ſua facta viros.
Corpore ſunt fortes, animi ſunt robore fortes.
Et virtute viri, parta trophæa gerunt.

PALMA VIRTVTVM.

Scriptura in folijs palmæ.

M. Varro apud Seruium ad lib. 6. Æneid. ait. In folijs palmæ interdum notis, interdum ſermonibus ſcribebant. Cùm palma præſtantior fieri nequeat, Virtute, Religione, Fama, has litteras & notas in ea ſcribite; Hercules, Vlyſſes, Cato, Fabius, Metellus, Annibal. Litteris Romani ſigna militaria notabant. vt prima littera ex nomine ducis, totum nomen notaret. *Alex. ab Alex. lib: 4. cap: 2.* In his palmis veſtris ſi litteram hanc veſtram adnotaueritis, nedum dracones, leones, elephantos notabit, ſed & clarè ſignificabit, & fæliciter pronunciabit. Talis fuerat Choienſki Ioan. Vice Cancel. Regni, quem Philip. Padniewſki Epiſcop. Crac. in elogijs poſt Cromerum lib. 5. multis extollit, Vir clariſsimus, & admirabili ingenio, excelſo animo, maximo conſilio, eruditione & iuriſperitia non vulgari. Quod & Cracouiæ Epitaphium exprimit.

Litteris notabant ſigna militaria.

Choieńſki laudatur.

Padniowſki laudat.

Epitaphium Io. Choieńſki.

Mens ego Regis eram ſummi columenque Senatus,
Idem ope Mercurij, Palladis & Fidei,
Summorum celerem curſum ſuccidit honorum,
Quem dederat virtus, inuida parca mihi.

MAXIMI SCIENTIA.

Linea ſeſe in puncto ſecantes.

O Quàm diſtinctam linearum commonſtrauit differentiam Euclydes: at præcipuè linearum tangentium ſeſe in puncto. Hinc enim profluxere differentes anguli, hinc quadraturæ, trigoni, tetragoni, pentagoni, cæterique Mathematicarum differentiarum ſcopuli. Domus Muſarum quam pulchrè arridet vobis doctiſsimi Habdancij. Ego tamen reginam vobis cui cæteræ ſubſeruiunt ſcientiæ ominabor. Cadentes lineæ veſtræ hæc quatuor regiſtrant.

Veritas, Victoria, Virtus, Vita.

Catena virtutum.

Quæ ita ſibi inuicem ſunt colligata, vt nec catena Homeri vicinius poſsit.

Quæ

Quæ enim eſt Veritas ſine Virtute?
Quæ Virtus ſine Veritate?
Quæ Vita ſine Victoria?
Quæ Victoria ſine Virtute & Vita?

In ſumma quæcunque media ex his quatuor tanges, extrema concordabunt; & ſi quæ extrema tetigeris, media reſpondebunt.

At in vobis

Omnis res iam eſt in vado, vt Terent. dixit. Hinc de tumulo vmbra Pſarſki Officialis Gneſnen. loquitur. Quæris qua is ſolertia in conſilijs dandis, qua iuſtitia in cauſis decidendis, qua benignitate & liberalitate in pauperes fuerit, interroga ſingulos, rem tibi ex ordine pandent.

SVMMI RELIGIONE.

Librum ſignatum quis leget? Stemma veſtrum liber ſignatus eſt. Eſt enim geminatum V. iteratis vicibus, miris faſcijs ſtriptum, Quis igitur librum hunc leget? Illum Apocalypſeos, legit agnus, iſtum leget ſapiens. Quomodo? Sapienter. *Liber ſignatus.*

Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Igitur valedicite vanitati. Sit animis veſtris Carol. V. Imperat. ſenſus, qui abdicatis Imperij ſceptris, ſuo Domino vota reddere elegit, & dies ſuos precibus conſecrauit. Sit repetita cuiuſdam Philoſophi morientis, recens veſtra in memoria lectio. *Linquo* inquit *coax ranis, cras coruis, vanaq; vanis.* Eiuſmodi virum ex armis veſtris Ioan. Konarski Epitaph. Crac. 1580. celebrandum offert. Dum legirur *Carol. V. ſceptra depoſuit.* *Epithaph. I. Konarſki decorum,*

Cur ſic deſpectus rigida ſub arbore pendes
Tam diram pateris cur bone Chriſte necem?
Pro me quidem ſuffers, mea crimina portas,
In cruce tu moreris, ne crucifigar ego.
Omne igitur toto mihi quod contigit in orbe,
Atq; animo iuncto corpore, ſemper habe.

LINEA FAMILIÆ ABDANCK.

SKubow *primus parens Clenodij miles fortiſſimus, Anno 999. Michaël filius eius, Comes maximæ dignitatis, cuius filij* *Skubow.*

I. Lampertus *Epiſcop. Cracouien. Anno* 1083. *De quo Chriſtoph. Kantſki, in vitis Epiſcop. Cracouien.*

Præſulis ob cædem longum paſtore carentem
Lampertus prudens accipit inde gregem.
Tranſtulit in propriam Staniſlai oſſa Cathedram,
Permotus multis mirificiſque modis.

Magnus honor cæſis pro Chriſti nomine membris
Debetur, quorum vita perennis erit.

Skárbek. II. Michael, *à quo & familia Scarbkonum propagata fuit. Notabant familiam ſuam à Gory ſeu de Gora.*

Ioannes Skarbek Comes à Gora, ad Henricum Imperat. nuntius 1109.

Skarbek pius fundator. *Michaël Skarbek de Gora Comes, monaſterium Lubineń. in Maiori Polonia conſtruxit & dotauit Ord. Sancti Benedicti. Anno* 1114. *Ibidem quieſcit. Dlugoſſius eum ſingularis deuotionis & zeli, in Deum & Religionem Chriſtianam, dicit.*

Skarbek dux exercitus Regni. *Skarbimirium Ducem exercitus Regni, & contra Pomeranos,* 1106. *Boleſslai Kriuouſti temporibus, vbi & oculum dextrum in conſpectu Regis amiſit. Pugnauit & in campo Canino contra Henricum Imperat. Pugnauit & contra Bohemos. Verùm dum contra Principes proteruè ac minùs fideliter egiſſet, excæcatur (vt ferunt) penitus. & loco cædere coactus. Caſtellano Cracouień. Senatoriam ſuperiorem conceſſit.* Cromerus lib: 5. *Et* Miechouius lib: 3. Cap: 10.

Ruslaus Comes, in cuius monaſterium Suleiouien. exædificatum fundo Caſimirus Princeps poſſeſſionibus ampliauit. Miechoui lib: 3.

Fundator Skarbek. *Ioan: Skarbek Comes de Gora Monaſterio Pokrzywnicen. à Caſimiro fundato, villas aliquot donat,* 1186.

Skarbek dux exercituum Regni. *Wſeborius Skarbek Vladiſlai II. temporibus Dux exercituum Regni.* Cromerus lib: 6.

Skarbek Archiep. Gneſn. *Wloſtyborium Archiep. Gneſn. Cathal.* 1279. *At confirmationem non recepit, ob Principis affectum duriorem Præmiſlai. Quinquennio Archiepiſcopo Gneſna tunc caruit.*

Skarbek Ep. Poſnan. *Petricium Skarbek de Skorzeuo. Dlugoſſius Epiſcop. Poſnanen.* 1265. *filium Drogoslai Comitis meminit.*

Skarbek Pal. Send. *Skarbek Caſtel. Caliſien.* *Albertum Palat. Sendomir.* Cromerus lib: 12. *qui à Paganis ex arcu baliſta transfixus fuit. Anno* 1357. *Et Dlugoſſius A.* 1488. *Nicolaum Caſtellanum Caillſien. meminit. Skora de Gory.*

Skarbek Gubern. Ruſſiæ. *Scarbkonem de Gora priuilegia Ducatus Ruſſiæ rubeæ in Caſtro Leopol. Gubernatorem dicunt Ducatus A.* 1436. *Cuius poſteritas clara in Ruſſia hæc fuit: Petrus Skarbek. Ioan. Skarbek in Saranczuki. maximus militia, ſummus ingenio vir. Reliquerat filium Petrum & Margaretham filiam, quam in matrimonium Baworowſki acceperat. Tertius eorum Germanus æterna memoria clarus Raphaël, qui ex Oſtrowſka Armorum Leliua prolem acceperat. Soror horum Scarbkonum Iudici terreſtri Halicien. Martino Wilczek Tribuno Leopol. in coniugium data fuit.*

Konarſki. Konarski *Hi Scarbkones ſunt. Nam & Gora ex qua originem Scarbkones ſuam habent, illis ceſſit. Statiua eorum in Maiori Polonia. Aliorum in terra Sendomiren. & ſub Vngariæ montibus. Magnæ reputa-*
tionis

Digitized by Google

tionis viros commendat dictum Caſimiri Iuſti, vt Cromer. refert, quem & Comitem Princeps nominat. Non Comitum inquit, iudices, vt pro maxilla illata mihi in iniuria miles hic, cuius opera in R. P. aliquando mihi erit neceſſaria, intereat. Ioannem Kondrſki fuiſſe nominat Papr. Anno 1177.

Ioannes Kondrſki, Epiſc. Crac. 1534. *Paproc. proponit. Sed Chriſtoph. Kantſki ad Annum* 1503. *aſſumptum in Epiſc. & Ducem Seuerień. refert. In cuius laudem ita illle:* *Konarſki Epiſc: Crac. ſedit annos 21.*

Gymnaſium Craci artibus, at ſplendore Cathedræ
Huc aliiſque ornat pluribus aula bonis.
Confectus Patriæ curis, confectus ab annis,
Tomicio, Chriſti tradit ouile ſuo:
Vtilitate gregis motus. Quàm tempore noſtro
Difficile huic ſimilem quis reperire quæat?

Cadit Epiſcopat. vtiliter & pie.

Ioannes Konarſki Palat. Kaliſień. germanus Epiſc. Cracouień. qui reliquit filios Adamũ Epiſc. Poſnanień. 1574. *& Ioan. Caſtell: Kaliſień.* 1578. *Hic ex Opalińſka Marſchalci Regni filia & Generali Maioris Poloniæ, filiam vnicam Annam, poſtmodum Coniugem Zborowſki, Caſtell. Gneſneń. &c. reliquerat. Cuius pietatem Epitaphium in Zborow dicet.* *Ioan: Konarſki, Palat: Kalyſień.*

Ioan. Konarſki Præpoſitus Swietomichalſcen. Canonic. Crac. filius Staniſlai Konarſki, Marte & Pallade clariſſimi; cuius Præpoſiti deuotus animus apparet ex Epitaph. Crac. Anno 1580. *Ioan: Konarſki, Can: Cracouień.*

Cur ſic deſpectus rigida ſub arbore pendes,
Tam diram pateris &c.

Kolaczkowſki *de Konari, idem eſt origine & ſtatiuorum diuiſione cum Konarſciis, per abuſum obſceſſam forte fraternam villam Kolaczkouice, ſic nuncupatus. Præmiſlaus de Konari Kolaczkowſki Caſtellanus Konarienſis in Aula Sigiſmundi I. multis obſequiis commendatus: tempore Sigiſmundi Auguſti pietate & zelo Religionis Catholicæ feruentiſſimus, pluries ad exteros Reges, Principes functus eſt legationibus, Vbislaus de Konari Subcamerarius Caliſien. vir doctus & vſu loquendi exoticis nationibus cognitus fuit. Ab hoc ſtrenui milites & Rothmagiſtri tanquam ex equo Troiano prodiêre. Nepotes eius Pacoſius & Iacobus ſupra modum candore & amicitia in Maiori Polonia excellucrunt. Nicolaus de Konari Kolaczkowſki Iacobi filius Caſtellanus Krzinineuſis, Viſlenſis & Pilenſis, Capitaneus, Sereniſſimi olim Regis Poloniæ Sigiſmundi* III. *multis & variis functionibus maximè ſub tempus abſentiæ & expeditionis ad Regnum Sueticum probè & fideliter commendatus. Sereniſſimi & Victorioſiſſimi Vladiſlai IV. Regis Poloniæ in prima ætate nutritius omnibus morum comitate & candore charus & perſpectus fuit. Duas reliquit filias Conſtantiam & Cæciliam, Conſtantia ceſſit in matrimonium* *Kolaczkowſki.*

Digitized by Google

nium Magnifico Stephano à Grudna Grudzinſki, Palatinidi Rauenſi, Capitaneo Vſlen. Pilen. Bolemouicnſi. Cæcilia nupſit à Leſzno Leſczynſki Palatinidi Brzeſtenſi. Stanislaus de Konari Kołaczkowſki Præpoſitus Caliſien. Canonicus Gneſn. Sereniſſimi Sigiſmundi III. Secretarius Abbatiæ Landen. nominatus, ſtrenuam & fidelem ſub tempus Moſchouiticæ expeditionis operam Sereniſſimo protunc Principi Vladislao nunc glorioſiſſimo Regi Poloniæ & Sueciæ præſtitit. Andreas frater illorum germanus Sereniſſimæ Conſtantiæ Auſtriacæ, Sereniſſimi olim Sigiſmundi III. coniugis Reginæ Cubicularius. Georgius ſtrenuus miles & in pacificandis ac decidendis amicorum controuerſijs felix. Andreas de Konari Pakoſy filius, translatus eſt de Maiori Polonia in Palatinatum Sendomirien. ſummo vir ingenio ſcriptq pariter & eloquio functus, ob idque Illuſtriſſimo Ianuſio Duci in Oſtrog, Caſtellano Cracouien. charus fuit: eius opera in difficilimis temporibus Reipub. vſus eſt, ſcripſit de Arte Militari, liber hic in Archiuo Illuſtriſſimi extare debet. Andreas & Alexander eius filij ſtrenui contra quemuis hoſtem milites & probati. Andreæ filij quatuor, Alexander, Ioannes, Andreas, Stanislaus. Ioannes in Comitatu Sereniſſimæ Conſtantiæ infantis obſequia Camerdini peragit. Cæteri ad omnia magna nati. Marcus Pakoſy patruelis ſtrenuus miles, & in Maiori Polonia terræ ſuæ Palatinalis varijs factionibus clarus. Filij ipſius Andreas & Albertus, hic hoſpitalitate & candore paucis ſecundus, ille multis expeditionibus contra varium Reipub. hoſtem ſtrenuus miles probatus fuit. Alberti filius Procopius, vir ſtrenuus & ad ſumma natus. Petrus de Konari Kołaczkowſki, vir pius & religioſus. Filij ipſius Martinus, Petrus, Georgius; omnes ſtrenui milites & rerum agendarum dexteritate prompti. Martinus Æconomus fuit Ducatus Seuerien. Sereniſſimi Principis Vladislai, & in arce Smoleſcen. fatis ceſſit. Petri filij quinque, ex Elizabetha de Bnin, procreati; Adamus in Aula Sereniſſimi Sigiſmundi III. Regis multum ætatis inſumpſit, & ſtrenuus in agendo apparuit. Sigiſmundus, Ioannes, Petrus ſeruitio bellico, Stanislaus intenti vitæ ſuæ tempora finiuêre. Iacobus de Konari Kołaczkowſki, Canon. Cracouien. Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius; vir literatus ingenio viuaci, maiorum ſuorum factis & geſtis intentus reſpondere conabitur.

Choienſki Epiſc. Crac.

Choienski *in Maiori Polonia in Kaliſien. & Poſnan. Palat. Ioan. Choienſki Cathal. meminit, Anno* 1538. *Epiſcop. Crac. Quem nedum Cromerus, ſed & Padnieuius Epiſcop. Crac. ſummè commendarunt. Eius animum in virtutibus & pio affectu ita aperuit Kantcius.*

Epitaphium Choienſcij.

O mihi ſi plures annos fera parca dediſſet,
Et vellent vitæ fata fauere meæ.
Quàm tibi multa forent noſtro de nomine, quamque
Afflue-

Afflueres magnis Grachia docta bonis.
Sed quia, quod volui, nequeo; grata accipe mente:
In rebus magnis & voluiſſe ſat eſt.

Filij ex fratre Epiſc. Anno 1584. *Hieron. Canonic. Crac. & Poſnanień. Et Petrus, qui iuuentutem ſuam in exteris nationibus excolendo, in Cæſarea Rudolphi Imperat. Rom. militaria exercitia, ſummo profectu & effectu deducebat. His temporibus Ducis in Oſtrog Vladislai Dominici ductor exercituum contra Koſacos in Starzec Choieńſki fuit.*

Buczacciorum *familia clarior ſole. Gabriel Capit. Camenec.* 1260. *Nicolaus Palat. Podoliæ. Georgius & Ioannes à Tartaris interempti. Michael Buczacki Caſtel. Halicien. & alter Capitan. Sniatinen. de quibus multa præclara & æterna memoria digniſſima referunt Hiſtorici, & præcipuè* Cromerus lib: 21. 28. 29. *Theodorum Gubernatorem Podoliæ à Vladislao Rege, meminit* lib: 20. & 22. *Quos expedita manu in anguſtis & impeditis locis adortus multis incommodis affecit, & multos captiuos liberauit.* Buczacki.

Iacobum Epiſcop. Plocen. & alios plurimos graues ingenio, ſalutares bello, victores hoſtium, & procuratores ſtrenuos, regni ſcripta referunt. Verùm Periodum paſſi cæleſtûm incolæ fieri meruerunt. Sic tranſit gloria mundi. Vt non immeritò quidam de morte;

Vis? non vis, ego iure meo procedere cogor.
Effluxêre, annus, menſis, & hora, dies.

Iazlowieccy *de Buczac. Georgius Iazlowiecki* 1577. *Palat. Ruſſiæ, Magnus Dux exercituum regni, Lubacouien: Sniatinen. Czerwonogroden. Capit. Nullus hoſtium regnum S. Crucis illo præuidente grauiter inuaſit; Nec aliquis Magnorum Ducum, tam profundè in hoſtilem terram exercitum ante ipſum introduxit. At non eſt cognitum bonum niſi amiſſum, dum per deceſſum, magna deuaſtatio in confinibus Regni per incurſiones Tartarorum acceſſit. Reliquit ex Tarłowna Inciſoris Regni filia Michaelem Capit. Chmielnicen: auidè parentis veſtigia in rebus agendis obſeruantem.* Iazlowiecki.

Nicolaum Capit. Sniatinen: qui in exteris nationibus eximia indolis ſpecimina collegerat. Demùm in patria Iankulium Palat. Valachiæ, hoſtem Ruſſiæ & Regni colligauit vinculis, qui iuſſu Regis Leopoli truncatus fuit. Clarus vbique & illuſtris. In ſenatu, grauis ſententiá; in bello, expeditus authoritate; domi, humaniſſimus fuit.

Andream Capit: Czeruonogrod. & Hieronymum, Filias verò, vnam matrimonio Martino Czuryło, alteram Wolſcio in Podchayce, Heduigis verò Belzeccio, dotata, Omnes Clariſſimi & Generoſi milites, Rothmagiſtri Generales Duces. Verùm lineam hanc Iazłouieciorum auream, iam Hieronymus terminauit, cum ſtexilis cum filia Illuſtriſſimi Ducis in

Oſtrog Ianuſſij deceſſiſſet. Cuius laudes encomia, Epitaphium in Eccleſia Ord: Prædic. Iazłouecia dicit, & ad ſpeculandum offert.

Białobrzeſcy *in Palat. Sendom. Martinus Epiſc. Cameń. Claræ Tumbæ Abbas, multoties Legatus, ad Confœderatos milites, ad Cæſarem Maximilianum vt ſuperſedeat à Regno Pol: & in Vngaria, ad exequias Chriſtoph. Batherij. Plurimos conſcripſit libros ad vtilitatem S. Eccleſiæ. In cuius Arma in Agenda ſub titulo eius, Coloniæ A.* 1578. *impreſſa hæc leguntur.*

Fælix ante alias Vrbes Camenecia, fælix
    Podolici populus promptus ad arma ſoli
Te Białobrzeſi meritò eſt Martine potenti
    Præſule, diuini potibus ingenij
Doctrinam, pietas, longè pulcherrima virtus
    Splendore exornat, cum grauitate ſuo.
Iudicium Regis Stephani hic cognoſcite, tales
    Ille Senatores quod facit eſſe ſuos.

Andreas, quem alij Stanislaum, Białobrzeſki Abbas Andreiouień. Anno 1578. *non abſimilis fratri Humanitate, Liberalitate, Religione.*

Słumowſcy *Stanislaus à Sigiſmundo Rege Epiſc. Laodiceń. Suffragan: Cracou. vitâ, ætate maturus, eruditione & virtute conſpicuus, & in vtroq; iure exercitatiſſimus. Archiepiſc. Leopol. De hoc Scrobiſouius Canon. Leopol.*

——————— Conamine magno
    Promouit Cathedræ commoda quæque ſuæ.

Pękosławſcy *in Palat. Sendomir. de Pękoſławice. Stanislaus cum Georgio Iazłowiecki indefeſſus miles, poſtmodum cohortum ſub Gedanum Illuſtr. & Reuerendiſſ: D. Epiſc. Cracouień. Krasinski gubernator ſtrenuus, & à Stephano Rege ad Laternam machinarum bellicarum vigilans cuſtos, animum Regis ita conuertit, vt contra Scythas & Moſchum ad Pölociam &c. præfectum militiæ elegerit, ac in Filandiam tranſmiſerit, vbi in meritorum præmia, cum certa ſumma pecuniaria, Mariemburg. & Aſcaradum collatum ſibi priuilegio accepit.*

Cieklinſcy *à Cieklin, ex Ruſſia in Poloniam & ſub montes Vngariæ tranſlati, in hæc tempora ſub papilionibus & in Curia Regis & Ducum, florent, ac gloria & fama domus magnificæ ſuæ, conſulunt. Stanislaus Cieklińſki, Vice Capit: Sanocen. Quem ita Croſnæ Epitaphium, Virtute, fide, ſapientia, ac pietate præſtantiſſimus, in Domino obdormiuit Anno* 1568. *Andreas filius, multarum linguarum peritiſſimus, Canonicus Cracouień. Epiſcopis dilectus fuit. Hunc Paproc. vita, ingenio, doctrina, grauitateq; morum Clariſſimum refert. Nicolaum Germanum Stanislai Burgrabium Cracouień. referunt. Qui reliquit Florianum Camerarium*

Digitized by Google

rarium Palatinatus Sendomir. & Chriſtophorum militia præclarum. Filius Floriani Ioannes Camerarius, Palat. Sendomir. & Vice Cap. Officij Nouæ Ciuit. ex filia Kreſij. Alter filius Stanislaus Rothmag. vſque ad ſenium. Et Nicolaus apud Hieremiam Palat. Moldauiæ magnus militia. Qui reliquit filios, Dobeslaum Secr. S. R. M. Alexandrum & Ioannem. Alios Cieklinſcios in Podolia Laticouiæ plurima Epitaphia referunt, immortali gloria maxime dignos, Alexandri Iacobi &c. Quorum relicta poſteritas glorioſa facta, è tumulis virtute ac fortitudine reuocare & reuiuiſcere conabitur.

Warſiccij, *in Palat. Lancicień. pacis belliq́; gloria illuſtres, ſemper floruerunt. Origine à familia Skárbek veniunt, & ſicut ille primus in gente ſua Ioannes Skárbek de Gorá, ob egregium magnanimitatis Polonæ in Aula Henrici Imperatoris editum ſpecimen, (dum ingenti per iactantiam oſtenſo auro, aurum de manu propria detractum addidit) ſtemmate antiquo, nouum cum gloria, acquiſiuit cognomen Habdank. Ita hi à natiua Maiorum ſuorum non degeneres virtute, dum pretioſo nobilitatis auro, ignitum pietatis in Deum & Patriam aurum accumulant, nouis inſignitum lemmatibus antiquatum ſuum ſtemma exornant. Ex hac Illuſtri familia velut ex equo Troiano tot tamq́; inclyti proſiliunt viri, quorum alios Martis labores continui, alios pacis iucundæ tranquillitas, hos zelus Patriæ, illos amor fidelitasq́; Principum, omnes boni communis vtilitas commendat, vt pote qui ſe non ſibi ſed Patriæ & bonis omnibus natos eſſe arbitrantur.*

Arma eorum gentilitia explicant tres iſtæ tracturæ, ab imo quidem ſimul iunctæ, ſurſum verò diſiunctim tendentes. Crediderim arma hæc, Spartanorum more, triplicis in hac familia generoſæ ætatis, ſenum ſcilicet, iuuenum, ac puerorum ſymbola geſtare: Senes cum gloria caneſcentes occinunt: Nos quondam fuimus inclyti bello viri: Iuuenes ad virtutem nati & educati inquiunt: Nos iidem modo ſumus ſi velis periculum facere. Pueri innatæ parentum maturantes virtuti ſpondent: Nos fortitudine plurimum præſtabimus. Quidni præſtent? Cùm tracturas has Titan Sarmaticus deſcendere nunquam aſcendere ſemper in poſteris intueatur, vt non immerito ex Plauto in Bachide illud ipſis appropriem:

Ite nunc fortes, vbi celſa magni
Ducit exempli via.

Acta Terreſtria Lancicieñ. ſub anno 1484. mentionem faciunt Staniſlai de Wárſzyce, qui Vincentianæ de Lanzenice Palatiniſſæ Breſteñ. & Capitaneiſſæ Lancicieñ. quatuor millium aureorum Vngaricalium precio bona hæreditaria obligauit, in eodem Palatinatu conſiſtentia, videlicet Oppidum Skoſzewy cum pagis ad il-

lud ſpectantibus, nimirum Byſzowy, Kalen, Mieczkowa Wola, Moſkiew, Polik, Witkowice, Bendon, Buczek, Oſtrow, Parzyce, Czerzchow, Modlna, Krzeſzow maior & minor, Leznica maior, Bogdáncow, Tymienicá, Dąbrowká maior & minor. Quæ bona ab eadem Vincentiana reſignata, anno Dñi, 1484. ad Regem Caſimirum peruenerunt, vti acta in hanc formam teſtantur.

Actum in Terminis Terreſtribus Lancicień. Feria tertia proxima Conductus Paſchalis, anno Domini, Milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo quarto.

Veniens Nobilis Staniſlaus de Warſzyce, ſanus mente & corpore exiſtens, non compulſus nec coactus, nec aliquo deuio errore ſeductus, ſed matura ſua ex deliberatione amicorum ſuorum ſano fretus conſilio, publicè & per expreſſum recognouit, quia omnia bona ſua hæreditaria in quatuor millibus florenorum Hungaricalium auri iuxta Acta Caſtreń. Lancicień. reformata & inſcripta, videlicet Oppidum Skoſzewy, necnon villas ad ipſum Oppidum ſpectantes, hoc eſt Byſzewy, Kalien, Mieczkowa Wola, Moſkiew, Polik, Witkowice, Bendon, Buczek, Oſtrow, Parzyce, Czerzchow, Modlna, Krzeſzow maior & minor, Leznica maior, Bogdancow, Tymienica, Dabrowki maior & minor, cum eorum iure & dominio quod ſolus tenuit & habuit, agris, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, borris, gais, rubetis, indaginibus, aquis, piſcinis, fluminibus, fluuijs, riuis, ſtagnis, lacubus, molendinis aquaticis & ventilibus, ac eorum emolumentis & menſuris, Oppidanis, incolis, villarijs, Cmetonibus, Cenſibus, Obuentionibus, Laboribus, Angarijs, Curijs, prædijs, domibus, Arcis, hortis, & omnibus fructibus ſeu vtilitatibus vniuerſis ad dicta bona ſupraſcripta ſpectantibus quorumlibet nuncupatis, vel in futurum nuncupan. quæ ibi nunc ſunt vel in futurum fieri poſſunt, nihil pro ſe in eiſdem bonis excipiendo à Graniciebus ad Granicies Magnificæ Vincentianæ de Lacznice ſeu Viazd, Palatiniſſæ Breſteń & Lancicień. Capitaneiſſæ in quatuor millibus florenorum Hungaricalium auri puri & iuſti ponderis inſcripſit & inſcribit, ratificat & reformat per præſentes, cùm effectu per ipſam Magnificam Vincentianam teneń. habeń. vti frueń. & poſſideń. vſque ad debitam certam & realem deſcriptorum Quatuor millium florenorum ſolutionem. Quæ quidem bona ſupraſcripta præfata Magnifica Vincentiana debet tenere à Natiuitate ad Natiuitatem Domini more obligatorio in ſumma ſuperius expreſſa & inſcripta. Intromiſſionem debet ei dare in bona ſupraſcripta in duabus ſeptimanis, per miniſterialem quem habere poterit ſub pœna LXX. Marcarū & litteraria. Et hic idem in pręſentia Iudicij Nobilis Ioannes de Rogozno cum ſufficienti procuratorio, tanquam patruus Clenodiatus pro parte Magnificæ Vincentianæ acceptat eandem ſupraſcriptam obligationem, inſcriptionem, ratificationem & reformationem, Præſentibus ibidem Magnificis & Generoſis ac Nobilibus Thoma de Sobotha Lancicień. Andrea de Wroczyny Brzezineń. Caſtellanis, Vladiſlao de Milonice Pincerna, Ioanne de Wozniki Vexillifero maiore; Ioanni Karwat de Stoki Venatore, Petro de Gay Vexillifero minore, Adamo de Parzynczew Gladifero Lancicień. Martino de Krośniowice, Adamo de Wozniki, Alberto de Glandzianowo, Petro de Kamiona, Petro de Golice, & alijs multis circa præmiſſa fide dignis & honore.

Pietas

Pietas illorum erga Deum quæ ſit, templa & Sacella frequentia Illuſtribus Warſicciorum ſumptibus extructa, & magnifice dotata, omnibus palam faciunt. Cernis hanc egregio opere in Modlna antiqua Warſicciorum poſſeſſione extructam Eccleſiam, quam à fundamentis manus illorum erexit. Capella quoq; eidem Eccleſiæ coniuncta illorum impenſis ſtetit, vt communis fieret ſepultura Warſicciorum Familiæ, quæ villam Miazſſa Sośnia dictam pro annuali dote aſſignatam habet. Præterea Varſauiæ Virginum Deo dicatarum Eccleſia eiuſdem familiæ opera extructa eſt, quam Stanislaus Warſſycki Theſaurarius Regni à fundamentis excitauit, dotauit, & propria ſepultura nobilitauit. Oſtendit Oppidum Brzeźiny, & aliud ad Eccleſiam ſuam ſitum Sacellum eiuſdem Theſaurarij Regni ſumptibus dotatum, in quo ſoror eius Mariana de Warſſyce Laſocka Vexilliferi Lanciciеń. vxor tumulata quieſcit.

Ex eadem domo oriundus Ioannes Iacobi Warſſycki filius, dum Patriam fortiter ab inuaſiuis hoſtium armis tutaretur, acriter dimicando ſub Rewel in acie occiſus eſt, mille ſtrenue mortes ſubiturus pro chariſſima vnius incolumitate Patriæ. Matthias verò Enſifer Lanciciеń. ex Rumiſſewſka tres magnæ expectationis ſuſcepit filios, Ioannem, qui ſub Magno Zamoſcio cohorti Equitum Præfectus, poſtmodum cælebs obijt. Epaminondæ ni fallor dictum amplexus, hic enim (vt refert Stobæus ſer: 66.) *interrogatus, quidnam vtilitatis homo caperet innuptus? reſpondit*: Pro Patria mori non dubitare. *Hunc ſequitur Stanislaus Warſſycki eiuſdem Matthiæ poſt Ioannem filius, qui nihil tam affine laudi duxit, quam id, quod acri ſtudio, virtute, ac boni nominis excellentia partum eſt. Is primum in Aula Sereniſſimæ Annæ Iagelloniæ cum honore familiæ ſuæ verſatus, poſtea in Aulam Sereniſſimi Sigiſmundi III. migrauit, cui quam gratioſus in vita fuerit, mors illius & funebris ſolennitas quam ille præſentia ſua Regia decorare voluit abundè teſtatur, quem etiam dum pro recuperando ſuo hæreditario Regno in Sueciam nauigaret, indiuiduum itineris comitem habuit, cui ille difficillimo tempore in Sueciam magna ſubmiſit auxilia. Is eundem Regem magna Equitum haſtatorum Peditumq; manu, ſuis proprijs impenſis, ſolo amore in Regem tractus glorioſè iuuit, tam in Expeditionibus contra Moſchum factis, quam in formidoloſo bello ciuili, quod communiter Rokoſs dicitur, dignus certe, vt ab optimo Rege, illud Pyrrhi aſſertum ſibi tribuatur, quod ille Ciuibus ſuis, Pyrrhum fæliciter de bello redeuntem Aquilam ſalutantibus, reſpondit: Per vos Aquila ſum, quid enim non eſſem, cùm veſtris armis ſubleuer? Functus præterea magna cum laude legatione, ad Ioannem Baſilidem magnum Moſchouiæ Ducem. Poſtmodum ab eodem Rege, in cuius Aula gratioſus extitit,*

Supremus Regni Theſaurarius deſignatur, in eo munere, tanta virtutum ac præcipue liberalitatis ſpecimina oſtendit, vt omnium in ſe conuerteret oculos, magnaq́ poſteritati ad imitationem ſui exempla relinqueret: Nam cum vbiq́ immoderata militum licentia, ſub tempus Confœderationis ipſorum graſſaretur, & omnia publica vectigalia intercepta, prouentuſq́ pro menſa Regia inſtituti imminuti fuiſſent, ipſe aliquot menſibus, propriis fructibus, pro dignitate Regiam Maieſtatem ſuſtentauit. Geſſit poſtmodum plurimis in Rempub. meritis & Regiam Maieſtatem clarus, Præfecturam Cobrineń. in Magno Ducatu Lithuaniæ, Varſauień. Ośieceń. & Czerſceń. Cum vero in dies pene ſingulos virtuti generoſæ de præclarè geſtis aliquid ſuperadderet, annuentibus omnibus bonis, laborioſum munus Theſaurarij in Palatinat. Podlachiæ commutauit, ſed tam cordatum Senatorem inuida mors, Regno præceps abſtulit & toti familiæ de oculis lachrymas excuſſit. Mortuus eſt anno 1616. & Varſauiæ in Eccleſia propriis ſumptibus extructa, ſepultus. Cuius fama nunquam moritura etiam poſt cineres viuit.

Tertius Matthiæ Warſ̈ycki filius Andreas Succamerarius Siradień. vitam quietam, & ab omni ambitione alienam honorificentiſſimè duxit, contentuſq́ ſorte priuata, Senatoriam dignitatem aliquoties ſibi oblatam recuſauit, locauit ſibi in matrimonium Catharinam de Rokſ̈yce, de Armis Pobog, fœminam raræ prudentiæ & ſanctitatis, de qua illud Eccleſiaſtici 26. dici potuit: Sicut ſol oriens mundo, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ, moribus enim ac pietate coniugali inclytam Warſicciorum familiam, mirum in modum illuſtrauit, & prole ſanctè educata, veluti auro obrizo, Theſaurum Habdanckorum amplificauit. *Fruſtra ô Mater Grachorum Cornelia, ornamenta domus tuæ, filios è ſchola redeuntes iactabunda præſentas: En Catharina Warſ̈ycka, marito ſuo tres filios, & duas filias gignendo, totam Poloniam in laudes ſuas conuertit, Adamum Warſ̈ycki Aulicum S. R. M. Stanislaum Palatinum Generalem Maſouiæ: qui Magni illius Caſtellani Crac. Ducis in Zbáraż, neptem & hæredem, Duciſſam de Wiśniewiec in matrimonium accepit, Paulum Caſtellanum Conarień. Lancicień. Quos ne in faciem laudare videar, illud ſaltem Horatij gratulandum appono:*

--- --- --- Viuite fortes
Fortiaque aduerſis opponite pectora rebus.

Præter hæc tria Regni ornamenta, natæ ſunt ei & duæ filiæ, quarum natu maior Catharina primum in matrimonium iuncta fuit Illuſt. Gabrieli Comiti à Tarnow, Generali Capitaneo Cracou. poſt mortem huius, Illuſtri Ioanni Zebrzydowſki, Enſifero Regni. Alteram autem minorem natu, iunxit ſibi Magnificus Dominus Georgius Kalinowſki,

quæ

quæ morte immatura è viuis ceſſit, ſepultaq; eſt Petricouiæ in Eccleſia Monialium S. Dominici ſecundi habitus, quam illis mater ſua, propriis ſumptibus à fundamentis erexit, & dotauit. Ex eadem familia ſuperſtes manet Alexander Warſzycki, in Warſzyce & Białe hæres, optime verſatus in rebus & linguis exoticis vitam adamauit priuatam, liberos ex vxore Walowſka reliquit.

Suchodolſcij *ex Sendomirień Palat. Nicolaus Capit: Księżyneń. & Marnauæ. A Moſchis 1578. obſeſſus, fortiter hoſtem repreſſit. Moſchis, ereptis tormentis bellicis, victorem ſe demonſtrauit. Kniazium Obolinſki, Kniazium Kropodkinia, & alios in captiuitatem recepit. Pauco milite* propriis *ſumptibus collecto, glorioſe de hoſte triumphabat.*

Lewikowſcij, *Albertus acierum Ductor, Caſtrorum Cuſtos & rector, ſub magnis exercituum Ducibus Zamoyſki, Zołkiewſki, Koniecpolſki, in expeditionibus Vngaricis, Moldauicis fuit, &c. Epitaph. Bari in Podol.*

Rogowſcij *in diſtrictu Radomień. Fælix Abbas Sieciechouień. vt Epitaphium ibidem.*

Rogouius fælix Abbas hac mole ſepultus
Luſtra iacet vitæ poſt duodena ſuæ,
Quod fuit immortale Polo ſtellante receptum eſt,
Fama etiam in terris non moritura viget.

Ioannes Rogowſki, vir Martis & Palladis, Germanus ſuus Stanislaus, in diſtrictu Chelmenſi ſua ſtatiua poſuit. Nicolaus ex Siedlecka prolem reliquit.

Borzykowſcij *in Palat. Siradień. Fridericus Præpoſitus Steinbergeń. in Morauia, vir acer ingenio, & pietate clarus.*

Piotraſzewſcij *in Palat. Sendomir. Erat Ioan: ViceCapit. Oſuecimeń. Reipub. in Legationibus proficuus.*

Ankuikowicz *in Palat. Cracouień.* Beſzewſcij *in Palat. Sendomirień.*

Przezwiccij *ex Palat. Łęczycień. Stanislaus acquiſiuerat bona in Palat. Sendomirień.* Radzanowſcij *in diſtrictu Wisliceń.*

Milkowſcij *in Palat. Sendomirień. Iacobus veteranus miles, ad Zamoſcij inſignia.*

Iugoſzewſcij *in Palat. Sendomir.*

Klonowſcij *in diſtrictu Radomſceń.*

Kowalſcij *clarus ætate & virtute.*

Dunikowſcij *in Premyslień. Terra.*

Byſtrzeiowſcij *ex Palat. Lublin.* Dłotowie *ibidem.*

Czarkowſcij *ex diſtrictu Drohiceń.*

Woiewodſcij *ex Podlaſceń. Vnus ex illis à Moſchis crudeliter occiſus Wlad. 4. expugnante Smolenſcum.*

Mikołaiewſcij *ex Gneſneń.* Szczyienſcij *ibidem.*

Digitized by Google

Malczewſcij *ibidem.*

Roguſcij *in Maſouia & in Ruſſia. Erat Albertus ſub Chmielnik S. R. M. Rothmagiſter bello vbiq; clarus, & ad prouectam ætatem Caſtris deditus, reliquit ex Karśnicka filios optimæ ſpei.*

Raimirij *in diſtrictu Lukouień.*

Chorynſcij *in diſtrictu Kośćineń. Symon Chorynſki qui reliquit filios Iacobum Rothmagiſtrum famoſiſſimum apud Ludouicum Regem Vnriæ, ex tormento bellico, à Turcis occiſus, Albertum & Ioannem milites, Martinum & Matthiam ex altera vxore. Qui inſeruiendo aliis conſumpti ſunt, & bona ſua Choryn Brodniciis vendiderunt.*

Rogozinſcij *in Palat. Sendomirień.*

Kuniccij *in Maiori Pol: Exornant virtute familiam.*

Skoroſzewſcij *ibidem, obſeruant famæ lumina.*

Oborſki *ſub Steph. Rege optimus miles ad Kieſſiam, Polociam, Sokoliam, Lenuartiam, Iaſkaratiam, ſua namq; Tyrocinia in exteris regionibus, & Cæſaream Maieſtatem acuebat.*

Białoſkorſcij *in Palat. Płocenſi, Erat Notarius Campeſtris, Regni & Leopol. Terræ, ac ſimul Rothmagiſter S. R. M.*

Wołczek *in Chełmenſi Terra, denotatio quidem hæc eſt extrinſeca, at propria Rokuć, Ioannes Miles, & eximius Rothmagiſter.*

Borzyminſcij *in Dobrineń Terra.*

Bielenſcij *Aptarunt virtuti animum.*

Czelaticcij *in Præmyslień.*

Wazenſcij *in Palat. Płoceń.*

Dąbrowſcij *in Palat. Sieradień. Bernardus ex Kurpiowná reliquit filios quinque.*

Magnuſcij *venantur æuiternitatem pietate.*

Pſarſki *Albertus, Iuris vtriusq; Doctor, Canonicus, Vicarius, & Officialis in Spiritualibus Gneſneń. Generalis, vir eximia eruditione, ſingulari prudentia, ſumma pietate præditus, vt dixi ſupra.*

Leſczynſki *Notarius Płocenſis, vnus & Germanus ſuus, ibidem Canonicus, erat Capit. Radzeieuień. & Legatus in Moſchouiam: Papr. in Biberſtein.*

Młynkowſcij *in Maiori Polonia.*

Woienkowſki *Paulus, Secr. S. R. M. & Notarius Theſauri S. R. M. ad ſoluendū exercitibu: Regni ordinatus fuit. Factus locuples, cito mortuus.*

Budziſzewſcij *Noti Ducibus exercituum & Regi, in bello, Caſtris, & expeditionibus variis.*

ABDANCK

ABDANCK SECVNDO.



DELINEATIO.

SImile Stemma præcedenti, ſed in hoc differt, quod ſuper galeam eſt erectus Leo, anterioribus vnguibus placidè Arma Abdanck continens.

ORIGO.

ADditionis Origo tam celebris vnde fuerit? Democritus dicet. Magna gaudia, niſi ex facinorum præclarorum ſpectaculo naſcuntur. Ex Prudentia, fortitudine, Conſtantia. Nam nec Prudentia ſine Fortitudine præclara elicit, vnde Plato in Phædro. Prudentia & magna vis, natura coniungi ſolent, nec fortitudo ſine prudentia alta molitur, vnde Iſocrat. Fortitudo cum prudentia iuuat, ſine ipſa verò magis lædit habentes, nec Fortitudo ſine Conſtantia, nec conſtantia ſine fortitudine & prudentia, præclara facinora gerunt, cùm hæc ipſa Romanos & in prudentia prudentes, & in fortitudine fortes effecerit, dicente Horat.

Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumq; ferro.

Refert *Hector Poeta Boet. lib.* 2. Quod Ferguſio primo Scotorum in Albione Regi, inſigne fuerat, Leo erectus rubēs, aurea facie, cauda verberans

berans terga, vt mos feræ eſt ſeſe ad pugnam incitantis, generoſam ſignificans iracundiam. Mane hoc inſigne de hinc Regum Scotiæ. Dum talem additionem conſidero, Leoninam virtutem in Abdantio, iunctam fortitudini Prudentiæ & Conſtantiæ ſuſpicor. Et verè ita erat. Carolo Imperatore cum Turcis pugnante, agilis Turca, manuq; ſtrenuus ante conſpectum Caroli plurimos curuo gladio decapitabat. Hortatur verbis & donis, vt aggredi fortis inſidiator poſsit: Magnus animo Matthias Machowski de Familia Abdank, ad Cæſarem militiàm tractando procedit in medium, & auidum ſanguinis hoſtem haſta adorſus eſt, ac vinctum Imperatori reddidit. Gratus officij Imperator, cum aureis donis, & ornatum Leoninum eius inſignijs Abdank addidit. Hinc velim perpendita ponderoſa D. Bern. verba in Epiſtolis. Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus, in ipſa rerum difficultate. *Et Val: Max: lib: 3.* Æqualiter ſe in aduerſis gerere, quid aliud eſt, quam ſeuientem fortunam in adiutorium ſui pudore victam, conuertere.

Vir fortis in aduerſis.

LINEA FAMILIÆ MACHOWSCIORVM.

NIcolaus Machowski *cui addito facta, reliquit ex Dambrowſka Balthaſarum filium. Hic poſt iuuenilem ætatem honorificè peractam, & conatus glorioſos militares, copulatus matrimonio, ex Iezowſka reliquit Ioannem, Petrum, & Martinum filios, & filiam. Eius Germani erant Stanislaus Abbas Mogilneñ. Nicolaus miles, & Achacius. In expeditione contra Koſacos, Anno* 1637. *miles ſtrenuus Machowſki fuit.*

AICHI-

AICHIGER vel AICHINGER.



DELINEATIO.

SCiurus rubens ſupernè, albus infernè, pedibus anterioribus erectus, in campo aureo. Super galeam & coronam, Sciurus intra duo cornua. *Sciurus.*

ORIGO.

EX Germania in Regnum Pol: veniſſe, conſtat ex ſecundo Aichinger, Sigiſmundo primo regnante, per Zibultum Aichinger, qui in Ruſsia Nobili ſanguini per matrimonium coniunctus, claram familiam ſuam incolis virtute commendauit. Prima tamen Armorum origo, ex Francia Orientali, vt ex Epitaph. Cracouiæ habetur, aſſumitur. *Aichinger.*

FAVSTVM OMEN.

Solertia in rebus agendis.

STemma veſtrum, ſolertiam in rebus agendis, offert. De qua Eurip. *Et quid vires ſine ſolertia? Periculoſiſſimum impedimentum.* Sciurus enim tranat amnes exiguo ligno pedibus ſuppoſito, caudā pro velo expanſam gerens, vt in Collectan. apud Pier. *Solertia in rebus.*

Exiguus tranat ceu flumina magna Sciurus
Res gerimus magnas viribus ingenij.

Sciurus quomodo aquas tranat.

Quod

Sciurus ſolertiam ſignificat. Solertia ingenium largitis.

Quod ſolertiam eiuſque vim ſignificaſſet, Oppianus narrat. *Quæ plus obtinet in difficilibus & impeditis, quàm vires.* Vnde Paradinus. *Solertiam, ingenij largitorem dixit.*

LABOR IN VIRTVTE.

Non temere. *Negotia quomodo tractãda.* *Cura omnia conſtant.*

NON *temere.* Hæc verba Cochleæ conantis ſalebroſum iter ad excelſum montis, Io: Bapt. *Pittonus in Hierogliph. ſubſcripſerat.* Sed de Sciuro veſtro iocundius eadem *ſuadente Ariſtot. 3. Ethic.* fero. Negotia, *inquit*, aggredienda cunctanter, ſed in ſuſceptis conſtanter inhærendum. Quod vtrumque Sciurus habet, qui Caſtaneam quamuis aſpero & ſpinoſo cortice circumdatam, tam diu laborioſè tractat: donec aperiat & fructu veſcatur. Hinc Pinander. *In cura & diligentia omnia conſiſtunt.* Stemma igitur veſtrum erit omen laboris, diligentiæ, & curæ, in Virtute: vt dicere poſsitis

Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem
Si verè ornari, laudis honore cupis.

Virtutis imago.

Quapropter *Q. Smyrnæus in Clipei Achillis deſcriptione lib: 5.* Virtutem in celſiſsimo monte collocat, ad cuius faſtigium, non niſi extremo cum ſudore & periculo ingenti peruenire licet, vnde & Silius Italicus virtutem ſic loquentem introducit

Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle penates,
Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo.
Aſpera principio (nec enim mihi fallere mos eſt)
Proſequitur labor ad nitendum, intrare volenti

PRÆCVSTODITIONES
Ad ſolertiam proſequendam.

Gloria ſtudium. Themiſtocles melior ex tropheo Milthiadis.

PLut. *in Apoph. Græc.* Gloriæ ſtudium, excuſsit amorem voluptatum. Clauum *vt aiunt clauo.* Vnde Themiſtocles compotationem & mulierum otia reiecit, vt Milthiadem triumphantem ex Barbaris apud Marathonem conſpexit, dicens: *Milthiadis trophæũ, non patitur me dormire, neq; ceſſare.* Sic præibat ſolertia Aichinger. Sic ſequimini Virum.

AD VIRTVTEM ET LABOREM.

Labor in virtute. Feneſtra ad vitia.

PLurimum nocuit Reip. quiſquis feneſtram vitijs aperuit. *Plut. in Lacon.* Talis eſt qui fugit virtutem. Quapropter vituperatur Seruilius Vacia, Prætorius vir, & diues, qui negotiorum odio abdiderat ſe in villam *à Seneca Epiſt: 51.* cum eò præterirens dicebat. *Hic ſitus eſt Vacia.* Subindicans. *Nihil intereſſe inter mortuum, & inerti*

Vacia enim mortuo ſimilis.

otio

otio abditum. Concordat *Plat. in Laert. lib:* 3. *Nemo dormiens vlla re dignus eſt.* Ergo in animis habete prudentiam, in lingua ſilentium, in vultu verecundiam. Et illud Claudiani in Epithalamijs Honorij foribus imprimite:

Non quiſquam fruitur veris odoribus.
Hibleis latebris, nec ſpoliat fauos,
Si fronti caueat, ſi timeat rubos,
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes. *Nil ſine labore.*

LINEA AICHINGERORVM FAMILIAE.

Zibultus *Aichinger*, vel vt alij volunt, *Aichiger, Sigiſmundo I. regnante, in Ruſſia & bona tenuit, & ſtatiua ſua conſtituerat. Ex Maleckowſka Magni gubernatoris filia, reliquerat Zibultum & Georgium.* *Familia Aichingerorum.* *Zibultus erat vir maximè tractabilis, & viuacis ingenij, ac moribus benè compoſitis. Bochdano Palat. Moldauiæ, maxime charus. Georgius verò Stephano Regi adoleſcens ad obſequia applicatus Principis gratiam diligenter obſeruauit, vndè ad Reges & Principes mittebatur. In Vngaria cum Riſperterowna, matrimonium coluerat. Qui Riſpert in Curia Reginæ Iſabellæ Pediſſequam Gaiowſka de Armis Rola, (ex qua hanc filiam habuit) in connubia impetrauerat.* *Gaiowſka.* *Auguſtinus Aichinger ex Fratre Zibulti primi, præcipuus miles, & hoſtium ſtrages. Familia Aichingerorum, vſq; modo in Pokućia reperitur, militiæ dedita ſub ſignis militaribus Martini Kazanowſki, Campiductoris Regni, ac filij ipſius Dominici Kazanowſki, Notarij Generalis Exercituum & Capit. Bohuslauień.* *Kazanowſki.*

AICHINGER STEMMA SECVNDVM.



DELINEATIO.

LOco campi eſt ſcutum lineis diſtinctum ad ſex campos ſupernè binos, infernè quadrinos. Primus Campus eſt rubeus, ſuper quem turris alba, ſecundus Campus eſt flauus, ſuper quem Sciurus erectus. Interius verò, Campus primus niger, ſecundus flauus, tertius rubeus, quartus albus. Deſuper verò ſuper Coronam ſunt alæ duæ expanſæ, leua inferius rubea, ſuperius alba, dextra verò è contra. Inter has vir armatus cum ſtricto gladio, cuius manubrij pomum aureum eſt.

VNDE ADDITIO FACTA EST.

DVM Aichinger in Ruſsia Familiam ſuam virtutibus claris clariorem effeciſſet: accidit vt feruente hoſte Scytico, ac depopulante omnia igne & ferro, etiam Auguſtino Aichingerio litteræ antiquæ Nobilitatis, teſtimonia & monumenta abſumpta ſunt. Excurrit igitur ad Imperatorem Rudolphum 2. Auguſtinus Aichinger. Anno 1577. & de data 2. April. Nobilitatis teſtimonium, & additionem ad Arma hæc, de Clementia & Maieſtate Cæſaris accepit. *Papr. in Stem.* Hinc accipe ſolem veritatis, *ex Eurip.* de Nobilium domo & loco.

Pecuniæ

Digitized by Google

Pecuniæ quidem domeſticæ nos deficiunt,
Nobilitas autem & generoſitas manent.
Papè. Nobili Patre naſci.
Quantam vim habet ac authoritatem,
Quamuis enim pauper, ſi qui honeſto loco natus eſt.
Honore tamen afficitur: & animo ſuo reuoluens
Patris nobilitatem ſuis moribus proficit.

OMEN BONVM

Ornamentum Patriæ.

Mira hæc varietas, tamq́ue armorum pulchritudo, dulce, decorum, admirandumq́ue omen vobis proponunt. Cum Petrus Sabaudiæ Comes apud Othonem 4. feudum petiturus, Homagiumq́ue facturus veniſſet, tali habitu comparuit. Latus dextrum aureo torque & auro, ſiniſtrum armis inſignioribus & acutioribus adaptauit. Quærit Imperator, quid tam inuſitatus veſtium habitus moduſq́; protenderet? Reſpondit. Aurum geſto in dextra, ad honorandam Maieſtatem Imperatoriam, Arma autem læua ſuſtinet, vt contra eiuſdem maleuolos ad extremum vſque ſpiritum dimicem. *Camerinus in Meditullio Hiſtor: cap: 6.* Ita vobis omne ſit dulce & decorum, pro Patria & Principe, & agere & pati. Hoc namque Stemma veſtrum à vobis requirit. Sic enim declinabitis inuidiam vulgi, & inſidias odio vos proſequentium cauebitis, *vt dixit Theobulus.* Sic cum potentia manſuetudinem ſeruabitis, & reuerentia digni eritis ab his, qui in vos inciderint, *vt dicebat Philo.*

Petri Sabaudiæ Comitis habitus ad feudum.

Stemmata quid innuant.

ACADEMIA GLORIÆ.

Demetrius Phalerius Ptolomæum Regem hortabatur, vt libros de Regno emeret, ac legeret. Nam de quibus amici Reges admonere non auderent, ea in libris ſcripta eſſe. Stemma veſtrum ceu quædam Academia & liber, memoria quædam ac virtutis ſtimulus eſt. Legito igitur ac memoria complectere hoc primùm, *quod Nazianz. in Orat. de Athanaſ: reliquit.*

Libri Regibus legendi, cur.

Quod ſol eſt ſenſibus, id intelligentibus eſt Deus.

Hinc quidam Pòëtarum.

Mons omni hoc, niſi ſol foueat viduatur honore
Quicquid ages, caſſum diſperit abſq́; Deo.

Abſq́; Deo omnia nihil.

Legito & hoc ſecundùm quod Cato Vticenſis, in Lybiam exercitum ducturus, militibus ſuis inter alia ſuggeſſerit, vt Lucan. lib. 9.

Dux milites animabat.

——— Serpens, ſitis, ardor, arena,
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris,
Lætius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtum.

Animi imperterriti ſymbolum. Quapropter Othoni ſemper verè magno hierogliphicon illud gratũ & in vſu fuit; vbi Aper à canibus venaticis agitatus, ſumma vi venabulum irruit, quod aut excutere conatur, aut ab illo confici cupit. Signum fortis ac imperterriti animi, & ſymbolum. *Pet Angelius Bargæus lib*: 4. *Cinegatic. obſeruauit.* Arripe igitur licet mortem honeſtam, ne paulò poſt moriendum tibi ſit, ſed honeſtè facere non ſit tibi amplius integrum.

LINEA FAMILIÆ.

AVguſtinus *Aichinger, Eques Franciæ Orientalis à Facha, qui ornatus virtutibus, varias Regiones & hominum mores perluſtrauit, linguarum Turcicæ, Græcæ, Latinæ, Polonicæ, Valachicæ peritus. Sed ſterilis, Cracouiæ obijt* 1582. *Frater Patruelis Georgius ei monumentum poſuit.*

ALABANDA
Seu
ALBA LVNA.



DELINEATIO.

Alabanda

Alba Luna.

MEdia Luna alba, erectis ſurſum vtriuſque cornibus, intra quam eſt caput equinum verſus cælum ore diſpoſito collo Lunam tangens, coloris nigri, Campus eſt coloris griſei. Supra galeam verò ſunt pennæ Strutionis, alij tres pingunt.

ORIGO.

Digitized by Google

ORIGO.

Mieſchonis primi Catholicorum Principum Domini, Epiſcopus primus Kruſuiceñ. Lucidus ex Italia, à Summo Pontifice miſſus, Anno 966. in Regnum Arma hæc intulit. Ita *Bielſcius fol:* 52. Paprocius autem in Nido virtutum, militem eo nomine dictum à ſua Patria & loco, tempore Boleſlai Kriwouſti, ex Carinthia in Regnum cum his armis veniſſe refert. Sed prior ſententia communior videtur. *Epiſcopũ primus in Poloniam.*

OMEN BONVM REGNO.

Propagatio Fidei S.

PHyſico Aſtrologi proprietates Lunæ contemplantes, pallidam, rubicundam albam, pluuiam flatum, & ſerenitatem futuram præſagiunt. Cùm ergò Luna hæc ſit alba, ſine periculo, ſerena dabit. Et ſicut Scorpio, Leo, Aries, Taurus, quia ſupra Lunam eiuſque orbem numerantur, & quodam modo quieſcunt, ideò non nociua ſublunaribus, ſed proficua ſunt. Ita & hic Equus, quia ſuper Lunam eſt, proficua & fælicia Regno attulit. Puta cognitionem veri Dei, & fidem Catholicam atque ſalutarem. Illam ſcilicet, de qua *Chriſ. in Symb.* Fides eſt lumen animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ. De cognitione autem veri Dei, *Hugo de S. Vict. lib:* 1. *de clauſtro animæ ſic refert & docet.* Sicut nullum eſt momentum, quo homo non vtatur vel fruatur Dei bonitate & miſericordia, ſic nullum debet eſſe momentum, quo eum præſentem non habeat in memoria. Omne enim tempus, in quo de Deo non cogitas, hoc te puta perdidiſſe. Hinc D. Ludouicus Francor. Rex, docebat Seneſchalcum Campaniæ: Quid ſit DEVS. Res adeò bona & præſtans, vt nihil ea melius præſtantiuſq; dari, vel cogitari poſsit. Si ergo Luna & Equus vobis inſignia ceſſerunt, iam omen optimum ex vobis ſumendum; nam Luna & Perſis eſt optimum ſignum, & Equus non poſtponendum viris indicium. Propagabitis igitur fidem Catholicam & doctrina & fortitudine. *Quod eſt ſupra vel ſurſum lunam proficuum eſt.* *Fides quid eſt* *Deum ſemper cogita.* *Deus quid eſt*

Sed animet mentes gratia dia pias.

VITÆ SANCTIMONIA.

Æuum Æygptij, pingentes *ait Hierap. Hierog. lib:* 1. *cap:* 1. Lunam, pingebant, tum quia eſt æterna, tum quia producit vnà cum Sole, fluxum elementorum æuo conuenientem. Equus verò *dicit Plat. in Phædr.* cupiditates & affectus ſignificat, quæ ſi rationi obtemperent, bonæ ſunt: ſin minus, malæ. Dum igitur ſuper lunam equus vel caput eius eſt, in nobis domitos vel optimos affectus iam ſuſpicari licebit. Sic enim Claudianus in Theod. Panegyr. *Luna æquum ſignat.* *Equus ſignat cupiditates & affectus.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Affectus quiſquis mentis moderatur habenis.
Fertur equo domito, qui vagus, ille fero.

Sunt autem habenæ mentis, ratio. Nam à ratione domiti & aſſueti affectus, nec in ſomnis, nec in morbis aliquid turpe tentant. Sunt quoque habenæ mentis cælum, quod profectò ſtemma veſtrum inculcat vobis. Eſt enim ſimile Vranoſcopi, piſciculo videlicet à Græcis ſic dicto, eo quod natura ſua ſemper eſt cæli ſpeculatrix. Erecta veſtra luna, erectos vos docet tollere ad ſydera vultus. Non liceat ſilentio dari Caroli Magni factum. De quo *Crantius lib. 2. Sax. hiſt. cap. 4.* Wedekindus Saxonum Dux ad fidem Chriſti conuerſus, cum armorum eius inſignia quæ in ſignis militaribus præferebantur pullum equinum haberent atrum: placuit Carolo Magno poſtquam de tenebris errorum gentilium peruenit in lucem veritatis, vt candidum acciperet. Ita ſi ad ſydera erectos tolletis vultus, conformabitur equinum caput candori lunæ, imò æterno ſplendebit vbique decore.

Affectus domini. *Tollere ad ſydera vultus.* *Wedekindus.* *Pullus equi niger reijcitur & albus aſſumitur.*

PRÆCVSTODITIONES AD SANctimoniam aſſequendam & conſeruandam.

ASTrologorum eſt aphoriſmus. *Luna quò propior eſt Soli, minus habet de lumine.* Quod dum contemplatur Plinius lib. 2. cap. 9. ait. *Etiam plus fructus atq; dignitatis eſt ijs, qui procul ſunt à magnis Principibus.* Igitur ob ſanctimoniam aſſequendam, proximi eſtote ſoli Chriſto & Deo, & magnam dignitatem adepturi eſtis. Quadrat Plutarchi de Aula. *Accedendum ad aulam vt ad ignem nec propè, nec procul, ne vraris, affligaris.*

Luna ſoli propinqua, minus habet de lumine. *Aula vrit.*

ALTERA PRÆCVSTODITIO.

Alciatus emblemate 164.

Lunarem noctu vt ſpeculum canis inſpicit orbem,
Seq; videns alium credit ineſſe canem,
Et latrat. Sed fruſtra.

En tuus equus iam ſuper lunam. Sperne conuitia, vt luna luporum vlulatus & canum latratus. Hinc quidam.

Si quis Chriſtum allatrat, Chriſtiq; miniſtros,
Index ſtultitiæ ſpernitur vſque ſuæ.

Canis ad lunam latrat, lupus vlulat. Miniſter Chriſti latratus nō timet.

FAMILIA ARMORVM.

NOn notatur, ſi induxit arma Epiſcopus Kruſuicen. ſed ſi miles, aut nepos ex fratre Epiſcopi aliquis indigena receptus fuit in regno, fieri poteſt, vt linea deduceretur familiæ. Sed nobis non fuit præſentata.

ALA-

Digitized by Google

A L A M Æ N I.

Alamæni.



D E L I N E A T I O.

EST clipeus in tres partes diſtinctus. Partitur namque per lineam longam prius, pòſt media pars vna, per lineam diametralem, in hac parte ſecta, ſunt duo globi tormenti bellici, in ſecunda parte inferius eſt vnus globus, in integra verò clipei parte, ſunt 4 lineæ diametrales curuæ à dextra in leuam, media diſtantia interpoſita, vt quaſi campos duos efformarent. Super galeam virgo laurea corona ad aurem verſus coronata, dextra lauream coronam porrigit.

O R I G O.

ALamæni natione Florentini, multis Regibus in obſequia gratiosè mancipati fuerunt. Aloiſius erat præfectus Catharinæ de Medicis Reginæ Galliæ. Eius filius erat maior domus apud Henricum Regem Poloniæ, alter verò filius, erat Epiſcopus Madzonen. in Gallia, vir eruditus & exemplaris. Referunt Guicciardinus & Machziauell. Dominicus Alamænius in Regnum Poloniæ Sigiſmundo Auguſto regnante venit, & indigena in Conuentu Lublinen. 1566, die 19 Maij declaratus fuit. Erat poſtmodum Dapifer Lublinenſis & Capitaneus Nouæ Ciuitatis.

MAGNA-

Digitized by Google

MAGNANIMITAS
Alamæniorum.

Sphæra bellica. QVid hæ ſphęræ & globi tormenti pręſagiunt bellici? Num primũ inuentor machinarum bellicarum Alamænius? Minimè. Taliter enim in ſcuto Argiuorum vel non poneretur, vel fruſtra poneretur. *Tonitrua bellica.* Erat talis tonitruoſi inſtrumenti vel Amulius, vel Suarcius, vt Foſſa Clodia in bello Genuenſi An. 1330. acclamauit, inuentor. Alamænius autem idcirco ſphæras globoſque in ſcuto complectitur, quia, & ſcuto ſtrenuus miles, & globis inuictus, & ingenio ſupremus. Hinc Magni Duces Etruriæ de quinque globis inſigniorum magni ſui Ducatus, ei tria contulerunt, & Sereniſsimus Rex Poloniæ Sigiſmundus Augu. Regno aſſcriptum, dignitatibus Regni, pro virtute, officio, fortitudine, prudenti conſilio Alamænium condecorare non dedignatus fuit. *Virtutem ſequitur gloria.* *Virtutem enim neceſſariò ſequitur gloria.* Cic. 1. Tuſc. Quamqui adeptus fuerit, vbicunque erit gentium à nobis diligetur, lib. de nat. deor.

FAVSTVM OMEN.
Fortitudinis.

EXpreſſum fuiſſe in vobis illud Horatij quis non animaduertet.

Fortes ex fortibus.

Fortes creantur fortibus & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum.
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Clamor in bello. Recogito Romanos dum claſsico dato arma inirent. Hi primo in concurſu ad excitandum ardorem, alto clamore vtebantur, tum ſignis & armis fremitum ſtrepitumque educebant, qui clamor ſi non diſſonus *Proba bonimilitis.* variusque in echo diffundebatur, ſatis animorum in milite, & ad certamen & ad victoriam portendebat. Erat enim ceu index voluntatis cuiuſcunque & animi. Si verò excitatior, clarior, crebrior ab hoſte clamor ſublatus in æthera fuerat, quæ pars caſura, ſine dubio prænotabant. *Prima vis in bello.* Non enim parui momenti eſt prima vis in bello, & congreſsio militaris. *Dempſer. Antiq. Rom. lib.* 10. *c.* 15. Idem mihi dicendum de infracta Familia veſtra ô Alamæni venit. Placuit enim vobis non ſuis iam, at hoſtium diuellere ſcutum telis, ſagittis & globis, quarum hæc veſtra inſignia vmbræ ſunt. In ipſo namque limine belli & penu, tam capitibus hoſtium, quàm hoſtium armis pectora pro ſcutis oppoſuiſtis: vt non mirum ſit, quod & Reges Galliæ, & Reges Poloniæ, & Magni Duces Florentiæ tot dignitatibus vos cohoneſtari vt fuerint dedignati: vt ſic veſtro decori decor, ſplendori ſplendor, & faueat & luceat. Refert Auenti-

Digitized by Google

uentinus lib. 1. Annal. Boiorum Alemannum Herculem vndecimum Regem German. primumque Boiorum, quod ab inſignijs ſuis, leonis: etiam cognomen haberet. Hinc Gentilitium Regibus & Ducibus Boiorum, alere leones. Eſt certè modica differentia Alamænij ab Alemanno, ſit ergò illorum alere leones, veſtrum ſit gignere leones, qui & præſint ceruis, & ſint reges animo & fortitudine. *Alemannus, Leo dictus.* *Leones alunt Boiorum Reges, cur?*

PRÆCVSTODITIO.

CIc. 5. Tuſcul. In virtute ſatis eſt præſidij ad benè viuendum, ſatis etiam ad beatè, ſatis vt fortiter viuamus etiam vt magno animo, & quidem vt nulla re egeamus, ſemperque ſimus inuicti. Sequitur, vt nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet. *Virtutis quæ eſt gloria & potentia.*

Idem & Baſil. Orat. de Gloria. Si gloriam quæris, & cupis ſuperior multis videri, & in rebus mundanis clarus fieri, ſis iuſtus, temperans, prudens, fortis, & patiens in aduerſis pro religione ſuſcipiendis.

LINEA ALAMÆNIORVM.

IAm in origine Armorum diximus. Ille Dominicus notabat hic domus ſuæ excellentiam, hæres in Gawronow. Matrimonium contraxerat cum Sorore Dapiferi Lublinen. Fanuel. Alios qui his Armis hic vterentur, ignoro.

D AMA-

AMADÆI.



DELINEATIO.

Amadæi delineatio.
Aquila alba in corona
Aquila tenet roſtro annulum.

AQuila alba in corona, roſtro annulum aureum tenet, diſlargatis alis & pedibus, ſine cauda, ſuper galeam ſunt quinque pennæ Strutionis, pingitur in campo rubeo. *Bielſcius fol.* 207.

ORIGO.

Sine cauda aquila. Wladislai Lokietek peregrinatio.
Amadæi Palat. Vngar.
Lokietek Wiſliciam oppugnat.

WLadiſlaus dictus Lokietek, dum Anno D. 1302. Romam peregrinaretur: ſiue ob implorandam miſericordiam diuinam pro peccatis, ſiue vt diceret cauſam Summo Pontifici querelæ in Poloniæ proceres, qui exulare ipſum electum à multis in Regem ſuum coegerunt, media Vngaria iter accepit, vbi tàm adeundo quàm redeundo ex vrbe, à Palatino Vngariæ Amadæi dicto, lætus & gratus excipiebatur hoſpitio, à quo poſtmodum ſumptis auxilijs inuaſit arcem Pelciſcenſem prope Wiſliciam, qua dedita reliqua loca faciliora deditioni fuêre. Hinc veriſimile habetur nepotem vel cognatos dicti Palatini in regnum Poloniæ veniſſe, à quo & hæc inſignia nomen retinent. Bielſcius. Paproc. in Nido virtutum, Annum 1300 aſsignat.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIO AD ARMA.

QVid quæſo dicti erit, vt tam inſigniter Aquila ornata, & tamen ſine completo ſit decore, cauda? Anne in toto ſit ſimilis Aquilæ Regiæ? aut ne excedere videatur Regiam, hoc annulo appenſo? At crediderim ſeriùs, factum vt honor Vngaricus honore Polono in viro adornatus, clarè exprimeretur. Exprimitur quidam coactus Regis in tam inſperata hoſpitalitate Palatini, & nimia. Coactum enim coëgit. Cui namque hoſpitalitas non eſt grata? Multis beſtijs, veneno- ſiſque ſerpentibus grata fuit. Refert Plutarchus. Aſpis ab Ægyptiaco viro tam familiariter ſuperſtitione patriæ alita fuerat, vt aſsiduè ad menſam eius ventitaret, quæ cum enixa eſſet catulos, & vnus filium hoſpitis enecauit: illa facinore intellecto filium ſuum morte mulctauit, ac ſibi voluntarium exilium perpetuò delegit. Dulci igitur & amœna hoſpitalitate detentus Rex fuerat, idcirco ſine cauda aquila exprimitur, & ne aliquo defectu notetur, Strutionis pennis donatur. *Cur Aquila ſine cauda.* *Hoſpitalitatis res.* *Aſpis perimit filium.* *Hoſpitalitatem aſpis colit.*

Aut idcirco ſine cauda Aquila donata Amadæo, vt illud Pyrrhi Epirotarum Regis in ſe exprimat & legat. Ille namque ob res geſtas & gloriam, cùm à militibus ſuis vocaretur, Aquila, dicebat. Aquila ſum, at veſtris armis veluti pennis ſubleuor: pari modo Regia Aquila ſubleuatus Amadæus fuit. Hinc ſimilis ex parte, ſua Aquila, Regiæ, diſsimilis ex alia manſit. Id tamen quod eſt, ex Regia eſt. *Pyrrhi Aquila.*

FAVSTVM OMEN AMADÆIS.
FÆLICITAS.

DVm natus eſt Alexander Macedo, Aquilæ duæ tota ea die ſuper culmen domus inſederunt, omen duplicis Imperij, Europæ Aſiæque præferentes. *Pier. Val. in Hierogl. lib. 19. cap. 2.* Dum Aquila Regia & Rex Wladiſlaus quieſcit intra penu aulæ veſtræ, quod omen quodque fauſtum vobis donabo? Felicitatis. Et illius de qua Sophoc. in Antigone. Fortunati ſunt quorum vita nil mali guſtauit. Aquilæ enim conſpectus felicitatem Romanis augurio inducebat. Regum autem oculus liberalitatem amabat, hoc enim præſagit ſuus iſte Aquilæ volatus, ſedentem enim Aquilam aues infeſtare conſueuerunt, volantem autem fugiunt, & vt Reginam reuerentur. Hoc aurea corona, hoc annulus aureus, felicitatis ſcilicet habent indicia. Vndè appoſitè conueniat vobis, quod in nummo Pyrrhi Regis expreſſum erat. Erat impreſſa aquila ſub pedibus ſuis fulmens, continens & calcans: ramis duobus quernis in coronam flexis, cohoneſtatus cum inſcriptione Epirotan. ab altera verò parte, caput vel Epyrotarum Regis vel Iouis. *Pier.* *Aquila ſuper aulam Alex. Mac.* *Felicitas.* *Nũmi Pyrrhi Regis.* *Aquila fulmen tenet.*

Val. Hierogl. lib. 19. *c.* 3. Fæliciter enim viuentibus hoc neceſſariò ineſſe imprimis oportet, vt nec ipſi alijs, nec alij ipſis iniuriam inferant. *Euriphan.* 9, *lib.* 1. *legum.* Sic namq; veræ felicitatis domini fiunt, de qua Diogen. *Veram fælicitatem hanc dicimus quæ facit ut mens & anima in perpetua tranquillitate hilaritateq́, collocetur.* Refert Stob. ſer. III.

Vera felicitas in quo.

ALIVD OMEN.

Natura optima & nobilis.

Verum natura ſit melior in nobili an ignobili.

DVxit in quæſtionem Plato in 1. Alcibid. Vtrum conſentaneum ſit naturas eſſe meliores, nobili genere ac ignobili? Sed habet non modicam perplexitatem dicta theſis. Ait Sophoc. in Tyro.

Filij Nobilium degeneres.

Nihil conſtans aut fidum eſt homini
Bonus ignobili genere natus, & rurſus claro
Aquilis valdè malus.

Euripides in Electra. *Iam enim vidi hominem generoſo parente natum. Nullius eſſe pretij.*

Seminarium pro nobilibus & ignobilibus.

Carolus Magnus inſtituerat Seminarium, in quo tenuioris fortunæ adoleſcentes alebantur; & alterum in quo nobiliores inſtruerentur. Vbi autem illos præ his ampliorem in ſtudijs progreſſum feciſſe animduertiſſet, eos ad dextram ſegregatos hoc ſermone compellabat: Macti virtute eſtote filioli, vos manent ſacerdotia & dignitates non aſpernandæ. Conuerſus verò ad alios. Vos, inquit, comperi dicto imperioque noſtro inobedientes. Deum teſtor, nihil penitùs commodi honoriſque à me ad vos profecturum. *Auent. lib.* 4. *Annal. Boiorum.*

Plato pro nobilitate.

Lego & aliorum differentes ſententias, qui nobilitatem virtuti, non generi aſſeribendam cenſuerunt. Verùm Platonis & Plutarchi ſententia maximè arridet, *vt Stob. Serm.* 86. Manifeſtum quod in nobili, dicit Plato. Nonne benè nati, ſi benè etiam educantur, ita demum ad virtutem perueniunt? Neceſſe eſt. Et Plutarchus pro nobilitate quid? Abſurda eſt Sophiſtarum contra nobilitatem calumnia, qui vulgaria etiam & omnibus notiſsima non conſiderant, nempe quod generandæ ſobolis gratia generoſi canes & equi emantur, ita vitium, olearum optima quæque quæruntur ſemina. Homini autem nil nobilitatem conferre putant. nec credunt latentia quædam ſemina virtutis, in generatione liberis communicari, vt Thelemacho Vlyſsis. De quo Homer: Inſtillata Patris virtus tibi. *Stob. Serm.* 88.

Plutarchi pro nobilitate.

Maximam itaque ac nobiliſsimam in vobis naturam ominabor ô clariſsimi Amadæi; quam nedum ſanguis Palatinus ita delicatè nutriuit: verùm & amor regius ſingulari quadam maieſtate & protexit & ornauit. Sit igitur naturæ tam nobili veſtræ Lydij natura coniuncta. Vt ex illo

Lydij Natura.

Digitized by Google

Illo auri, ex vobis nobilis naturæ iudicium, & probando oſtentent, & oſtentando cæteri probent. *Nobilis ex ſe nobiles actus probet.*

PRÆCVSTODITIONES AD nobilitatem & naturam bonam conſeruandam.

1. SOphocles in Inone: *Nobilis conditiones & ſcientia.*

Omnia ſcio quæ nobilem ſcire conuenit
Tacere vbi opus eſt, & loqui vbi tutum,
Et videre quæ fas eſt, & non videre quæ nefas aſpici,
Et moderari ventrem.

Hæc Præcuſtoditio obiurgationem Socratis non feret, nempe: *Mihi quidem genus dedecori eſt, tu verò generi.* *Socratis obiurgatio improbi nobilis.*

2. Euripides in Helona:

Hæc liberis eſt gloria
Pulcherrima: ſi quis bonis parentibus natus
Moribus eos ſimilibus referat, & patriſſet.

Hæres fortunæ & morum. Filius parentes in virtute imitetur.

Qui enim hæres fortunæ parentum & non laborum & virtutum eſt; ceu alter Aurelij Imperatoris Commodus filius, degener, ac omnibus incommodus erit. *Commodus Aurelij filius degener.*

LINEA AMADÆORVM FAMILIÆ.

AMadæus Palatini Vngariæ, filius vel nepos 1300.
Paprocius non inueniebat qui armis nunc vterentur his. Notat tamen Ptaczek in diſtrictu Pramiſlienſi. Suſkraiewſki ibidem. Sed nunc Herburthorum inſignia ſumant.

Digitized by Google

BAVOROVIORVM.



DELINEATIO.

Bauroviorũ ſagitta.

EST ſagitta diſrupta ab auricula, ſpiculum ferri à leva parte tenet fractum, in medio ſagittæ eſt crux à framea ablata & ſagittæ adiuncta, intra diſruptionem ſagittæ eſt figura numeri latinis octavi, ſuper galeam autem ſunt pennæ quinq; ſtrutionis. Coloris eſt aurei, in campo cæruleo.

ORIGO.

SIgiſmundo regnante, ex Sileſia Venceſlaus militari arte præcellens ad curiam regalem obſequiorum Regis gratiâ ſeſe contulerat. Magnis ſumptibus officia peregit tam in bello quàm in curia. Sed quia bellicis rebus aptiſsimus erat, & frequens, contulit ſibi notariatum campeſtrem Rex. In quo celeberrimè & cum omnium applauſu, & amore expediebat milites. Hic in officio dum vigil permanet, arcem in Podolia cum oppido Baworow comparauit.

INVICTA POTENTIA.

EST celebre proverbium: *Quo minime reris piſcis erit.* Fractam & diſruptam ſagittam, quid quæſo potentiam & invictam affirmabit? Hæc tria affirmabunt, crux, aurum, & adiuncta figura. Au-

debiſne

debiſne crucem potentiam inuictam non aſſerere! Non à fortuna, nec à viribus, ſed à Deo & per crucem eſt omnis victoria. Aurum, dirupta & fracta medetur, & ornat; figura autem index eſt potentiæ infractæ. Quid namq; hæc figura numeri octavi ſignificabit? Dicerem quod Octaviani Romanorum felicitatem ſignificat. Ille enim primus Auguſtus nuncupatus fuit. Auguſti eſtis ex tali nota, nam ducum ſanguini iuncti, & ducali ſanguine procreandi eſſe debebatis. Sed quid excellentius de vobis dicam. Numerus ſeptimus antiquis magni momenti fuit, ea enim Centuriones notabantur, ſicut Pier Val. adnotauit. *Hierogliph. lib.* 37. *c.* 19. *&* 20. Numerus verò octauus Chriſto & Chriſtianis exoptatiſsimus eſt. Octo namq; beatitudines & ſumma perfectio octaua eſt. Quod in magnifica domo veſtra quam florentiſsime conſpicitur. Recogita Ioan. Baworowſki virtute & fortitudine, pietate & religione clariſsimum. Conſidera matronas Annam Bucaccio iunctam, & Annam Duci Poryccio in coniugem collatam. Procul & de ultimis finibus pretium eorum, ſic potentes ſic & invicti manetis.

Octo Octavium Auguſtum meminit.

Signum centurionis numerus ſeptenarius.

Octauus numerus Chriſto & Chriſtianis celeberrimus.

CENTRVM DIVITIARVM.

NOta divitiarum eſt aurum, ſed & auri cum ſit certum quoq; pondus, habet & ſuam notam. Non quidem faciem Cæſaris, nam hæc & ſuper plumbum etiam creſcente in immenſum Roma efformabatur. Neq; crux pondus auri eſt, nam tali ſigno inſigniti aurei nummi, minoris valoris quam alii nummi ſunt, ac conſequenter fortè & ponderis. Pondus certum auri eſt numerus octauus. Quapropter Rauennæ in marmore inſculptum lego antiquitus. Ob memoriam patris ſui *Dec. VII. Collegij Fabr. M. R.* HSCO liberalitate donavit. Hoc eſt Decurionibus ſeptimi collegii fabrum municipii Rauennatis ſeſtertia mille nummûm. Nota igitur ponderis auri, eſt numerus octo. Iure meritò vos ô Bauorouii tanto numero notarunt maiores, nam virtus veſtra millies notata & explorata eſt Regi & Regno. Advenienti hoſti & cum numeroſis copiis ad caſtra Bauorouiana, millies reſtitiſtis, deuaſtanti & depopulanti agros patrios ſciſſa, millies obfuiſtis. Centrum gloriæ centrum diuitiarum permanetis. Vnum nobis igitur cauendum venit, ne ſub armis ſic fractis veſtris litera numeralis vertatur in dictionem. Componitur namq; ex duplici litera O, quas quidam Philoſophorum conuertit in hanc dictionem obliuio. Cauete igitur ne cum defeceritis à defenſione fidei & patriæ, in obliuionem à Deo & Principe decidatis.

LINEA

Digitized by Google

BAVOROVIORVM.



DELINEATIO.

Bauorouiorũ ſagitta.

Eſt ſagitta diſrupta ab auricula, ſpiculum ferri à leva parte tenet fractum, in medio ſagittæ eſt crux à frameæ ablata & ſagittæ adiuncta, intra diſruptionem ſagittæ eſt figura numeri latinis octaui, ſuper galeam autem ſunt pennæ quinq; ſtrutionis. Coloris eſt aurei, in campo cæruleo.

ORIGO.

Sigiſmundo regnante, ex Sileſia Venceſlaus militari arte præcellens ad curiam regalem obſequiorum Regis gratiâ ſeſe contulerat. Magnis ſumptibus officia peregit tam in bello quàm in curia. Sed quia bellicis rebus aptiſsimus erat, & frequens, contulit ſibi notariatum campeſtrem Rex. In quo celeberrimè & cum omnium applauſu, & amore expediebat milites. Hic in officio dum vigil permanet, arcem in Podolia cum oppido Baworow comparauit.

INVICTA POTENTIA.

Eſt celebre proverbium: *Quo minime reris piſcis erit.* Fractam & diſruptam ſagittam, quid quæſo potentiam & invictam affirmabit? Hæc tria affirmabunt, crux, aurum, & adiuncta figura. Au-

debiſne

Digitized by Google

debiſne crucem potentiam inuictam non aſſerere! Non à fortuna, nec à viribus, ſed à Deo & per crucem eſt omnis victoria. Aurum, dirupta & fracta medetur, & ornat; figura autem index eſt potentiæ infractæ. Quid namq; hæc figura numeri octavi ſignificabit? Dicerem quod Octaviani Romanorum felicitatem ſignificat. Ille enim primus Auguſtus nuncupatus fuit. Auguſti eſtis ex tali nota, nam ducum ſanguini iuncti, & ducali ſanguine procreandi eſſe debebatis. Sed quid excellentius de vobis dicam. Numerus ſeptimus antiquis magni momenti fuit, ea enim Centuriones notabantur, ſicut Pier Val. adnotauit. *Hierogliph. lib.* 37. *c.* 19. *&* 20. Numerus verò octauus Chriſto & Chriſtianis exoptatiſsimus eſt. Octo namq; beatitudines & ſumma perfectio octaua eſt. Quod in magnifica domo veſtra quam florentiſsime conſpicitur. Recogita Ioan. Baworowſki virtute & fortitudine, pietate & religione clariſsimum. Conſidera matronas Annam Bucaccio iunctam, & Annam Duci Poryccio in coniugem collatam. Procul & de ultimis finibus pretium eorum, ſic potentes ſic & invicti manetis.

Octo Octauium Auguſtum meminit.

Signum centurionis numerus ſeptenarius.

Octauus numerus Chriſto & Chriſtianis celeberrimus.

CENTRVM DIVITIARVM.

NOta divitiarum eſt aurum, ſed & auri cum ſit certum quoq; pondus, habet & ſuam notam. Non quidem faciem Cæſaris, nam hæc & ſuper plumbum etiam creſcente in immenſum Roma efformabatur. Neq; crux pondus auri eſt, nam tali ſigno inſigniti aurei nummi, minoris valoris quam alii nummi ſunt, ac conſequenter fortè & ponderis. Pondus certum auri eſt numerus octauus. Quapropter Rauennæ in marmore inſculptum lego antiquitus. Ob memoriam patris ſui *Dec. VII. Collegij Fabr. M. R.* HSCO liberalitate donavit. Hoc eſt Decurionibus ſeptimi collegii fabrum municipii Rauennatis ſeſtertia mille nummûm. Nota igitur ponderis auri, eſt numerus octo. Iure meritò vos ô Bauorouii tanto numero notarunt maiores, nam virtus veſtra millies notata & explorata eſt Regi & Regno. Advenienti hoſti & cum numeroſis copiis ad caſtra Bauorouiana, millies reſtitiſtis, deuaſtanti & depopulanti agros patrios ſciſſa, millies obfuiſtis. Centrum gloriæ centrum diuitiarum permanetis. Vnum nobis igitur cauendum venit, ne ſub armis ſic fractis veſtris litera numeralis vertatur in dictionem. Componitur namq; ex duplici litera O, quas quidam Philoſophorum conuertit in hanc dictionem obliuio. Cauete igitur ne cum defeceritis à defenſione fidei & patriæ, in obliuionem à Deo & Principe decidatis.

LINEA

Digitized by Google

LINEA FAMILIÆ
Baworowſciorum.

VEnceſlaus *in Baworow Notarius Campeſtris Regni conſpicuus virtute & fama ex Kolanowſka reliquit prolem.*

Ioan: filius ſtrenuus militia.

Anna filia Buccaccio in matrimonium data, parens Capit. Barenſis.

Nicolaus *Rothmagiſter ex duciſſa in Zbaraz cum Scythis bellator fortunatiſſimus, etiam ad Bauorow.*

Anna ſoror Ducis Porycki coniux. Moderni ſucceſſores Rothmagiſtri & in caſtris vigiles.

BELINA ſeu BELINII.



DESCRIPTIO.

Belina. Tres ſolea, gladius inter ſoleas.

SVnt tres ſoleæ anterioribus partibus ſeſe contingentes, ita quod vna ſit ad partem dextram, altera ad partem ſiniſtram, tertia autem inferius his duabus, quaſi vtraſq; anteriori ſua parte ſuſtentans, inter has eſt gladius quaſſatus, ſoleæ ſunt coloris albi, campus coloris glauci, deſuper corona, ſuper quam manus aurea extenta vibrans gladium.

Manus aurea.

ORIGO.

LONGINVS proceſsit ab Iaſtrzebcijs ſeu Accipitris armis. Vnde ferè & omnes ſoleæ proceſſernut. Refert Paprocius in Nido virtutum, quod arma hæc primitus à Boleſlao Audace conceſſa fuerunt

Digitized by Google

runt parenti Zeliſlai, dum cum Ruthenis pugnaret Rex infæliciter, ille namq; peruigil cuſtodes fudit, & nocte hoſtem inuaſit vicitque. Quapropter Rex ſimplicia arma gerenti, ſoleam ſine cruce, addidit ſoleas duas,& gladium quaſſatum loco crucis. Verùm circa Annum 1103. Cum Boleſlaus Kriuouſtius arma contra Swiatopelcium Morauiæ Principem mouiſſet, Zeliſlaum Belina filium dicti Zeliſlái Præfectum belli elegit, remq; totam ipſi commiſit, qui victoria potitus hoc ſuæ virtutis inſigne cum victoria oſtendit,manum propriam dextram ſibi ablatam. Quapropter Boleſlaus inſignijs ſuis armis, manum auream addidit. *Ita Paprocius & Bielſcius.* Quocirca vel à dicto Præfecto initia habent hæc arma, vel maximam partem retinent ab illo. Cum & nomen ab ipſo retineant.

Zeliſlaus Belyna Dux.

Boleſlaus auream dat manum.

GENEROSITAS SVMMA MAGNI PRÆFECTI.

TImothæus Athenienſium Dux plurimorum victor fuit, ſed magis duce fortuna quàm virtute. Vnde pictores dormientem in caſtris pingebant,fortunam autem ſupra caput pendentem, & ciuitates quaſi in rete quoddam impellentem. *Aelius lib.* 14. *de Var. Hiſt.* Virum tenentem hæc arma quiſquis inſpexerit, meritò ſibi vires & fortitudinem, non fortunam vagam aſcribendam dicet. Quid enim gladius quaſſatus? quid ſoleæ diſiectæ? quid manus auro inducta? quid vibratus gladius aliud? quàm animum, vires, fortitudinem clamant? Quondam Romana parens monuit filium ne ſibi breuis diſpliceat gladius dicens. Tu propius ad hoſtem accede. Et hic fecit quod illa monebat. Soleæ niſi deciderent velocioribus equis inſequendo vel aggrediendo hoſtem, non cadebant in inſigne. En iſte & die tota bellator, & omni hora victor, iam veras ſibi debere ſoleas, tuſos quaſſatoſque gladios & Principis Boleſlai gratia, & hoſtium conflictu, dignè iuſteque teſtatur. *Sic omnis*

Vincere pro patria vel pulchra occumbere morte
Fortis amat.

Tales enim cum vos natura formet, magnarum virium vos eſſe voluit, vt de Martino Brzozouio, qui cum dolio onuſto choreas duxit, de veſtris Armis refert Paprocius.

Timotheus Athenienſium Dux. Victor duce fortuna non virtute,

Gladius breuis pro hoſte melior.

Fortis viri intentio.

Dolium portat & choreas ducit. Brzozowius.

FAMA, FORTITVDO, DIVITIÆ.

NVnquam ſoleæ minimum prætendunt, quametſi è ligno formatæ fuerint. Præmiſlus Rex Bohæmorum ligneas ſoleas quibus arans vtebatur, in primario templo à ſuis conſeruari & reuereri conſpexit, quas nouis Regibus dum diademate ornarentur, præferri ſolitas.

Solea lignea Pramisli.

 Fulgoſ.

Digitized by Google

Fulgoſ. lib. 3. *c.* 4. memoriæ tradidit. Erant ſoleæ ligneæ & antiquis Romanis, ſingularis iuſtitiæ monumentum, ex præcepto ſenatus, nam pœna horrendo ſceleri debita, puta parricidio, fratricidio, &c. erant ſoleæ ligneæ quibus induebantur, in eiſque à ſenatu in carcerem deducebantur, *vt Cic. ad Heren. lib.* 1. *Rhet.* fortè ea ratione, *vt ait Adrianus Turnedo lib.* 13. *aduerſ. cap.* 13. ne terram communem omnium parentem attactu improbo contaminarent. Has igitur ſoleas non iam ligneas ſed ferreas, gladijs ornatas, fracto & ſtricto, in manu aurea, vobis debitas, quis non ſingularis famæ, admirandæ fortitudinis, diuitiarum, honoris boniquc, & memoriam recenſet, & omnia deferet? Parati & fuiſtis & eſtis, ô Bylinij, aut viuere, aut mori fortiter, pro patria, aris, & focis.

Solea lignea parricidarū.

Fama Bylinorum.

PRÆCVSTODITIO.

Gladius piſcis.

GLadium piſcem ineſſe mari *ait Maiolius*, qui ferit naues, ne feriatur cauet, vnde donatur Ioui. Igitur & veſtrum erit illud Menandri. Cum quid ſanctum agis bonam ſpem tibi propone, certus quod conatum iuſtum etiam Deus adiuuat. Qui enim pugnat pro Deo, Eccleſia, Patria, ſoleæ eius erunt aureæ & gemmeæ, & ſicut ferrum Romanis parturiebat aurum, non noua quadam Alchimia, ſed virtute militum, qui ferro ſubijciebant varias prouincias imperio. Ita iſtæ ſoleæ, gladij & brachia vobis germen aureum diuitiarum fodinas comparabunt. Hinc Homerus: Vnum augurium optimum, pugnandum eſſe pro patria.

Ferrum aurum parturijt.

Boriſlaus Archiepiſc. Gneſnen.

Talem in ſpiritualibus Boriſlaum Archiepiſcopum Gneſn. Auenioni demortuum refert Ianicius ſub An. 1311. ſub Benedicto XI. Papa.

Commoda dum quærens patriæ verſatur in aula.
Pontificis curis obrutus occubuit.
Gallia redde virum, patria digniſſimus ille eſt,
Cur habet immeritum mortuus exilium?

LINEA FAMILIARVM BYLINÆ.

ZEliſlaus Bylina, *Boleſlai Audacis temporibus* 1064.
Zeliſlaus *filius eius, Dux exercituum Boleſlai Kriuouſtij temporibus,* 1103. *Vide Miechouium* cui additio ad arma facta fuit.
Boriſlaus *filius eius,* 1149. *&* Iaroſlaus, *non diſſimiles parenti,* 1199.
Boriſlaus *filius* Boriſlai *reliquit plures filios, à quibus hæ familiæ profluxerunt.*
Boriſlaus *Archiepiſcopus Gneſnenſis* 1307. *de quo Cathal. qui pro ſacris & negotijs regni ad Summum Pontificem miſſus fuerat, ſed vbi venit Peruſium ad Benedictum XI. eo die obijt. Expectando igitur quatuor annis*

Digitized by Google

annis & confirmationem & cauſarum cum Cruciferis & Epiſcopo Rigenſi deciſionem, apud Clementem Quintum. Obijt Auenione 1311.

Belinij in Maſouia & ſub montibus Vngariæ.

Taranowſcy *in terra Præmislienſi. Memoratur imprimis Nicodemus à Taranowice.* Taranowſki *Archiepiſcopus Halicienſis, vt patet ex ſarcophago plumbeo Halicij in quodam templo reperto.*

Anno D. 1462. Ioannes Taranowſki *cognominatus* Kraſka, *Epiſc. Chelmenſis, de domo Bilinarum. Cùm in Sabbatho Paſchæ ſacris Ordinibus in oppido Kraſnoſtaw celebratis, in Rubieſzow Paſcha Domini, quod tunc in* 11. *April. cadebat, & duos dies ſequentes incolumis & alacer exegiſſet, quarto ægritudine correptus Sacramentis omnibus procuratis, & vltima voluntatis diſpoſitione expleta, in Sabbatho ante conductum Paſchæ, quæ fuit* 17. *April. Annis* 14. *in Epiſcopatu Chelmenſi exactis apud Komowo vicum ſui Epiſcopatus infirmitate corripitur, qua tandem ingraueſcente ex cubiculo in porticum egreſſus per ſomnum moritur, & in Eccleſiam ſuam Chelmenſem relatus in ea ſepelitur. Vir manſuetus, ingenij pacificus & modeſtus, obeſius corpore & craſſus, capite caluus,* Ita Dlugoſsius Tomo 4. Hiſt. Polonicæ.

Nicolaus Taranowſki *Caſtellanus Halicienſis. Hunc Vladislaus Rex Vngariæ & Poloniæ in quodam priuilegio vocat familiarem ſuum, dilectum, & fidelem. Hic fundauit Moſcicij prope Premisliam Monaſterium Ordinis S. Dominici, vbi etiam ſepeliri voluit.*

Andreas Taranowſki *Pocillator terræ Halicienſis, multoties legatus à Sigiſmundo Auguſto, Henrico, & Stephano Regibus, ad Imperatores, Reges, & Principes. Ad Regem Daniæ tribus vicibus, quem cum Rege Sueciæ feliciter iam ſtantibus agminibus proruptis ad bellum & frementibus inuicem pacificauit. Ad Regem Sueciæ dum Legatus pergit, glaciale mare triremis confecit, plurimi aquis ſubmerſi, ille per glaciem euadens generosè vitam conſeruauit. Erat Legatus & ad Holſatiam. Ad Selimum Turcarum Imperatorem ad mare Caſpium cum Mahmet Caus. Aſtrahacium miſſus remouit exercitum Tartarorum. Iterum ad Selimum pro Bogdano Waiwoda ſupplex à Rege erat legatus. Et ab Henrico Rege ad Amuratum. In Moſcouia aliquot legationes expediuit, præſertim vnam difficillimam & periculo plenam, ſub tempus electionis Stephani Bathori, à quo iterum in Daniam & Turciam Legatus miſſus, & ab eodem Stephano pro multis meritis, tum in varijs expeditionibus, tum in legationibus, quas ſedecim cum ſumma laude expediuit, hac in parte nulli in regno Poloniæ ſecundus, Bratkowice cum villis in diſtrictu Sendomirienſi ad centum annos in domo ſua gentilitia donatus eſt.*

Nicolaus Taranowſki *Canonicus Cracouienſis, germanus Andreæ, & hic celebrem reddidit ſuam familiam ſedecim legationibus. Sic Nicolaus*

Digitized by Google

eximia & ſpectabili ſanctitate, multa teſtimonia ſuæ pietatis Cracouiæ reliquit, & præſertim in Confraternitatem Miſericordiæ. In pauperes munificus adeò vt communiter Pater pauperum vocaretur. Profectò moriens cum nudo nudus luctari potuit, ſiquidem ante mortem in pauperes totam ſuam ſupellectilem diſtribuit. Sepultus Cracouiæ in Eccleſia Cathedrali ad pedes Petri Tilicij Epiſcopi Cracouienſis, magna opinione apud omnes ſanctimoniæ relicta.

Ioannes Taranowski, *Stabularius terræ Præmislienſis & Capitaneus Medicenſis, ex Waczowſka duos filios accepit, nimirum Mathiam, qui peragratis exteris nationibus, rediens in patriam prope Patauium Antenoris obijt. Alterum Chriſtophorum, qui ex Grochowſka germana Archiepiſcopiſci Leopolienſis, Epiſcopi Luceorien. Caſtellani Præmislien. & Vice Stabularij Regni, tres filios reliquit. Andream Taranowſki Pincernam Leopolienſem, Rothmagiſtrum pluribus expeditionibus, præſertim in Moſcouiam, Liuoniam, Chocimum, vbi præter alia viriliter geſta, ſemel irruentem in caſtra noſtra exercitum Turcarum, peditatu ſuo generosè ſuſtinuit, ibiq; militi præcipuo exercitus Turcici in caſtra per vim irrumpenti dexteram amputauit, repetens forſitan illam, quam ſuus Gentilitius Zelislaus olim bello Morauico amiſerat. Bello Pruthenico cum Guſtauo ad Ornam primus cum peditatu ſuo in foſſam ciuitatis inſiluit, ibiq; generosè dimicans in expugnatione ciuitatis Suecis eiectis illam regno reſtituit. Et dum An. 1637. contra Coſacos rebelles iter pararet, apoplexia tactus, obijt, relicto filio ex Anna Koziconka Germana Dapiferi Wolyniæ. Sepultus Moſcici apud PP. Dominicanos in ſepulchro ſuorum maiorum. Secundum Stanislaum Tanarowſki, qui per ſeptemdecim annos in exteris nationibus commoratus, Romæ religionem Societatis Ieſu ingreſſus eſt. Tertium Achatium Taranowſki, Pincernam Sanocenſem, qui poſt varias regiones peragratas publicis functionibus Reipublicæ attendit. Ex eadem Grochowſka Chriſtophorus reliquit ſeptem filias, quarum quinque Moniales, rarum in Polonia exemplum, ex duabus relictis ſæculo, vna nupſit Chriſtophoro Sredzinſki Pocillatori Halicien. Altera Ioſepho Latoſzynſki de gente Gryphorum Pincernæ Leopolienſi.*

Narapinſcy *in Siradienſi terra, ex quibus Caſtellanus Siradienſis, in ſago & toga illuſtris, 1406.*

Ioannes Narapinski *Scholaſticus Cracouien. Epitaphium Cracou. 1543. Et in Cathedra Wlodauien. germanos fratres Fælicem Decanum, Ioannem Canonicum, Epitaphium refert 1528.*

Borzymowſcy: *Vnius Pincernæ Breſtenſis Epitaph. & Wloclau. 1516. In viridi iacet hic ætate vir, qui verè ſpecimen nobilitatis erat. Stephano Rege regnante Rothmagiſtri pedeſtres duo in Moſchouiam & audaces & animoſi fuerant.*

Okun

Digitized by Google

Okuniorũ *Palatin. Rauen. clara & antiqua familia, bello, conſilio, pietate.*

Porudenski *in terra Præmislienſi, magni nominis vir.*

Ioannes Porudenski *aulicus Stephani Regis, & miles generoſus, quæ & quanta ſub Gedano, Polocia, Sokolo, Wielcolucis, Toropcio declarauit fortitudinis & magnamitatis indicia & ſpecimina declarauerit, Hiſtorici dicant.*

Podhoreccy *in Palatinatu Belzenſi & Lublinenſi.*

Arnolphus *Pocillator in curia Stephani Regis. In Moſchouitica expeditione maximus bellator, maximus conſultor. Arte, Marte, Ingenio excellens. In diſtrictu Buſcenſi Iudex terreſtris, & ſubſtantia clarus quidam ex illis fuit, cuius proles vſq; nunc incolas optimos habet.*

Brzozowſcy *ex Goſtinen. diſtrictu: Erat unus ex illis in curia Stephani Regis educatus Abbas in Czerwienſko.*

Martinus *frater Abbatis Kaptur nuncupatus. Hic tantarum virium fuit, vt plenum dolium ceruiſiæ humeris ſuſtentaret, choreas cum dolio duceret. Fertur quod ex Iudicijs redeundo Caſtren. offendiſſet Palat. Srzenen. & grizeum eius ornatum ſpreuiſſet, diceretq; Quis iſte eſt ruſticus. Reſpondit. Cras tibi referet. Conuocatis igitur vicinis & amicis, turmatim iter occupat Palatino. Quærit Palatinus. Quæ eſt gens iſta? Reſpondit. Brzozowſki: Ille eſt heſternus ruſticus. Cupit fieri notus ſuæ Celſitudini. Tunc maſticando nucem Senator, deprecatorias fecit, & donis placatum in curia pro amico recepit. In hominum genere vna produxit ex patre & matre vix nos omnes neq; præſtantior alius alio natus eſt.*

Ioannes Brzozowski *miles ſtrenuus, qui ex Witowſka filios reliquit Caſparum Vexiliferum Goſtinen. Maiorem domus Ioannis Comitis in Tęcin, qui & Rothmagiſt. ſub Gedanum egit. Alij verò filij Iacobus, Andreas, Hieronymus ad finem vitę expeditionibus intenti, bellis vitam finiebant. Lydorum equitum confertas diſturbabant phalanges.*

Gruſzczęnſcy *in Palatinatu Sendomirienſi.*

Ioannes *aulicus filij Regis Vngar. Ioannis. ſcripſit librum de officio optimi commilitonis, quem ſuus Germanus Valentinus typis obtulit. Optimum eſt honeſta cuncta nouiſſe.*

Falenccy: Staniſlaus *Abbas Czerueuen. Verum Monachum refert Paprocius, Si rectè ſapias per omnia beatus eris.*

Młochowſcy *in Maſouia à Tarczyn.*

Goleniewſcy *in Palatinatu Cracouienſi.*

Iaſzczultowſcy Petrus *in Cuiauia ex Palat. Breſtenſi.*

Skupięnſcy *in Maſouia ad Warſzauiam.*

Wągrowſcy *in Maſouia.*

Łochowſcy *in Palatinatu Rauenſi.*

Szczytniccy *in Cuiauia Breſtenſi.*

Wolscy *in Warſauienſi Diſtrictu.*
Groccy *de Rzęczyca in Palatinat. Lublinenſi.*
Czechowscy *in Wielunenſi Diſtrictu.*
Węgierscy *in Palatinat. Kaliſienſi.*
Zeligowscy *in Palatinatu Lęczycienſi.*
Iacobus *Rothmagiſter in Filandiam ad Smeltinum, Nouogrodum, ad Reualum in varijs expeditionibus clarus & magnus.*

BEŁTOWIE, SEV SPICVLA BALISTARVM.



DELINEATIO.

Spicula Baliſtarum.

SVnt tria ſpicula alba, in modum ſtellæ compoſita, in campo rubeo, pingitur campus ceu ſcutum.

ORIGO.

NOn aliud de origine habetur, niſi quod ex Morauia illata eſſent in regnum Poloniæ. At quoniam talia arma antiquitatem redolent,

lent, vnde puto Semouiti Principis Poloniæ tempora reuocant, ille enim Anno 888. à Suiatoplugio Morauiæ Principe bello recuperauerat maximam partem Morauiæ, quam à Popielo Principe Poloniæ extorſerant. Quo tempore & ſucceſſor Swiatoplugi Swiatoboius coactus eſt vitam finire in eremo, exoſus genti ob S. Methody perſecutionem. Itaque Principatus Morauiæ in tres partes diuiſus, quarum vnam Princeps Poloniæ tenuit, alteram Vngari, tertiam Germaniæ Cæſares, nomen & famam amiſit. *Bielſcius in Semouitho Piaſti.*

Swiatoplugius Morauiæ Princeps.

Morauiæ Principatus diuiſus.

MAGNANIMITAS FAMILIÆ.

DEcet ſignum impreſſum vbique generoſos, & nota egregia magnanimitatis. *Ait Euripides.* Inter cæteros tamen placuit Archileonidæ Braſidæ matris generoſus & magnus animus. Hæc cùm filium in prælio occubuiſſe audiſſet, non aliud quæſiuit, quàm an honeſtè occubuiſſet? Nuntiant Thraces, apud Lacedæmonios non fuiſſe nec eſſe illi parem. Et illa. Ignoratis hoſpites quales Lacedæmonij? Erat quidem vir bonus Braſida, cæterum Sparta multos habet præſtantiores illo. Quod ita Plutarchus miratus eſt, vt dixerit. Quid quæſo in hac muliere miraberis? animine generoſitatem de morte filij, an modeſtiam & affectum in patriam, quæ non paſſa eſt ita filium prædicare, vt reliquorum Spartanorum gloriæ aliquid decideret. *Plutarch. in Lacon.* Enimuerò qui præſentia Stemmata inſpexerit, quid in eis prius mirandum venerit, an antiquitas inſigniorum, an fortis animus, an ſapiens in rebus progreſſus. non facilè dicet. Multa enim ſunt in eis miranda, nullum tamen ſatis. Machinæ quibus antiqui vſi fuerant ad oppugnandas & expugnandas vrbes baliſtas intendo, non iam apparent: at animi inuicti & fortes, eo vſque quod maneant vide. Viros enim bonos non ita vita longa, quàm clara & illuſtri opus habere, dicebat Plato. Habet in additionibus *Collect. Hierogl. Pier. Val. lib. 6. Tit. Voluptatum vincula.* Quod nobili ex illecebris Veneris liberato, & ad frugem bonam reddito, quis hoc hemiſtichion ſubſcripſerit vnus. Sine pennis non poteſt ſcilicet volare. Alter. Et feci & fregi. Sed valeat iam hæc prima intentio imponentis. Vobis tale ſymbolum ô magnanimi iam ſubſcribendum & magno cum applauſu erit. Non enim baliſtarum perſpiculæ ſine pennis eſſe poſſunt. Poſſunt autem & facere & frangere, imò fregerunt & fecerunt.

Archileonida. Braſida. Mater quærit de filio, an bene occubuiſſet.

Lætatur mater quod optimè filius occubuit.

Spicula Baliſtarum.

Viri boni vita.

Adoleſcenti ad vitam meliorem conuerſo ſymbola.

FAVSTVM OMEN SVCCESSORIBVS ANIMVS GENEROSVS.

VIdete hæc Baliſtarum ſpicula multiplicia. Et dicite amabo. Ab eo ne? vel ad eum? Si ab eo, Epaminondam ipſum dicito, cum quo

Digitized by Google

Ageſilaus. quo dum pugnabat Ageſilaus, ita ſuos Lacedæmonios admonebat. Omiſsis cæteris, totam vim prælij in vnum Epaminondam intendite. Soli *Quis fortis eſt.* enim cordati ſunt & fortes, & victoriæ authores. *Plutarch. in Lacon.* *Leonidas.* Si verò ad eum, Leonidam Græcorum Ducem cogitato. Cui cum nunciatum eſſet, quod præ iaculis Barbarorum nec Solem videre licebit, re-*Vmbra ex ſagittis.* ſpondit. Quam lepidum erit, cum illis ſub vmbra pugnare. Quid aliud his ac tantis armis Mæcenas veſter vobis ſuæ poſteritati reliquit? Non aliud plane, quam ſingulare Omen generoſi animi & affectus. Vnum igitur admonebo, quod *Horat. ſerm. lib. 2. ſat.* 3. admonebat. Vitanda *Deſidia.* eſt vobis improba Syren, Deſidia.

PRÆCVSTODITIONES.

Stella ex ſpiculis. 1. Videtiſne quod ſpicula veſtra quandam ſtellam efforment, ac multis vicibus cruces depingunt? Scitote, quod fortis ani-*Superata tellus quid donat.* mus eſt, ſi cum æquo bonoq; coniunctus fuerit. Vnde concinnè quidam: Superata tellus ſydera donat.

Linea punctũ ſecantes. 2. Cognoſcite quomodo vnicum punctum tres lineæ ſecent? Quid ducetis inde? Ego quidem cogito quod *Hali lib.* 8. *cap.* 24. de Marte & *Mars cum Ioue quid ſignant.* Ioue reliquerit, vt ſi iungantur quando in vno ſigno, erit Rex in periculo, donec tranſierint 75. dies cum ſuis noctibus. Conſtituite igitur veſtram familiam quandam legionem inuincibilem, ipſumque Nodum Gorgium & fuiſſe & eſſe debere, pro Rege, Libertate, Fide.

LINEA FAMILIÆ BELTORVM.

Chochorowscy *ſub montibus Vngariæ ad Sandeciam.*
Ioannes & Albertus *fratres erant, vt Epitaphium Cracouiæ ad S. Franciſcum.*
Sniechiowſcy *ibidem.*

Alios Nobiles in tam ampliſsimo regno plurimos eſſe puto, quandoquidem ſunt antiqua Arma hæc, ſed ad notitiam noſtram non peruenerunt.

BER-

Digitized by Google

BERSZTEN.



DELINEATIO.

SVnt tres rotæ ab aratro, in campo rubeo, deſuper galea, corona, & pennæ Pauonis.

Berſten rota ab aratro.

ORIGO.

DEnominatio indicat, ex Germania, vel à confini Regno Sileſia in Poloniam veniſſe, cum viro eiuſdem appellationis. Bielſcius dum Annum 1563. deſcribit, in quo Ioann: Baſilij Moſchorum Principis ſub Polocia bellum recenſet, meminit Rothmagiſtri Wirzchleiski, qui cum Polonis animosè reſiſtebat hoſti, licet demum grauati, certis conditionibus Polocia ceſſerint, quorum virtutem etiam hoſtis laudauit, & honori habuit. Habebat ille talia arma, at genere Sileſius fuiſſe dicitur. Verùm alij Germanum dixêre.

Wierzchleiſki.

NOBILITAS INSIGNIORVM.

ROtæ magno ſemper boni præſagio fuerant, cum & Deorum & inferorum, & humanæ & marinæ legantur rotæ. Rotæ, quæ Dijs tribuuntur, octo radijs figurantur, eo quod rerum cæleſtium motus in octauam ſphæram porrigit humana obſeruatio. *Pier. Val. hier. lib.* 39. *cap.* 22. Quæ verò inferis, quatuor radijs compacta finguntur,

Rota Deorũ, inferorum, hominum, maris.

Digitized by Google

ait Pindarus in Pythijs Ode ad Hier. 2. putarem fore auerſionem, conuerſionem, obſtinationem, & iuſtitiam Dei. Quæ autem hominibus, ſex radijs pingitur, quia tot ſunt motus naturæ humanæ, antè, retrò, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum. *Pier. Val. ibidem.* Quæ ad extremum mari aut piſcibus, in eo, quatuor diſtinguuntur radijs, quod in ſe piſcis ſtella nuncupatus, qui quatuor radios in capite habet, expreſsit. *Plin. lib. 9. cap.* 4. Has igitur rotas ſic terno numero & plurimis radijs figuratas, num dignitatis maioris eſſe non iudicabimus. Crede mihi, omnis fortuna in ſenſu habitat Sapientis. Non eſt quod deprimat has rotas, & ſi quid deprimet, mox auro tinctæ pauonis galeatæ pennæ eas ſubleuabunt. Sed optimè Horat. Carm. lib. 3. Ode 2.

Fortunæ ſedes.

Virtus non repellitur.

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ,
Intaminatis fulget honoribus,
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

OMEN FAVSTVM BERSTENIIS.
VIA HONESTA, VTILIS, DELECTABILIS.

Nummus Traiani.

NEruæ Traiani nummus erat, à cuius vna parte ipſe pro ſuggeſtu populum alloquitur, cui togatus populus ſubleuatis in cælum manibus applaudet, inde in margine Pyramis eſt, iuxta cuius Nympha iacet ſiniſtro brachio ſupra rotam exporrecto, aut ſicut in alijs eiuſdem nummis læua ramum frondibus veſtitum, dextra curulem rotam iuxta genu tenet cum inſcriptione VIA TRAIANA. Dum nobilibus Armis veſtris ô Berſtenij animum flecto, atque hinc & inde oculos per familias veſtras dirigo. Viam quandam, Deo & fortuna fauente, appropriatam video, vt acclamare liceat. Via Berſtenna. Nam licet ſumat quæque auguria, iamque vaticinetur aliquis vt lubeat, non aliud eruet, niſi Honeſtum, Vtile, & Delectabile, Patriæ, Amicis, Deo. Omnia enim ei adſunt bona quem penes eſt virtus, dicebat Plautus. Quondam hoc Horat. lib. 2. Serm. Sat. 7.

Via Traiana.

Via Berſtenna.

Virtus bonorum fons.

In ſeipſo totus tæres atq; rotundus
Externi ne quid valeat per læue morari,
In quem manca ruit ſemper fortuna.

ALIVD OMEN BENEFICENTIÆ
ET LABORIS AVGVSTI.

SEnec Epiſt. 44. *Animus facit nobilem: cui ex quacunq; conditione ſupra fortunam ſurgere licet.* Equidem aratrum quis non nouit? rotas quis non vidit? Quiſquis eſt haud etiam nouit, quod qui his fortuna duce rectè vſi fuerint, liberè illud Plutarchi in vita Syll. pronunciabunt.

Nemo

Nemo me amicus in beneficentia, nemo in ferenda iniuria ſuperauit. Sed dicite obſecro, quis aratrum trium rotarum vidit? Si Græcum quid nominabitur? Igitur vel illud Horatij exprimetur.

Beneficentia. *Aratrum tres habet rotas.*

Nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Labor.

Vel illud Ouidianum.

Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

Aut quid diuinum habebimus. Nam S. Iſidor. cum orationi inter rubea, aratrum & iuga intendit, cælitùs Angeli aratrum fructuosè trahentes opus perficiebant. At mihi humaniùs dicendum erit, Beneficentiam explicabo. Quæ & Piaſtum Regem effecit Polonis. Et Præmiſlaum commendauit Bohemis, & Berſteinos nobilitauit.

Angeli arant.

LINEA FAMILIÆ BERSTENNIORVM.

KArniowſcy *in Palat. Sierad. diſtrictu Radomſc.* Petrus *Subiudex eiuſdem terræ, peritus in iure, ſanus in conſilio, & in iudicijs iuſtitiæ cultor.* Wierzchlinski *in Sileſia Rothmagiſter Regis, Auguſto fæliciter regnante ad Polociam contra Moſchum, Anno* 1563.

At cum antiqua in Regno ſint Arma, claros virtute & fortitudine alios de Armis his eſſe & fuiſſe non impoſsibile eſt, ſed antiqui Hiſtorici tacuerunt viros, modo in tam ampliſsimo Regno, quis eiſdem vtatur, non mihi erat collatum.

B I A L I N A.

Bialina.



D E L I N E A T I O.

EST additio ad Accipitrios ſeu Iaſtrzebcios. Pingitur Solea ſurſum verſa, intra quam crux, ſupra crucem verò eſt miſsile baliſtæ,

Solea intra quam & miſſile baliſtarũ.

alij ſagittam nominant. Supra galeam tres pennæ Strutionis: in campo glauco.

ORIGO.

Sagitta ſulphurea vrens.

REgnante Wladiſlao dicto Łokietek Anno D. 1332. in expeditione contra Magiſtros Pruſsiæ facta eſt talis additio, ſub villa ſic dicta Bialina, quia ibi vnus militum Regis, inuentioſè elaborato iaculo, pleno ſulphure, puluere tormentario, & igne, in hoſtium caſtra illud de baliſta vel arcu explodebat, quæ etiam ſuccendit. Illi cum extinguere conantur, accurrit exercitus Regis, hoſtes inuaſit & ſuppreſsit. Quapropter Armis Iaſtrzebcijs addita fuit ſagitta. *Bielſc. & Paproc.*

CONSIDERATIO PRIMA.

Theodoſii crux.

THeodoſius Imperator ſecundus cum offendiſſet aliquando in palatio crucem in marmore pauimenti, indignum arbitratus vt eo loco crux ſita ſit, vbi pedibus conculcatur, eleuari imperauit. *dicit P. Diac. Hiſt. Longob. lib. 3. cap. 6.* Sacra equidem cogitatio. Contemplanti prædicta arma, non deeſt quod oculos conſtantis pijque viri moueat, & fortius: nempe crux calcibus equi, equorumque ferramentis introacta. Quæ enim conuentio lucis cum tenebris, crux cum ſoleis equi? Conueniunt quidem cum baliſtæ iaculis ſoleæ, arcus & ſagittæ cum ijſdem; verùm crux in nullo. At velim paululum ſiſtas. Nullo ſuauius pietas exprimitur, quàm cruce ſacra, quam quia hic, cui talia inſignia primùm fuerant conſecrata, virili, forti, pioque animo Regi, debita obſeruantia proteſtatus fuit; obtinuit inde, vt quod vigil miles pro Rege tentauit, hoc idem Rex pro milite expreſsit.

Solea cur crux.

Crux pietatis ſignum.

Grachus, vt hic illi foret, hic vt Mutius illi. Horat. l. 2. Ep. 2.

CONSIDERATIO SECVNDA.

Crux habet primas partes.

VT quid crux ſancta, non ſupra cuſpidem & ſagittam ceu quandam Pyramidem eleuata cernitur? Id enim primas debet habere partes, quod dignitate primum, nobiliſsimum, & ſalutare eſt? Talis autem eſt crux, quæ iuxta Damaſc. eſt omnium malorum auerſio, omnium bonorum datrix. Sed erat in hoc non aliud quàm placitum imponentis, aut fortè vt inſignijs Iaſtrzebciorum potiretur certis additis, vt ſagitta ſeu baliſtæ miſsili, certis mutatis vt galearum ornamentis, accipitri, videlicet in pennas Strutionis: quatenus per hoc & Iuſtitia Regalis, Regis virtus eſſe non deſit, & militis nobilitas, & antiqua appareat, & mutatione clarior fiat. Sed aliò ſupremi animorum rectoris Dei intentio direxit, nimirum vt & ſolea ex alma cruce ſuam virtutem hauriat, & ſpiculæ baliſtarũ vim ſui impetus ſortiantur. Hinc dulciter Poëta: *Ventorum aduerſis ſolidatur flatibus arbor,*

A cura & precibus mens pia robur habet.

OMEN

Digitized by Google

OMEN FAVSTVM.
SVMMA SPES IN DEO.

THeodoſio Magno Imperatore ſigna cum Eugenio Tyranno conferre paranti, cum ordinum ductores prælium differendum, ob copiarum hoſtilium numerum ſuperante ſuaderent, dixit: *Abſit, agamus, Exercitui meo Crux præit, illius copias Hercules ducit.* Irruit, & palmam reportauit. *Niceph. lib. 12. cap. 39.* Idem omen inſignia veſtra portendunt, dum crux & telum vibrat, & ſolea firmat, vt quiuis vobis dicere poſsit inſpecta cruce:

Theodoſius Magnus.

Crux in bello præit & vicit.

Spemq; fidemq; agapemq; tene, fluxa omnia linquens,
Has nihil in tabulas, vlla procella poteſt.

Spes in Deo ex cruce.

Quapropter vt fauſtum omen vos ſæpiùs celeriter continuoq; maneat, vobiſque faueat; illud D. Auguſt. in Ioan. animis recondite & operibus implete. Signum crucis à nobis expellit exterminatorem, ſi tamen cor noſtrum habeat Chriſtum inhabitatorem.

Crucis quando eſt poteſtas pro nobis.

ALIVD OMEN.
IESVS CHRISTVS VOBISCVM.

MAgnum diuinæ liberalitatis beneficium, cum homo Deum alloquitur: maius, cum alloquentem audit: maximum, vt vna cum illo ſit. In quod ſuſpirabat D. Aug. lib. 7. Conf. dicens: *O æterna veritas, ô vera charitas, & chara æternitas, tu es Deus meus, vbi ſuſpiro die ac nocte.* Dulciſsimum eſt mehercule illud S. Elizabethæ Panonorum Regis filiæ etiam legentibus, quæ cum cæleſtibus rebus intenta ſupra ſe ſublata eſſet, & Ieſum in nubibus videret, audiretque. Ego tecum ſum. Illa cunctis audientibus reſpondebat. Ita Domine tu mecum, atque ego tecum. *Conrad. in Conc. de S. Elizabetha.* Idem monendo loquitur, & crux ſancta vobis intra ſoleam hanc & haſtile poſita. Ego tecum, reſtat. Tu ſis mecum. Eo enim modo & victor hoſtium, & tutor familiæ & triumphator animæ etiam minimus veſtrum, iudicabitur.

Cum Deo loqui & eſſe.

Chriſtus cum S. Elizabetha, & illa cum eo.

LINEA FAMILIÆ BIALINIORVM.

WIlczek *in Palatinatu Cracouienſi.*

In alijs quoque Palatinatibus, & præcipuè in Maſouia plurimi vtuntur his armis, ſed cognomina illorum nec ab Hiſtoricis notata ſunt, nec nobis ob diſtantiam cognita eſſe poſſunt.

BIBERSTEIN.



DELINEATIO.

Cornua cerui.

EST cornu cerui rubeum in campo flauo, ſuper galeam verò idem cornu.

ORIGO.

Origo cornuum cerui.

ORiginem eius ex cognomine viri qui apud Henricum Ducem Poſnanienſem, ſeu maioris Poloniæ, Princeps militiæ circa Annum 1311 fuerat, Bielſcius deducit. Hic enim dum miles & nobilis Henrico rebellauerat, atque Wladiſlao Łokietkoni ſeſe commiſerat, miſſus Poſnaniam fraude cuiuſdam ciuis ingreſſus eſt, vbi maxima mala contulerat vrbi, tandem victus erat. Ex Germania igitur ad Poloniam tranſijt, ſed primitùs ex Heluetijs in Germaniam venerat. Ex huius igitur cognomine, nomen ſuum ſumpſerunt dicta Arma nobilitatis. Longinus de familia hac refert, quod in ea Oratores ingenio præditi exiſtimabantur. *Vide Cromer. lib.* 11.

Vtuntur his Kaſimirſki ex quibus Petrus magni nominis Iazwiecki Blonſki. Sadecki. Białkowſki. Sebienſki.

OMINIS BONI BIBERSTEINIS PLENA PRONVNCIATIO.

Cornua nata ex quercu. Cornua in capite hominis nata.

DIcant qui naturas rerum ſpeculantur, quid horum ſit mirabilius? An quod truncus querci produxerit via quadam ſecreta cornua cerui, an quod homo naſcatur cornutus capite? Primum temporibus Auguſti Regis Poloniæ accidit, prout inſignia Dembórog rem cum

Digitized by Google

cum nomine dicunt. Alterum habent ſcriptores ut Maiol. coll. 4. Sed in natura cauſam inuenire impoſsibile eſt. In prodigium verſa eſt hæc tempeſtas, & potius maleficijs quam natura gaudens, aut quandã vindictam iuſti Dei, & non ipſius miſericordiam in homine acclamans. Verũ cui non natura cornua imponit ſed fortuna, honeſtam rem omniſque boni plenam de ipſo pronunciandum erit. Hinc enim & in hæbreo vna eademque dictio, & cornu & coronam denotat. Hinc cornua, dignitatis, potentiæ, fortitudinis, authoritatis & Imperij indicia certa commonſtrãt. Hinc Moyſes cornibus inſignis effingitur. Hinc capiti Apollinis duodecim cornua, lapillis pretioſis qui ſplendore caput vniuerſũ illuſtrarent, confecta. Hinc Cant. 2. dicitur *Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum.* En cui fortuna, non vero natura cornua dõat quod omen ſubito, bonumque illi ſcribant. Hic & mihi plenum omen vobis ô *Biberſteini* nunciare fortuna veſtra ſuggerit. Hæc cornua cerui & ita diſpoſita, vt vnum pro ſtemmate, alterum pro honoris galea ponatur, fortitudinem vobis afferunt, nam quidam de Achaias cervis reliquit, quod cornua deponant cum volunt, verum caſtratis nunquã decidunt, ſicut ſi iam deciderint, non renaſcuntur. Democritus autem ita de forti homine loquitur. *Fortis eſt non qui hoſtes modo ſuperat, ſed & qui voluptatibus ſuperior exiſtit.* Aliqui autem licet civitatibꝰ imperent, mulieribus ſeruiunt. Aut fortes vos dixero, quia ſingulare remedium abigendi ſerpentes, eſt ceruini cornu ſuffitus, ut ait *Nicander*. Serpentes autem qui? furioſi, contumaces, implacabiles, vt *Pſ.* 58. *Furor eius ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, qui vocem rite quantum libet excantantium non exaudiunt.* Etiam vos hoſpitales & officioſos afferam. Nam inſigniter ramoſa cornua cænaculis affiguntur, in quorũ ramos hoſpites & domeſtici annulos, ſudaria, pileos cænaturi accubaturiq; appendunt. vt *Pier. Val. Hier. lib.* 8. *Cap.* 19. Memorans enim Leonis X. Pontificis dicterium: *Principis inquit loco indigni ſunt, qui fortunæ muneribus benefica manu uti neſciunt.* Quare merito ſuum etiam Proculeium hoc verſu *Horat.* celebrat.

Cornua à fortuna.
Cornu ſignum coronæ & Regni.
Cervi cornua ſignant fortitudinem.
Fortitudo in quo.
Cornua cervi ſignificant hoſpitalitatem & beneficentiam.
Leonis X. dicterium de beneficio.

Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in Fratres animi Paterni:
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes.

PRÆCVSTODITIO.

Cum cervi nunc deponant nunc aſumant cornua, Hieroglyphicum illorum erunt qui ab ignobilitate ad honores euecti, modo ad ignobilitatem redacti, vt quidam in Lyricis.

Fortu-

Fortunæ volubilitas.

Fortuna læto ſæua negotio &
Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi nunc alij benigna.

Fortuna ad ſummum venit.

Rectè monuerat quidam Alexand. Farneſium Parmæ ducem, dum Antuerpiam occuparat dicens: Iam Marti valedicito, nam gloria tua ad ſummum apicem attigit, nam fortuna cum ad ſummum venit, rotam voluit, ſumma imis commutat, nunquam diu ſtat, *Ianſon. l. 5. Merc.*

Vt ſit vna ſors tuna.

Vt ergo vobis fortuna ſit ſemper vna, ipſaq; mors, fiat dulcis ſors, à cerua conſilium diſcite:

Ore capit patulo rorem vaga cerua cadentem.
Rore riget vobis, torrida corda Deus.

LINEA FAMILIÆ BIBERSTHEORVM.

Fridericus Biberſtein Comes in Regenſtat.

FRidericus Biberſthein *Comes in Regenſtat ex Heluetiis, ſicut ex Moneta Sileſiana groſſorum patet, in quibus ſcriptum eſt, Maria Mater Saluatoris, ex alia parte Vlricus Comes in Regenſtat* 1509. *vel Gaſpar vel Erneſtus.*

Ioannes Biberſthein Comes.

Ioannes Biberſthein *Comes Lokietkonis tempore inuaſerat Palatinatum Poſnanień, cum Bohemo exercitu* 1310. Crom. lib. 11. *Cuius fratres antea per Hermanum Principem Poloniæ victoria Bohemorum captiui cum alijs Germanis Polonicis in Polonia acceperunt* 1094.

Kazimirſki Petrus.

Kazimirſcy *in Palat. Crac.* Petrus Kazimirski *contra Petrum Szuiſki Ducem exercitus Moſchorum ſub Vla expeditus miles* 1582. *Sed demum captiuus ſub Monaſterio Pieczareń, cum* 163. *nobilibus Anno* 1564. *in ſeruitutem venit, quem de medio ſui poſtmodum ad Regem cum legato Moſchorum miſerat, quibus omnia confecit.*

Nicolaus Radziewſki. Stanislaus. Chriſtophorus Canonicus in Taonow. Stephanus & Laurentius Koſimirſki Epiſc. Chiou. Iaſwiecki. Blonſki. Sebienſki.

Nicolaus Radziewski *frater Petri tam militia quam conſilijs clarus.* Staniſlaus *tertius frater non diſſimilis opere & virtute. Et Chriſtophorus Canonicus in Tarnow. Stephanus & Laurentius præſtantes armis & gloria.*

Kazimirski *Epiſcopus Chiouień. Cathedram ædificauit & reformauit.* Iazwieccy *in Biecceń. terra.* Blotiſcy *milites ſtrenui. Iudex Sadeceń. quidam ex eis prægnans pietate & iuſtitia.* Sebienſcy *in Biecen. diſtrictu & alij plurimi in diuerſis diſtrictibus.* Bialkowſcy *ibid.*

BODV-

B O D V Ł A.

Boduła.



D E L I N E A T I O.

SVnt tria lilia alba, inter duas lineas per longitudinem ductas, quarum vna eſt ſub alia; in campo. *Lilia tria.*

Pingitur verò campus in modum ſcuti.

O R I G O.

ORiginem à quo & vnde, ſcriptores noſtri non exprimunt, verum familiæ huius multi mentionem faciunt Bielſcius. Sub Boleſłao Pudico Anno 1278. Martinus Archiep. Gneſnen. electus qui Bononiæ obiit horum inſigniorum, ex Pænitentiario Romano. Fundatio Conuentus Sendomir. Anno 1289. ſub Leſcone Nigro, Deodatum Boduła. Idem 1283. Pomſcibori cum Fratre Nadbor Boduła. Item Paproc. *Bononia ſepultus Martinus Archiepiſcop. Gneſn.*

FAVSTVM OMEN BODVLIIS

Flos pudicitiæ, Viror Fortitudinis, Laurea virtutum.

LIlia tam Regius flos, qui ſua celſitudine ſuper flores attollitur, qui ex Deæ Iunonis lacte dum Herculem nutriuit in terram prolapſo creuit, quem Sacerdotes gentilium candidum Nimphis ſuis in ſacris offerebant dicente in Propertio Terpeia. *Lilia flos Regius.*

G Sæpè

Sæpè tulit blandis argentea lilia Nimphis,
Romula ne faciem læderet haſta Taci.

Tantus inquam flos candidus Regius, Iunonius ſacer & triplex, quæ ſecum Herculis trophæa, quæ Larium Penatumq; folia non ducet, dicet, debebit!

Me hercule
Pulchra ſuis veluti eſt volucris Iunonia pennis.
Sic virtus proprio lumine clara nitet.

Lilia florem pudicitiæ ſignat.

Eſt in nobis flos pudicitiæ. Nam lilia ſunt inuiſa Veneri vt Nicander in Alexipharmacis dixit, quod & Hieron. contra Iouinianum in Cant. Cant. (dum ſpeculatur dum ſponſa Chriſti fratruelem ſuum inter lilia paſcit, quod eſt inter candidiſsimos virginum choros) clarè expreſsit. Quale dictum ſic Tibullus verſibus expreſsit.

Caſta placent

Caſta placent ſuperis pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

S. Vando Vir cauſa caſtitatis mulieri.

Quam Pipini nepos S. Vando à Dagoberto per matrimonium inſtructus ita ſponſam allocutus. Quæſo Deo potius quam mundo ſeruiamus, vterque vitam monaſticam amplexi ſunt.

Iphigenia

Sponſa Chriſti.

Et ſancta Iphigenia Virgo à S. Matthæo Apoſtolo illuminata Ægyppi Æthiopum Regis filia, in matrimonium ſtimulata, dixit: Æterni Regis ſponſa ſum, nec mihi eo relicto, alteri nubere fas eſt. Abdias in vita S. Mathæi.

Eſt in vobis viror Fortitudinis. Vt lib. 6. Æneid.

Si qua fata aſpera rumpas.
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.

Lilia virorem fortitudinem ſignant.

Hinc in nummis Alexand. Pij Aug. Dea lilium dextra protendebat cum inſcriptione; Spes Publica. Qualis vobis ô Romani ſpes? Securitatis Reipub. P. R. Secur. Perp. per fortes Imperatores reſpondent in alijs nummis. Quibus namque ad propoſitum benè viuendi aditum confert ſecuritas publica, neceſſe eſt vt hi autorem huius boni vt parentem colant, dixit Seneca. Hinc Romani Deam Spem pro fortitudine colunt. Eſt igitur in vobis viror fortitudinis, ſpes & fortitudo ipſa. Eſt ſpes fortitudinis iucunda nutrix, & illa de qua Nazianzenus in Tetraſtichis.

Spes fortitudinis.

Nec fidendũ, nec deſperandum nimis.

Ne fide multum neue deſpera nimis
Illud ſolutos efficit, peſſundat hoc.
Hoc corrigens illud tenens, reliquam ſine
Liuore rectius peragrabis viam.

Lilia fortitudinem ſignat.

Fortitudo à natura & educatione animorum.

Eſt & fortitudo ipſa, nam lilia, inſignia fortiſsimorum ſunt Regnorum Galliæ, & Magni Duc. Etruriæ. Sed vt intimus ſermo ad duos pertineat. Cum fortitudo à natura debitaq; educatione proueniat animorum,

Digitized by Google

rum, vt docet Plato in Apologia Socr. hanc ſeriem lineamq; familiæ veſtræ oculis obiectam, ſine inuidiæ macula in veritate contempletur quiſque, ac de vobis dicet illud Erinnæ.

Certè enim inter omnes
Tu ſola fortiſſimos viros bellatores *Virtus emergit.*
Egregiè paris fæcundam Cereris
Vt comportes fructum à viris. *Lilia virtus*
Sed ne cede malis, nam fortia quæq; peribunt.
Eſt DENIQVE vobis laurea virtutum.

Aduertendum igitur vobis diligentius erit. Quod virtus licet verſetur circa difficilia, tamen ſemper emergit, vt Ariſt. 2.Ethicor. *Nec aliter fieri poteſt, quin virtutis ſectator plures habeat hoſtes; ſed eò longè illuſtrior euadet.* Vt non ſine admiratione *Greg. Turon.* aduertit, quod lilia in die S. Seueri feſto florere conſueuerint. Quocirca quid hoc verſu:

Quamlibet è medijs
Conſurgunt lilia ſpinis.
Sic virtus ipſis creſcit
Ouatq; malis.
Poſcat igitur lilia Anchiſes
Quibus donis animam tumulet.

FAMILIA BODVLIORVM.

ANno 1283. *Leſcone Nigro gubernante Pomſciborus Boduła. Et in litteris Conuent. Sendomirien. Anno* 1289. *Deodatum Bodula idem Leſco meminit.*

Bogoria

B O G O R I A.



D E L I N E A T I O.

Sagitta fracta.

SVnt duæ ſagittæ fractæ, ita diſpoſitæ, vt vnius ſpiculum verſus cœlum, alterius verſus terram dirigatur. Albi ſunt coloris in campo rubeo. Alij depingunt hoc ſtemma in quadrata tabula, ac circulo quodam obducto pulchre, ſed hoc forte antequam galeis ſuper addita fuerant ita pingebatur. Modo autẽ ſuper galeam eſt pavo expanſa cauda, ore ſuo ſagittã fractam deferens. Quocirca more aliorum ſtemmatum & hoc depingendũ venit, vide *Bielſc. ad Annum* 1341 In quo poſſumus & licentiam pictorum arguere, qui non vt debent, ſed ut audent, res depingere quandoque ſolent.

Pavo.

O R I G O.

DEnominata ſic ex nomine militis dicti, Bogoria qui in bello contra Poloucios pro Boleſlao Audace ad Snowſkum ſigna inuicti animi ſui hic ſagittis duabus detulit, cum ſibi in pectus vibratas oſtendit Regi, ita Bielſc. Papr. ex quibuſdam litteris datis cuidam Eccleſiæ S. Crucis Bogorios Anno 1069 meminit, quem aliqui hunc fuiſſe primum Bogoriam memorant. Longinus humanos fuiſſe & tractabiles dicit. Quod nec immodicæ eſt virtutis. Ianicius Iaroſlai Bogoriæ quem Bielſcius Skotnicium vocat. Archiep. Gneſnen. qui Ludovicum Vngariæ Regem in Regem Poloniæ conſecrauerat Anno 1370 meminit his verbis.

Bogory pietas

Bogoriam

Bogoriam lapides muri delubra loquuntur.
Et quas pro templis ille reliquit opes.
Fœlix qui potuit famam meruiſſe perennem
Fœlix qui populi ſaxaque multa ſonant.

Qui ad Archiepiſcopatum aſſumptus erat An.1341. Iſta arma ad vnionem Ducat.Litu. cum Regno Polon.Wiſigen aſſumſerat, quibus Wolouicy vtuntur in Lituania Macieiowiczowie & alij vt Papr. & Bielſcius.

Volovicy Macieiovic-zovie in Litu. his armis utuntur.

CONSIDERATIO IN ARMIS BOGORIORVM.

O Celſiſsimi animi Bogoria, vt Salamandra inter ignes & flammas, ita inter ſagittas viuis, & victor viuis. Sagittarios admirandos lego: In Tartaria comperti erant vnicum tantum brachium in pectore habentes, ſagittariorum tamen officium perfectiſsime compleuiſſe, dũ alter arcum alter ſagittam vibraret emitteret, *Vincent: Hiſt: lib. 31. Cap.16.* Alij ita animosè binas ſagittas ſimul mittebant, vt vtraſq; in metam. Quod militares paleſtræ Cõſtãtinopolitanæ etiam nunc commonſtrant. Verùm nouum modum audio nunc ſagittandi? Duæ ſimul ſagittæ currunt ſed vna ſurſum, altera deorſum, vna è terra in cœlum, altera è cœlo in terram, vtrarumque tamen Bogoria eſt meta. Quid cauſæ? An cum vibrat homo, vibrat & Deus? vel cum vibrat Deus, vibrat & homo? Quid ni. Cum enim Deus ſit iuſtus omnia iuſte diſponit. Audi Eccleſ.19. *Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrũ ſal, lac, panis, mel, vua, oleum, &c.* hæc omnia ſanctis in bona, impijs & peccatoribus in mala conuertentur. Iam ergo iaciente hoſte ſagittam, voluit eandem iacere & Deus in Bogoriam. Non quidem vt ſe adurentem è cœlis, & videret & ſentiret, ut olim Romani ante peſtẽ inguinariam corporali viſu diſcretas quoſque ferientes ſagittas conſpexerant (hoc enim Iunonia volucris pauo nuſquam ſplendore ſuo adornaſſet) ſed vt præſtantem animum otius triumphantem haberet in cœlis, piorum enim zelus erga Deum & patriam honeſta mortẽ à Dijs recompenſatur. Quod & gentilium acta teſtantur Plutarcho narrante, in Cleobis enim Bitonis factis, cum enim ipſorum mater Cydippe Iunonem rogaſſet vt optimam rem filijs donaret, eo quod iugum ipſimet ſubijciſſẽt matremque ad templum perduxiſſent, vitam ſtatim finierunt. De hoc etiam Stob. Serm. 120. Hanc profecto pietatem erga Deum & patriã Bogoriæ pauo hic galeatus exprimit, qui cum gloriam loqui ſagittarum velit, & natura prohibeat, ore tamen blandiri vt cæpit non ceſſat.

Inter ſagittas vita.

Sagittatores duo vnius ſagittæ ſimul, duarum ſagittarum ſimul ſagittatores, ſagitta in cœlum & terram.

Sagitta à Deo & homine vibrata.

Sagitta vrens

Sagitta triumphatrix.

Bonum dũ bonis, morte bona recompenſant.

FAVSTVM OMEN.

Erectorum Sagittarum infractus animus.

Fractarum ſagittarum in fractus animus. VBique opera verbis præſtant. Qui arma talia vident, legunt & cito ſola opera, & nulla vana verba. Mars etenim ipſis telis & ſanguini ſtudet, & non comptis periodis. Habet *Maffæus hiſt.* *Mars telis gaudet non periodis.* *Indic. lib.* 11. Antonium Sylueria Luſitanum Præfectum arcis Dienſis, dum conſpicatus eſſet Turcicam claſſem ad arcem expugnandam ad- *Antonij Silueriæ ad Commilitones ſermo hoſte viſo.* uentare, ad commilitones conuerſus in hæc verba prorupit. *En viri tempus nunc acceptam à maioribus gloriam bellicam, debitamq́ tum Deo, tum Regi fidem nobis ob oculos ponendi.* Profuit ſermo, & vix ſperatam victoriam reportauit. Cum his intendo Nobilibus armis re ipſa ac opere, non verbis ac voce, facta non dicta. Antonij apicum dogmata in eis lego, diſco: ac veſtris campis deducere & ominari nec hæſito nec dubito. Vnde de quodam Bogoria in Conſilijs lego dictum ſermonem.

Seruire cælo & patriæ.

Seruiui cœlo, nec te mea patria liqui,
Arbitror id de me bina ſagitta canit.

ALIVD OMEN
Curſus vitæ Bogoriorum.

Curſus vitæ Bogoriorum.

CVm nil præter ſagittas & has fractas in inſignijs veſtris conſpicio, curſus vitæ veſtræ me hercule vos admonent vt non tam proſpera & fælicia, quæ mundus & optio mortalium confingit & optat: quam perplexa magisq́; in partem ſiniſtram declinata tempora, quaſi vobis à fortuna veſtra propinata, in mentem ſecuriorem reuocetis. *Parcarum filum.* Nam quod Poetarum parcæ de filio diducto & ſciſſo in curſum vitæ humanæ deduxerunt, hoc ex veſtris ſagittis & tribus & omnibus fractis in curſum vitæ veſtræ deducere nihil obſtat. Nam ad nobilitatis veſtræ gaudia & arma dum animum flecto, & fractas ſagittas video, venit *Sagittæ curſum vitæ notat.* in mentem *Chilonis Æſchili in Agamen. Multi gaudia præ ſe ferunt nocti ſimiles, & riſum vultu inuito vi exprimunt, vt ſi ei dixeris ſalue, ne-* *Arma triſtitiæ ſigna.* *ceſſariò ipſum lugere iubes.* Ita veſtra arma dant omen cuiuſdam triſtitiæ, ſed hoc delectat, quod Iunonia auis illis & aſtat, & blanditur, vt *Pauo lætitiæ ſignum.* miro modo inſtruat omni aduerſæ fortunæ veſtræ Dei adiutorium non deeſſe, ſed mutare aduerſa in proſpera, vt verba Pſalmi modulari iam *Triſtibus Deus non deeſt.* vobis liceat: *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum.* Ita enim Catharinæ Aragoniæ *Henrici 8 Anglor. Cathar. vxoris eius dictum de infortunatis.* Henric. 8. Anglorum repudiatæ coniugis, cum aduerſa ſors ſagittas venenatas miſit, ei Deus aſtitit, ut cecinerit: *Infælicibus raro deeſt conſolatio, fortunatis vero plerumq́ mens ipſa & ratio. Sander.* Ita & Wenceſla- *Wenceslaus Bohemiæ Rex* us Bohemiæ Rex, dum è Rege captiuum aduerſitas fecit, Deum præſentem ſenſit, cùm quomodo valeat quæſitus reſpondit: *Nunquam melius! Dum enim omnibus humanis præſidijs vallatus eſſem, vix de Deo cogitandi*

gitandi dabatur ſpatium, nunc omnibus illis exutus ſolum Deum cogito, qui me ſat ſcio inuocantem exaudiet. Æn. Sylui. in hiſt. Bohem.

De quo & quidam in mente Bogoriæ.

Bina meo radiare vides in ſtemmate Tela,
Hoc cælum, veſtram proſpicit iſtud humum.
O quisquis terram, terrenaq; gaudia ſpectas,
Aſtra etiam cenſe conſpicienda ſimul.

Cælum conſpiciendum qui terram conſpicit.

ALIVD OMEN.

Cita mors, at demum beata.

Cita & beata mors.

NOn eſſe has ſagittas de cupidinis pharetra, quiuis affirmabit, ſed neque (licet ſint à morte) infelices eſſe ex tanto antecedente in Bogorijs non negabit: vt non mors, ſed potius ſomnus quidam fratri ſuo tradens Bogarias, cum Gorgia Leontino diceres. Omnibus quidem eſt cita mors, vt optime admonuit Abb. Olympius in Prato Spir. Cap. 12. vbicunque ſederis dic aſsiduè, peregrinus ſum: at non omnibus iam hoc minatur ſagittæ. Nam licet omnibus ſint ſuæ ſagittæ. Omnia enim perueniunt ad vnam voraginem diram dixit Simonid: at non omnia beatè: ſed illi, vt ait Phocylidis, quorum animos Deus regit. Si verò vobis mortem ſagittæ præſagiunt, at beatam Iunonia auis præſagit. Hinc de Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Bogoria, Euſtachio Wołowicz, Epiſcopo Wilnenſi quidam ominatus non mortem, ſed beatam mortem.

Omnibꝰ mors cita non omnibus beata.

Sagitta fruſtrà citã mortem ſignificat. Pauo beatam.

Cerno Wołowicij pulcherrima pignora ceræ
Bina, in diuerſas tendere Tela plagas.
Vnum ſublimi pergit trans nubila curſu,
In noſtris aliud vult habitare plagis.
Hinc habeo magnum Præſul digniſſime ſignum.
Te cælis animam, membra dediſſe ſolo.

Epitaph. Wołowicij Epiſc. Wilnenſ.

PRÆCVSTODITIO TRIPLICI OMINI.

GAlieni temporibus Marinus vir genere & virtute illuſtris pro tribunali vocatus, quod Chriſtianus eſſet, accepit ad deliberandum horarum trium ſpatium, quem egreſſum Theotegnus Cæſar, Paleſtinæ Epiſc. ſecutus. Monſtrato Euangelio Chriſti dixit: Tene & adhæreſce Deo. Sic enim ab eo roboratus, quod in optatis eſt; certo aſſequeris, miſſa deliberatio, cucurrit, & moritur. Hæc vna præcuſtoditio veſtris omnibus, vim, virtutem & veritatem prorogabit. Tenere & adhæreſcere Deo.

FAMI-

Bogorij,

FAMILIA BOGORIORVM.

Michael & Nicolaus Bogorij Comites

Stomicki in Pal. Sendom. Martinus Caſtell. Zawichwoſten. Iaroslaus Archiep. Gneſn.

Euſtach. Wołowicz Epiſc. Wilnenſ. primus ex Wołowiciis Sacerdos, alter Soc. Ieſu. Hieron. Cap. Samogitiæ. Petrus Euſt. Marcianus Wołowiecz. Staſzkowſki.

Iacobus Canonicus Cracou.

I*Nfundationibus Monaſteriorum Montis Calui Sanctæ Crucis & Tremeſen. Bogorij Comites nominantur, Michael præcipuè Anno* 1069. *Et Miechouius lib.* 3. *Comitem Nicolaum Bogoriam, qui ad Pokrziwnicen. Monaſterium, villas aliquot contulit ſub Caſimiro Iuſto Anno* 1186. *Et Nicolaum Bogoriam* Cromer. lib. 14. *Caſtell. Zawichwoſteń- In Palat. Sendomir. Scotniccy. Martinus Caſtell. Zawichwoſten. & Iudex Sendomir. Hi Bogorij ſunt militiæ Palladis Iuſtitiæ exemplaria.*

Iaroſlaum *Archiepiſc. Gneſń. Cathal. refert Anno* 1342. *à Benedicto XI. confirmatum, qui fuit multarum Eccleſiarum Patronus, defenſor & fundator. Cui Epitaph. Ianicius ſcripſit. Bogoriam lapides muri delubra loquuntur.*

Wołowicz *Euſtachius Epiſc. Wilneń. de quo plurima bona Academiæ dixerant. Primus ex Wołowicijs Sacerdos alter erat Societatis Ieſu.*

Hieronimus *Capitaneus Samogitiæ.*

Petrus *Succamerarius Trocenſis.*

Euſtachius *Cap. Plotelen. & Vcianen. filius Pauli Theſaurarij Capitanei Grodnen. Aulicus S. R. M.*

Marcianus *Wołowic Aulicus S. R. Maieſtatis.*

Staſkowſcy *in Palat. Cracou. cum Duce exercituum Tarnowſki contra Valachos & Tartaros milites, & directores tormentorum bellicorum, vt Bielſcius lib.* 4. *Iacobus Canonicus Cracou. Stanislaus ex Minowſka filios ſex, quorum Hier. multas regiones vidit, ex Obowſka habet poſteritatem.*

Staniſlaus *alter ad Polockum Vexillifer apud Magnum Ducem exercituum, dignus laudari à laudato viro.*

Ioannes Chriſtophorus Iach. *qui præconibus non egent, & filiæ Mazowiecka Sokołowſka Kmicina.*

Gwiazdowſcy *in Palat. Kaliſien.*

Mokranowſcy *in eodem Palat.*

Podleſcy *ibidem.*

Corſcy *in Plocenſi & Belzen. Palat. Erat vnus ex illis Notar. Belzen.*

Staniſlaus *Canonicus Cracou. & Plocen. Epitaph. Cracou.*

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum,
Reddere quod valeas viuificante Deo.

Kolanowſcy *in Ruſſia.*

Alios permultos Nobiles & Familias antiquas non potui adnotare.

BOYCA.

Digitized by Google

B O Y C Z A.

Boyca.



D E L I N E A T I O.

TRes cruces albæ, ſuper vicam lineam vel baſim, in campo cerulleo, ſuper galeam tres pennæ ſtrutionis, pinguntur ad modum pilauæ. *Tres cruces.*

O R I G O.

EX ipſa dictione conſtat, hic in regno acquiſita fuiſſe. At cui, quando vel ex qua occaſione conceſſa fuerint, non eſt facile colligere. Bielſcius eorum meminit ſub anno 1587. regnante Wladiſlao Iagel. Etiam refert, quod Ruſsiæ incolis vſui ſint. Animaduertendum tamen venit, quod crux ſalutaris non niſi pro ſalute animæ, corporis, Reipub. Regis & Patriæ collata fuit. *Crux ſalutaris cui ceſſit in inſigne.*

O M E N M A G N V M.

A M O R D E I E T P A T R I Æ.

Amor Dei & Patriæ.

ESt Aphoriſmus Aſtrologicus, quod Sol fecit ſibi Martem propinquiſsimum. Ratio eſt. Quia decet militiæ principem, eſſe iuxta Regem. Inſignia hæc Boycza vel Boyca, ex idiomate proprio, militem ſtrenuum & ad arma inſtigantem, exprimunt: ſed nec inſignia virum & authorem armorum exprimentia ſocordem volunt. Quid enim ſunt tres cruces? Si ante Chriſti aduentum Athenienſibus oblatæ fuiſſent, illi ſummum infortunium dixiſſent. Illorum enim ſi aliquis infælici morte interierit, tumulus eius cruce adnotabatur, refert Suidas. At poſt Chriſtum natum & paſſum, crux ſancta, & fælicitatis ſummæ

Sol fecit ſibi martem propinquum. *Boyca quid ſignificat.* *Crux Athenienſib. infortunium.* *Crux in ſepulchris.*

Crux felicitatis ſignum. *Crux amorē Dei ſignat.* *Crux ſignum Chriſtiani.*

ſignum, & inſigne Regium eſſe, Conſtantinus Magnus teſtatus eſt. Quid igitur tres cruces? Primò dicendum. Eſt amor Dei, pietate inſignis, quem melius exprimas, dum cruce exprimimus. Hinc S. Theophilus miles & Martyr cruci datus dicebat: *Ecce iam Chriſtianus ſum, quia in cruce ſuſpenſus. Gratias ago tibi Chriſte, quia in ſigno tuo leuari me permiſiſti.* Surius tom. 1. in vita. Secundò dico. Eſt amor patriæ fortitudine clarus. Hoc docet crux inſignijs Bozawola addita. Tertiò dicam. Eſt honor domus, ſtrenuitate cultus. Hoc referunt Arma Bokijow cruce inſignita. Cui igitur Boyca propè Regem vt Mars prope ſolem, erit crux eius Amorem Dei, amorem patriæ, & honorem domus lucidè referens, vt dicere poſsit honoratus tot crucibus. Inuenimus in cruce gloriam, eſt enim crux Dei virtus, & omnium plenitudo virtutum.

Crux eſt plenitudo virtutum.

DOMVS FORTVNÆ.

SI trinus numerus perfectionem aliquam inducit, certè tres cruces & ita ſimul iunctæ cuiuſdam ſalutaris fortunæ, perenne hoſpitium in familia Boyciarum erunt. Crux enim eſt cauſa nobis totius beatitudinis, quæ nos à cœcitate liberat, à tenebris reducit, eſt pacis firmamentum ac donorum largitio. *Auguſt. ſerm. de Paraſc.* Lego ſæpè ſæpius quod in vno crucis ſigno ampla victoria fuerit. Vnde Singraphe. *In hoc ſigno vinces.* In vno quoq; ſigno crucis fronti impreſſo peſtis fugata, licet fuerint infideles Turcæ. *Baron.* Infirmis tam corpore quam in bello crux ſalutis cauſa fuit Regis Nortadum Simbrorum Oſualdi. *Beda in Angl. hiſt. lib. 3. cap. 2.* Si igitur tam ſalutaris fortunæ erat vna crux, tres cruces, quantæ beatitudinis erunt? Vnum inducere de tribus crucibus veſtris cupio. Conſpexerat Heraclium Imperat. dum copias duceret contra Perſas *in Oratione Gregor. Epiſc. Piſideń.* & ille efformata cruce corporis proſtratione interrogabat, tum dixit:

Crux cauſatorius beatitudinis. *Crux vna quam ſalutaris.* *Oratio humilis Heracli: Imperat.*

Nigrum Imperator nunc indue calceum,
Rubefacias tinctum cruore Perſico.

Conſpicio quoq; vos & cruces veſtras, & recogitando illud Pythagoricum: *Ne quid nimis.* Dico. Vltra, ſupra, citra, modum, rem, menſuram, tempora, fortuna, Deus huc euexit, cui tria hæc crucis ſigna obligauit, vt dignè quidam:

Bonis bona.

Rectè animis cedunt generoſis omnia, Celſæ
Nil menti, atq; viribus ardua nulla, bonis.

PRÆCVSTODITIO AD VTRVMQVE.

Legatio pro bello in terrā ſanctam.

CLementis tertij Pontif. Max. in Galliam Legatus Wilhelmus Epiſc. dum expeditionem in terram ſanctam, cum plenaria indulgentia, ac

inſignijs

inſignijs ſanctæ crucis prædicat, ea ipſa hora crux apparuit in cælo. *Crux in cælo.* Mox omnes cateruatim veniunt ad crucem ſuſcipiendam, & Rex Chriſtianiſsimus Galliarum cum proceribus regni accepit in ſignum Chriſtianæ militiæ, crucem rubeam, Rex Angliæ albam, Comes Flandriæ viridem. *Ita Aug. Manno in hiſt. ſelecta fol.* 252. Apparuit & vobis triplex crux. Sit igitur in vobis triplici ſinceritate, intentionis, affectus, & effectus, alba: Sit in vobis triplici rubedine rubea, amore, feruore, ſanguine. Sit triplici viriditate viridis, deuotionis, honoris, famæ. Vel tota ſit alba, conſcientia: tota rubea, meditatione Chriſti: tota viridis, iuſtis operibus. Ita enim & cruce creſcetis & perfectiores eritis.

FAMILIA BOYCIORVM.

Boyca. *Anno* 1387. *Bielſcius.*
Babinſcij. *His delitiæ Mars & campus.*

BONAROWA, alias HIBRIDA.



DELINEATIO.

ESt lilium vnicum latum campeſtre, iunctum altero lilio, ſuis radicibus, vt quaſi vnicum videatur. Medietas eſt albi coloris, altera nigri. Supra galeam eſt vir in galea, ſupra quam eſt idem lilium, ad humeros bellica vexilla geſtans. Lilium verò album pingitur in campo nigro, nigrum verò in campo albo *Bielſc: fol.* 507. ſimilia arma habent reges Galliæ, lilia ſcilicet, ſed multiplicata. *Lilium ex Regno Franciæ.*

Digitized by Google

ORIGO.

candrii,

IN regnum Poloniæ ex Niderlandiæ partibus venerunt, vbi Bonarij bona hereditaria ad Landaw retinebant. Conceſſa verò ſunt occaſione tali. Rex Galliæ cum vicinis Regibus Scotiæ & Angliæ bellum ſuſceperat, ad cuius caſtra Bonar fama regi antea notus peruenit. Probat affectum Rex & Rothmagiſtrum præficit: cui dum fortuna favet, præfecturam ſuper exercitum confert. Arridet fortuna, commiſſo cum regibus prælio, eorum exercitum fudit, diſperſit, occidit, vexilla duo album & nigrum regi attulit. Lætus ex victoria Rex & bona confert, & inſignia alba & nigra cùm lilio regio Franciæ contulit. Supra galeam virum victorem & præfectum efformando. Demum *Ioannes Bonar à Wiſenberg* in Poloniam venit & Caſimiro regi ac ſucceſſoribus ſuis Alberto & Alexandro dilectus fuit. Tempore Sigiſmundi Regis fratres Iacobum Fridericum & Andream in regnum vocauit, regia bona oppignorata redemit & regi reſtitui, officinam monetariam in regno curauit. Papr: & Miechou.

ANIMADVERSIO
Fortunæ lubricæ.

Fortuna lubrica.

Diſcendum lentè.

NVllus hominum fœlix eſt per omnia, *dixit Nicoſtr*: Quare non inconcinnè Henric: III. Franc: Rex diſcenti litteras diligenter filio dicebat, *Canta fili mi canta*, ſed cum alaudis non cum luſcinijs, innuens, dotem vnicuiq; auium datam eſſe, ut hæc dulcius, ſed breuius, hæc longius, at minus iucundè cantet. Ita & in floribus, flos odore præſtantior celerius cadit. Quapropter & lilium hoc cum ſit album mixtum colori nigro, non per omnia vos fælices dicit, florere, odorem dare, medicinales eſſe regi & Regno, fortes conra hoſtium venena fieri multis debuiſtis, ſed nigra fortuna & in vitam & in ſortem veſtram citò proſpicit, vt non immeritò admiratur *Pythag. Iuſtitiam præſtes, tam dictis quam factis. Aſueſac vt ommes tuas res cum ratione agas, vnum tamen ſcias. Quod omnibus fato decretum eſt mori.* Alluſit huic antiqua Romana obſervantia, Rex enim ſacrorum apud eos dum in Comitio ſacrificia agebat, illis peractis, fuga protinus ſeſe & properanter eripiebat, *ait Dempſterus.* Verè in multis Bonarij erant Reges ſacrorum, at peractis ſacrificijs, properanti fuga decedunt vt illis accomodari illud *Euripidis in Andromeda* poſſit.

Nemo felix per omnia.

Omnibus moris

Vanitas mundi.

Hic erat diues, ſed abſtulit ei Deus opes
Et illorum quondam inſignium declinat vita.
Declinat & fortuna, ſimiliter & flatus ventorum.
In rebus enim humanis
Nihil quicquam eſt ad finem uſq; beatum.

Eſto

ADMONITIO LECTORI.

ESto igitur quiſq; cautus, & diſce illud, *Demoſthenis.*

Oportet optare bona Deosq́ rogare vt ea nobis conferant. Omnia autem humana exiſtimare.

Cautela ad conſeruandas domos.

Et Simonidis dogma in *Trenis:*

Homo exiſtens nunqam dixeris quid futurum ſit. Neq́ intuitus virum, quam diu ſit victurus. Fit enim citius quam volucris muſcæ, ſtatus mutatio præſentis. Ad vltimum diſce Eurip: in Ædip:

Satis magnum regnum eſt marito liberi & vxor. Æqualem enim calamitatem viri eſſe iudico liberis priuari, & patria & pecunijs. Vnum enim ex his rogatum vel neglectum, talem in nobis accelerabit periodum.

LINEA FAMILIÆ BONARORVM.

IOannes Boner ſeu Bonar *apud Sigiſmundum Regem in magno pretio, & antea apud alios Reges Poloniæ habitus.* Seuerinus *filius eius Caſtel: Sadecen: ex Betmanowna filios habuit Franciſcum Sec: S. R. M.* Iacobum *qui ſtatiua ſua in Sileſiam tranſtulit.* Ioannem *Caſtell. Biecen: & Magnum Gubernatorem, qui filiam à Tęcin in matrimonium habuit, & Stanislaum Capit. Biecen qui Caſtell. Cracou. filam Domini Iordani in matrimonium habuit. Sed hi ſteriles in matrimonijs. Filiam verò Sophiam Ioann. Tirley Palat: & Cap. Cracou. nupſit. Ille Seuerinus Bonar Caſt. Sadecen. poſt mortem Betmanowna, ex Koſcielecka hos acceperat filios, Seuerinum Capit. Rabſtinen: & Bobrzinen. qui habuit in vxorem filiam Caſtellani Wilnen. & Cancell. M. D. L. Wolowicz. Vir erat magnus in toga & ſago, in arte & marte, ſterilis tamen, & filium Fridericum, vixit celebs,* ait Paprot: *nullas moleſtias dignitatum voluit, ſola venatione contentus. Vt referunt alij, quatuor filios reliquit* Franciſcum & Andream *qui celebs vixit. A Franciſco ex Kropcanka* Adamus Andreas & Severinus: *Ex Adamo & Bidzinſka Ioan:* Chriſtoph. *Adamus & Martinus qui à Koſacis occiſus eſt. Redierunt quoq́ ex Sileſia filij* Iacobi *in Poloniam, Iacobus; qui ex Catharina Zaigliezowna ſuſcepit Zebaldum qui Ordinem de obſeruantia S. Franciſci profeſſus, Fr. Bonauentura dictus, & Seuerinum ac filias Annam, quam Zagorſcio & Lucretiam quam Ioan. Iezierſcio Not: terreſtri Luccorien. conceſſerat. Alij non reperiuntur qui his vterentur Armis.*

Digitized by Google

Bonca.

BONCZA
SIVE
VNICORNV.



DELINEATIO.

ESt albus Vnicornis in campo rubeo, ſuper galeam & coronam, medietas Vnicorni in campo.

ORIGO.

DIuerſam originem armorum in regno ponunt. Alij quod cum Clemente Epiſcopo Kruſwicen. Anno 994. venerint, & per fratrem ſuum familia propagata, fortè à Bonifacio lingua corrupta ex Italico ad Poloniſmum Bonca dicto. Alij quod cum Archiep. Cracou. Proculpho venerat ex Italia quidam vir nomine Mierzb, An. 996. Bona & poſſeſsiones plurimas à Rege ad Czerwienſko habuit, quibus & cognomen ſuum Boncza ob memoriam loci Italici à quo venerat impoſuit. Poſteritas ſua nuncupata fuit Bonieccij, filij ſui duo Canonici Cracou. notabant familiam ſuam à Wſcieklice, Cathalogus Nicolaum & Boguſlaum nomine dicit, An. 1061. ſub Lamberto Zula, qui ſolum nobiles Canonicos habere voluit. *Papr. Bielſc. Dlugoſſus.*

Mierzb.

GENEROSITAS BONCIORVM.

Non compar. pecunia.

VT concinnè ita verè Eurip. in Meleagro. *Hæc ſola pecunijs comparari non poſſunt, Generoſitas & Virtus.*

Quocirca Familia hæc inſignis non tam Paridis Liram, quàm Achillis haſtam cum Magno Alexandro ſibi optabat & aptabat. Eorum enim erat cum Lacedæmonijs non inueſtigare hoſtes quot, ſed vbi ſint.

Erat

Erant namque illorum alij Polyzeli, alij Callimachi, alij Cynegiri non iam Athenienſium, ſed Polonorum. De illis ita refert *Plut. in Pararell.* quod cùm contra Darium fuerint ab eis miſsi, acie iam inter ſe concurrente, Polyzelus ſpectrum ſupra hominem cum vidiſſet, viſum amiſit, & tamen cæcus factus, 48. hoſtes interemit. Calimachus autem, multis vndiq; confixus haſtis, mortuus, tamen erectus ſtabat, Cynegirus autem Perſicam nauem detinens, manibus truncatis, dentibus nauem retinebat. Hic in eos Pantelei ſcripta:

O irritum laborem & infectum bellum,
Noſtro Regi quid dicemus obuiam euntes?
O Rex! Cur me miſiſti contra mori neſcios hoſtes?
Iacimus non cadunt, vulneramus non metuunt,
Vnus vir ſpoliauit totum exercitum, in medio autem
Cruenta ſtetit indomiti Martis imago.
Arbor autem velut, ſtat ferreis firmata radicibus,
Nec vult cadere. Mox autem veniet intra naues.
Solue ô gubernator, hominis mortui euitemus minas.

De vobis autem quid refert ô generoſi Boncij. Idem de vobis ac libere prædicarem, niſi voſmet ipſi, tum veſtra prudentia & fortitudine, tum veſtra audacia & pietate prædicaretis. Video enim ſub his armis Zołkiewskios, video Chmieleccios, Sulikowios alioſq; innumeros, re & nomine magnos. Sed horum trium cum virtutem, animum ac pietatem inſpicio, amplius dicere quicquam nec ſcio, nec valeo. Obruit enim eorum grauitas & authoritas ingenium. Quod ſi ita eſt quomodo iter ad Fredrones Charleccios, Tomaſouios, mihi comparabo: Illud vobis Rinocerotis appropriabo, iuxta Martialis dictum, RINOCEROS NVNQVAM VICTVS AB HOSTE REDIT.

Generoſitas Bonciorum.

Rinoceros inuinciſsimus.

TRIVMPHATORES HOSTIVM.

EXaltabitur ſicut vnicornis cornu meum, *Pſal.* 91. cecinit Dauid. Tacitè alludit verbis, ad triumphos antiquos, & præcipuè ad triumphos, & exaltationem Romanorum & Athenienſium in triumphis. Vbi præter omnes tribus, Pontifices, Senatum, Nobiles obuiam triumphatori euntes, imagines quoq; Deorum obuiam efferebant, ſimulachra ciuitatum, fluuiorum, montium, triumphatores introducebant. Currus aureos cum inſignijs Imperij, equis, ceruis, leonibus demum victis Regibus ductos, aſcendebant, ac delinita facie, exaltabantur vt cornu vnicornis. *Alex. ab Alex. Genial, lib. 6. cap. 6.* Aptius animis veſtris hæc applicanda veniunt, quibus Vnicornis in gloriam æuiternam, ac inſigne nobilitatis conceſſum fuit. Vos etenim nedum triumpha-

Triumphi antiquorum.

Digitized by Google

umphatores hoſtium eſtis, hoſtium regno & fidei, ſed triumphatores & vitiorum. Quapropter de Armis veſtris tot in Regno Epiſcopi, Palatini, Senatores, exercituum præfecti, Iudices terrarum fuerunt, quos ſcilicet Rex inuictiſsimus & Reſpub. Poloniæ nouerant, quod in bello apud vos ferrum præſtantius fuerat auro, in pace, diuitijs eruditio. Nec magna apud vos fuerat vita, ſed bona & cum pietate vita. Hinc ad Illuſtriſsimi Ioan, Demetrij Sulikowski Archiep. Leopol. perpetuam memoriam quidam ad Arma reliquit.

Nobilis à cornu quadrupes, quo te incitat ardor
In fronte inuicta ſydera ſumma feri
Præclarisq; tuis & raris dotibus Cia
Æternum Lechico commodus eſto ſolo.

Sed inter Neothericos triumphatores Stephanum Chmieleccium, cui licet Bari in propatulo militum hoc ſolum Epitaphium ponitur: *Stephanus Chmielecki Palat. Chiouień.* Alij tamen laudis gloria permoti, hoc Epitaphium typis mandarunt.

Chmielecty Epitaphium.

Laſſus Viator
Etſi properas, lege.
Etſi legis, propera.
Vixiſſet Chmeleccius,
Fuiſſet
Patriæ, Maieſtatis, Hoſtium
Vindex, Vindex, Vindex.
At nunc
Fumus, Heu fumus
Fecit gloriæ eum
Liuicæ, Scythicæ, Turcicæ,
Vmbram, Vmbram, Vmbram.
Tantum eſt Vale. Curre.
Et patriæ voue, Ciues
Bonos & Fortes.

Vobis igitur Boneij & ſuperſtites viri, & cæleſtes curiæ, vt palmam gloriæ & triumphorum deferunt: ita vos imitari, ac in ſpeculare vitæ, & triumphorum in exemplar deducere, deſcendentes à vobis magni habebunt.

PRÆCVSTODITIONES.

Tres virtutes nobili obſeruandæ.

PRima Euripidis. Tres ſunt virtutes quas te exercere oportet. Deos colas, & qui te genuerunt parentes, & leges communes. Hæc ſi feceris, plurimam feres coronam bonæ famæ. Secunda ex Aphoriſmis Aſtrolog. Planetæ malefici cum coniunguntur Ioui, minus ledunt.

Malefici Planetæ minus ledunt.

Ita

Ita heroicus animus cum poſſit nocere non nocet, Arma enim ſunt potentiſsima hominibus bonis VIRTVS. *Senarius.*

LINEA FAMILIÆ BONCICIÆ.

CLemens *Italus natione Epiſcopus Kruſnicen: Anno 996. Catalogus. Germanus Epiſc: qui cum Epiſc. Cracou. Proculſo venerat, Mirzh. 988. Hic multa bona conceſſa habuit ad Czerwienſko, ex poſſeſſionibus ad Kozlow pertinentibus vbi & villas fundauit quas vocauerat Boncza, ex quibus Boneiczij. Reliquerat filios duos Nicolaum & Boguslaum An: 1061. Canon. Cracouien. qui notabant ſuam familiam à Wſcieklice.* Mirzh.

Boneiczij.

Fredrij *de Niznow in Ruſſia, Dobieſlaus Fredro Caſimiri Mag: Marſchalcus. Fabulantur, quaſi victor Dobieſlaus cuiuſdam Germani conſerui in aula petentis gratiam à Victore his verbis, Frid her, inde cognomen habent Fridherowie.* Fredro.

Ioannes *Palat: Ruſſiæ* 1496.

Andreas *Palat: Podoliæ & Cap: Camenen:*

Franciſcus *à Tartaris defenſor Lubacouiæ, animi generoſi vir & præclarus in rebus regni & exercitus: Reliquit filios ex Derſniakowna.*

Staniſlaum *Tribunum Samborien: Qui ex Dobracinſka accepit filios Valentinum Pocillatorem Prçmiſl: cui Skorucianka in matrimonium erat.*

Ioannem *Caſtell: Sanocen: & Georgium Tribunum Samborien: qui reliquit prolem cum Stadnicka.*

Solikowſcy: *Ioannes Demetrius apud Sigiſmundum, Auguſtum, Henricum, Stephanum Reges, Aulicus & ſecretarius, ad magnos Principes multoties Orator & legatus, poſtmodum Archiep: Leopolien: optimus Paſtor, & Eccleſiæ parens, in cuius laudem ita Skrobiſowſki Canon. Leopol:* Solikowſcy. Anno 1583.

Te pleps, templa, ſcholæ, clerus, te clauſtra loquuntur.
Exemplar veræ religionis eras,
Laus tibi ſuccreſcit de multis, inde ſuprema.
Seruiſti domino, nocte, dieque tuo.

Solikowski *Canon. Leopol: & S. R. M. ſecretarius.*

Strzeſzkowſcy *in palat: Lublinen: Epitaphium Lublini apud Patres de Obſeruantia Stanislaum refert cum oſſibus parentis & aui de Zochow in Koſsicze & Strzeſſkowice hæredem Vexilliferum Lublinen: mortuus Annos habens 33. Heu! moriendum eſt, cum viuentem plus vita delectat* Strzeſſkowſki

Sieniccy *in Chelmen. terra, Antiqua familia. Eorum virtutes Heroicæ luculenta dent teſtimonia.* Sienicki.

Oſmolſcy *in Lublinen: Pal: Ioan: diuitijs & honore ampliſſimum referunt. Omnia fui ſed nihil expedit. Pereunt cuncta, fama in æternum viuit.* Oſmolſki.

Zolkiewſcy *Radwan dicti, in Chelmen. terra, Nobiliſſimo & antiquiſſimo maio-* Zolkiewſki.

maiorum ſanguine nituntur. Hos Mars educauit, ſanum conſilium Reip: datum in ſenectam & euiternitatem deduxit.

Strzebiecki. Strzebieccy *in Belzen. Palat: in diſtrictu Kraſnoſtaw.*

Tomaſzewſki. Tomaſzewſcy *in Palat: Lublinenſi.* Iacobus *Rothmagiſter Caſimiri Regis vna cum Mathia Zamoyſki & Nicolao Streikowſki A.* 1471.

Iacobus *Capit: in Teczyn & Morauica.*

Charleſki. Charleſcy *in Lublin. Palat: Hi veri ſunt Tomaſſewſczy: Ioan: Culinæ præfectus Reginæ Bonæ. Nicolaus in Wolinia ex Lubicka reliquit filios 4. filias 3. Ioannes filius eius dilectus filijs S. Cæſ. Maieſt: in lingua Latina, Italica, Hiſpanica, Germanica bene peritus. Simon ſuus Germanus in Curia Regis Galliæ aulicus & miles, vt redijt ad patriam ad extremum vitæ ad Zamoiſcium miles Rotbmagiſter, Sebaſtianus & Georgius reliquit Andream. N. Patruus horum Vexillifer Kijouień. ſemper auidus maiorum laudis & nominis in Aula & in exercitu clariſſimus.*

Hieronymus *à Charlez Luccorien. & Caniouien. Capit: in cuius laudem ita Academia Zamoſcen: ad Arma Monocœrotis.*

Quò, ter fauſte tuis laribus Lechicoq; trioni
Quò curſu tendis præperè Monoceros?
Non nobis rapiêre, tuis nec totus abibis
Ad ſuperos quamuis gloria monſtret iter
Illa eadem in noſtris nunquam delebile nomen
Imponet faſtis, quo ſuper aſtra voles.

Chmielecki. Chmieleccy *in Præmiſl: terra, quibus ipſa virtus præmium fuit. Stephanus Chmielecki Palat: Kiouien: cuius merita & laudem quidam in Epitaph:*

Ah lethi aduerſum ſemper virtutibus vncum.
Ille ego præcipiti funere condor humo.
Quem timuêre ducem lunatis agmina peltis
Fiſus equo celeri cui ſcytha luſus erat
Quem magni hęredem Rex iuſſerat optimus eſſe
Nominis, heu magni nominis vmbra cado
Ergo ſpe ceſsi, ſpem alijs ex aſſe relinquo,
Speret qui morſum non timet inuidiæ.

Reliquit filium tyrocinia in Aula Sereniſſimi Regis Wladislai 4. virtute colentem. Chmieleccios in Podolia & nomine magnos & virtute referunt Epitaphia apud Predicatores in Camenetia Podoliæ.

Braciewſki. Bracieiewſcy *in Premiſl: terra.*

Iſicki. Iziccy *in Palat: Lublin:*

Skokowſki. Skokowſcy *ibidem.*

Chroſcieiowſki. Chroſcieiowſcy *in Sendomir. Palat:*

Klonowſki. Klonowſcy *ex Ravenſi terra.*

Pierouij *in Belzen. Palat:*

Kargonſ-

Digitized by Google

Kargowſcij *in Mlawenſi diſtr.* Szerzenſcy *in Palat: Crac: Biecen: terr:*
Waſniewſcij *in Mlauenſi diſtr.* Sochaccij *in Sendom. Pal.* Rutkowſcij.
Skocewſcij *in Ciechanou. Fœlix Canon. Varſauien. & Confeſſ: Reginæ Annæ, Lucas Fr. Canonicus Poznan: Adamus Fr. reliquit filios Fęlicem Andream Iacobum, Albertus fr. quartus Roſa dictus. Omnes vt pietate, ita animi fortitudine glorioſi.*
Pokrziwniccij *in Ciechanouien: diſtr:*
Romanowſcij *ibidem.* Poſtruſcij *ibidem.* Wielgowie.
Bartoſzewſcij *ex Palat:Chelmenſi.* Bukowſcij *ex Mlauenſi terra.*
Gozimirſcij, *Petrum de terra Rauenſi Epitaphium Conſtantinouiæ apud P. Prædicatores virum virtute & fortitudine clarum refert.*

Pax mihi aratra tulit, mars me vocabat ad arma,
Semper eques nunc ſum ſordida maſſa ſoli,
Me fera mors hodie funeſta falce peremit.
Cras tibi, ſis cautus demet & illa caput.

Wilga, Adamus *Modernis temporibus in Luceorien: diſtrictu & Wolinia, eſt tenutarius multorum bonorum Ducum in Zaſlaw & Oſtrog, vir ad virtutem & pietatem pronus.*

BOZAWOLA ſeu VOLVNTAS DEI.



DELINEATIO.

Est ſolea alba, intra quam & ſupra quam ſunt cruces: ex Lubicijs etiam Armis ſunt, infra ſoleam verò luna ſubducitur cornibus ſurſum, coloris flavi, ſeu aurei. Campus eſt ceruleus, ſupra galeam tres pennæ ſtrutionis. *Bozawola ex Armis Lubicz*

ORIGO.

CVidam de Armis Lubicz, à Duce Maſouiæ additio facta, eò quod hoſtilia caſtra latitantia, nocte inuaſerit, fuderit, victoriam reportauerit. Eorum *Bielſcius meminit Anno* 1170. Sed cui conceſſa fuerint non refert.

NOBILITAS VERA.

Indulgentia patrum ſegnes facit natos.

CVm blanda patrum ſegnes faciat indulgentia natos. Quibus facta eſt hæc additio ad Arma, nec parentum indulgentia poteſt amplius argui, nec is cui additio facta, in magnum nobilitatis nomen, non poteſt non adduci. Lego varias additiones ad Arma Pomian, gladium habent additum ad Wieniawa Arma, attamen quid virtutis inde colligatur *Bielſcius ſub Anno* 1278. *referat.* Armis Crucin additur Abdank. Sed lege rationem alibi. Similem controuerſiam infero. Inter Eduardum Angliæ Regem & Philippum Valeſium Franciæ Reges Corozetus habet. Eduardus inſignijs Angliæ Leopardis, Lilia Francorum Regum adſcripſerat, qui cum à Philippo argueretur, illi ſic Eduardus reſpondit.

Additio ad arma Wieniawa de. Pomian additio. Crucin additio.

Leopardus Anglor Regu. Lilia Reg Fr

Regum de armis controuerſia.

Rex ſum, regnorum bina ratione duorum,
Anglorum Regno ſum Rex ego iure paterno
Matris iure quidem Francorum nuncupor idem,
Hinc eſt armorum variatio facta meorum.

Philippus replicat:

Prædo Regnorum qui diceris eſſe duorum
Francorum Regno priuaberis atq; paterno
Matris vbiq; proles ius ſemper non habet vllum,
Succedunt mares huic regno non mulieres,
Hinc eſt armorum variatio ſtulta tuorum.

Varia igitur fuit ratio additionum ad Arma. Quapropter colendus eſt Euripidis in Iunone.

Parcamus Viris nobilibus parcamus,
Malos autem, ut merentur reſpuamus.

Veſtra additio hæc Lunæ ad ſoleam & cruces, magnæ virtutis & amoris privilegia porrigunt. Porrigunt privilegia veræ nobilitatis, Genus enim ſui ſpecimen honeſtum præbens, nobilis famæ honeſtatem comparat, dicebat Sophocl: De quo & Plaut: in Rudent.

Nobilis vigilare debet in honeſto & fama.

Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia.
Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro & cum malo quieſcunt.

FIRMITAS PERPETVA.

Soliferea quid?

SOlifera Romanis inter arma fuerunt, narrat *Liuius* 1.*decad: lib:* 4 erat ſpecies lanceæ vel teli, vnde ſolifera quod ſolidum eſſet è

ferro

Digitized by Google

ferro telum nec quicquam haberet ligneæ materiæ admixtum, Galli vocant Geſum. Hinc colligitur fuiſſe haſtas viriles, nam viros fortes & robuſtos Galli Geſos vocant. Dum conſidero veſtra arma, video arma ſoliferrea, nam luna demonſtrat ſolem, crux veriorem ſolem refert, nempè Chriſtum, ſolea autem nuncupet, ſolidum ferrum, hinc exiſtimo, animos ſoliferos, auguror poſteritatem ſoliferam. Nam ſi quid rei, huius veri quid nominis Bozavola, hoc eſt voluntas Dei in nobis adimplebitur, ſoli ferrei; id eſt ſolidè ferrei, quod eſt, conſtantes, fælices, victores tam fortunæ quàm temporis eritis. Aliter vt Alexander Mag: cum vidit quendam adoleſcentem idem nomen cum ipſo habere, & non eundem animum, dixit: Adoleſcens, aut nomen aut mores mutato. Idem dicam, ſi degeneres eritis, & inſigniorum nomen & inſignia mutabitis. *Alexand. nomen & mores mutãdos vult.*

PRÆCVSTODTTIO.

ISidis nauis Ægiptijs erat, id eſt Lunæ nauis, *Pier. Val. lib.* 13. *c.* 39. eo quod Nauigium in honorem lunæ coluerint. Vnde Seſoſtris nauim fecerat è Cedro 80. cubitorum de argentatam & deauratam intus & extra ait *Diodorus.* Hinc & Lunæ vectatio Idem *lib.* 5ſ. *c.* 9. Pulchrè profectò aduecta eſt luna vobis, & creſcens prout crux interna denotat. Laborandum vobis ne decreſcat. Opes cum magnæ pereunt, dicimus in fumum abierunt. Adnotabitis igitur illud *Heſiodi: Quamprimum fumo properes clauum impoſuiſſe, & ita vectatam lunam creſcentemq; auſpicaturi.* *Iſis: Luna vectatio.*

FAMILIÆ BOZAWOLORVM.

Koſciminſcij *in Vyſſogrodenſi diſtrictu.* *Koſciminſcij.*
Komorowſcij *ad Oſtrouie.* *Komorowſcij.*
Iemieliccij *in Palat. Lomſenſi.* *Zemieliccij.*

BRATCYCZ ſeu CONFRATER.

ALII

OKSZA.

Bratczic,



DELINEATIO.

Secures,

SVnt duæ ſecures decuſſatim coherentes, id eſt in modum crucis, vt acumen vnum dextrum aliud ſiniſtrum occupet latus. Campo rubeo gaudent. Super galeam tribus pennis Strutionis ſplendeſcunt: Sunt qui ſecures portant, ſed quia vnam in armis, alteram ſuper arma, ideò differentia ſunt ab his. Qui tamen Aſcij non ſunt, ſed Okſicij.

ORIGO.

Naſſa aurea.

Wirſouicius.

Mnates.

VEniunt à Bohemia ſuccedentes Naſſæ aureæ à qua Wirſouiccij nuncupabantur. Eſt verò mutationis ratio, vt Papr. refert. Wirſouicius Gubernator Bohemiæ contra Mnatem Principem Bohemiæ moliebatur in Regno acquirendo. Mnates re cognita aſtutè vocat Gubernatorem, rem aperit, iubetq; vt ſe proprio gladio interimat. Oritur mox inter conſanguineos ſeditio contra Mnatem, capiuntur illi, cæduntur, proclamantur. Tandem Ioannes Wirſouicius, Ducem Bohemiæ Suiatopelcum vita priuauit. Confugit inde ad Boleſlaum Kriuouſtium Principem Poloniæ, vbi poſtmodum incolæ Regno adſcripti, quieti in pace, virtuti in bello conſulebant. An. 1160. Dum Frideric.& Præmiſlus fratres contra Conradum arma movent Ratiborius Wirſouicius exercitum ex Polon. Friderico adduxit. Fauet fortuna, fiunt victores. Recipitur vt amicus Ratiborius. Sed vt cum me-

Suiatopelcus Bohemia dux occiditur.

In bello pacem acquirit.

moriâ

Digitized by Google

moria antiqua, facta quoq; deleantur, inſignia naſſæ aureæ mutantur in ſecures decuſſatim ſibi cohærentes; ob maius verò vinculum amicitiæ Fridericus Ratiborio euiternæ arcem inſcripſit & conſecrauit: *Secures pro Naſſis.*

FIDA AMICITIA.

REges Romanorum dum curruli ſella vehebantur, præferebantur faſces virgarum, intra quas obligata fuerat ſecuris, vt ferrum in ſummo faſcium extaret. Admonebant vt conijcio magiſtratum, ne in iram ſint procliui ac precipites, quæ ſi iam præceſſerit, antequam faſces ſoluerentur, aliam ſententiam inducant. Et ita vitia ſanabilia & inſanabilia conuenienter reſecabant. Hic iam duas ſecures ſed iam non ligatas faſcijs video, attamen Romanis minus effuſiores, cum cruce ſancta fuerint ligatæ, quas diſligare nefas. Conſtantinus Magnus poſt victoriam Maxentij Tyranni, in tropheum imagini ſuæ, ſignum ſalutiferum crucis adhibuit, erexit & inſcripſit: *Hoc ſalutari ſigno, vero fortitudinis indice, vrbem veſtram ex Tyranni iugo ereptam in libertatem vindicaui, ſenatumq; & Romanum populum, in priſtinum ſplendorem reſtitui.* Ita & crux hæc ex ſecuribus efformata ſubſcribenda eſſet. Hoc eſt ſignum fortitudinis fæderis & pacis, hac cruce familia Wirſouiciorum è iugo erepta in libertatem proceſſit id obteſtor & conſeruo. Hac fidam amicitiam cum poſteris deuoueo, & fero. Quapropter celebre fuit illud Cornelij Taciti. *Vera amicitia inter bonos oritur, inter maiores proficit, inter optimos conſummatur, morumq; conſtantia continuatur.* *Securis cum faſcijs.* *Crucis S. dignitas.* *Amicitia ubi.*

OMEN FORTITVDINIS ET AMORIS IN PATRIAM.

VIrum fortem & patriæ amantem, nec aliud ſibi in bello iuſto proponentem, quam præclare pugnando vincere, aut laudabiliter ſuccumbendo mori: ramorum duorum decuſſatim ſibi inhærentium veteres figurabant. Refert in Pier. Val. Collect. Palmæ videlicet, qua vſi ſunt in ſuis victorijs vt patet ex picturis & nummis; cuius rationem Plutar. in Sympoſiac. Quia proprietas Palmæ eſt vrgentibus præmentibusque ponderibus non cedere, & cupreſſi funeribus deſtinatæ quod corruptionem non ſentiat. Has ſecures licet, ſed quia decuſſatim poſitas ac formis ſuis clariſſimam familiam ornantes, vti in victoria præclares, & pro patria mori paratiſſimos denunciantes iam his donare laureis & ſupra vnam ſecurim legere palma ſupra alteram, cupreſſus liceat ex quo liquidò Ratiborius Virſouicius eas in ſe expreſſerit, aut vincere ſcilicet aut mori pro patria. *Vir fortis per palmas ſignificatur.* *Crux ex palma & Cupreſſo.* *Palma & Cupreſſus victoribus data.* *Secures cum ramis.*

PRÆ.

PRÆGVSTODITIO.

Bos non occidendus. Sacrificans fugit. Securis ad aram: Securis in iudicio. Amicitia non rumpenda.

LEx Athenis erat, qui bouem occideret capite plectetur. Quare Athenienſium Eretheo Regnante, dum quodam die ſacro bouem occidere neceſſe eſſet, vt lex dignitatem haberet, Sacerdotem mactato boue, & relicta ſecuri ad aram, protinus fugere conſuluerunt, quod ne impunitum foret, conſtitutum eſt, ſecurim in iudicio ream ponere. Amicitia contracta cum non ſit aliud quam æqualitas animorum *ut Diogenes in Laert:* nec ioco nec neceſsitate rumpenda eſt. Amicitia enim iuxta Ariſtotelem, eſt anima vna in duobus corporibus habitans. Quapropter vitia, quibus honor amicitiæ obfuſcatur, euitat & fugit, & hæc *Petrus Bleſen. in lib. de Amicitia enumerat.* Iracundia, Inſtabilitas, Suſpicio, Garrulitas, Ergò ſecures cruce fidelitatis, pietatis, religionis conſignatas, horum fuga conſeruate, ac acceſſum ad amorem patriæ dirigentes, fortitudinem colligite, ſic nullus erit qui ſecures veſtras obiurgarit.

Amicitiam rumpunt.

FAMILIA BRATCICIORVM.

RAtiborius Wierſouicki, *Anno* 1160. *Cui Præmislaus Pryndam arcem ad Bauariam ſpectantem contulerat.* Dubrauius in hiſt. Bohemica. *Alij deſcendentes ab eo Okſicij vocantur, & ſecures tranſpoſuerunt. Quare alio loco de Okſſa dicemus Armis.*

Okſſa.

Bozezdars.

BOZEZDARS
SEV
DEVS FAVENS.

Deus fauens.



DELINEATIO.

Crux cum lilijs nigris.

ESt crux lata, intra cuius terminos ſunt lilia nigra, ſuper galeam eſt cauda Pauonis, intra quam, eadem apparent arma.

ORI-

ORIGO.

ANno 1442. regnante Wladiſlao Iagellonide ſub coronis & ſceptris Poloniæ & Vngariæ, Georgio Nigri iuxta Bielſcium, dicto Szworc zincolæ Cracouien. iuxta Paproc. conceſſa, ſed quæ eſſet cauſa monens, tacent, at forte ciuilis, de qua Poeta: *O ciues ciues, quærenda pecunia primum eſt.* Hic tamen Budzini gratus ex ſtrenuitate Regi. Sed cum nemo ſua ſorte contentus, iam degenerari in aquilam & hic cogitauerat. Quapropter Deum fauentem ſibi inuocabat. DEVS FAVEAS.

Szworcz.

Nemo ſuâ arte contentus.

INTENTIO PRINCIPIS IN CONFERENDIS ARMIS NOBILITATIS.

PHilipp. III. Hiſpaniarum Catholiciſsimus Rex filio ſucceſſori iam morti proximus, inter cætera monumenta crucis imaginem porrexit dicens. Hanc tuus proauus, Carolo parenti meo, & ille mihi donauit: hanc ego nunc tibi pro teſtamento lego, hanc tanquam Rex Chriſtianus veneraberis, & in illius conſpectu mortalitatis tuæ recordaberis, *Iul. Bel. in Laur. Auſtri. lib.* 5. Simile intueor magna ex parte, dum ad hæc arma oculos fero. Data enim ſunt in perpetuum teſtamentum & decus futuræ familiæ Sworcz. Sed qua intentione aduertite. Data eſt crux ſplendida, ornata lilijs, vt ſi ſplendenti virtute corruſcantem reddidiſſent, ſint illis hæc arma in arma & tutamen, ſi autem adornati tanto honore marceſcerint, vt nigra hæc ſunt lilia, etiam crucem hanc albam, nigredine in memoria mortalium obducent. Reddens enim malum pro bono, non recedet de eius domo malum, *Prouerb.* 17.

Hiſpaniarum Rex filio crucifixum legat.

Arma cur dātur.

Non reddas malum pro bono.

OMNIS HONOS A DEO, qui ſoli debetur virtuti.

DIgna eſt ſententia memoriâ æternâ: *Dimidium facti qui benè cæpit habet.* Sed dignior eſt hæc: *Finis coronat opus.* Verùm res nouæ, vix prima dignitate gaudent, cum varios effectus res ſemper habet. Et ratio eſt, inquit Mimus, quia fortuna cum blanditur captatum aduenit. Hinc *D. Paul. ad Timoth.* 1. *cap.* 2. *Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam.* Quaſi diceret, eò enim ante omnem fortunam, veſtra fortuna ſemper proſpera initia habebit, quæ vllum finem glorioſæ famæ, nominis, ac proſperitatis, capeſſet. Sed alia vobis ô Sworcij, ſors ominata eſt cæli; & quæ arma veſtra clarè exprimere nequibant, hoc cælum apertè in vobis demonſtrabit citatum honorem, citiorem mortem. Albus color eſt ſymbolum vitæ, niger ſymbolum mortis. Vnde Terent. *Notata nigro lapillo.* Hoc alba crux, hoc nigra lilia volebant. Defecit in te lux crucis atra morte, ſicut in te inchoata fuit. Hoc ſi odore graui, vel ſuaui Dij ponderent.

Sententia æterna memoria.

Albus color vitam, niger mortem.

O tutos ſatis hos ciues populumq́; beatum
Queis velut in patrio fas habitare ſinu.

ADMONITIO.

Virtutes quomodo ſiunt.

VT Dij ſimilium conatus, albo lapillo notent: oculos ad Dauidis melos dirigite, quod in timore Domini ſancto, & in inditijs eius cuſtoditis, eſt retributio multa. *Pſal.* 18. Vnde *Tertull. in lib. de Pudicitia, de vitioſo temporum ſtatu, ſupra* 1. *Ioh. cap.* 5. *Totus mundus in maligno poſitus eſt.* Hac admonitione cauet, optima virtutum omnium & aſſequendarum & conſeruandarum ratio eſt, ſi natura præſtruxerit, ſi diſciplina perſuaſerit, ſi cenſura compreſſerit, ſiquidem omne animi bonum aut naſcitur, aut eruditur, aut cogitur. Sed vt mala mala magis vincant, quæ vltimorum temporum ratio eſt, bona iam non naſci. Ita corrupta ſunt ſemina, nec erudiri, ita deſerta ſunt optimarum rerum ſtudia, nec cogi, ita exarmata ſunt iura. Hæc ille.

Defectus virtutum.

LINEA FAMILIÆ.

H*Æc in filiabus Cracouiæ remanſit, ex quibus Pernuſij & alij Ciues Cracouij proceſſerunt.*

Brochwic primò.

BROCHWIC Primò.



DELINEATIO.

Ceruus cum corona.

EST ceruus rubei coloris in campo albo, tenet coronam ſuper collum auream, ſuper galeam Pauonaceæ pennæ.

ORIGO.

EX Germania in rRegnum venêre, vt quidam aſſerunt. Sed modum, perſonam non referunt.

BONVS

BONVS ODOR FAMÆ.

AGatoclea Syracuſanorum Princeps, dum venabatur ceruum & interfecerat eum, circa collum inuenit torquem aheneam ſuper inductam pelle, cui inſcriptum erat: Diomedis Artemij, quem Princeps magna veneratione Diannæ conſecrauit. *Pier. lib. 7. c. 15.* En modo alium ceruum & cum torque de auro, & qui vtebatur illis mox Dijs conſecrandus erat. Obducta eſt mortis tela Sobkorum memoria, nam & ceruus licet viuacitatem & tempora ferat, attamen terminanda. Sed licet domus ac familia tranſijt, odor tamen bonæ famæ remanſit. Vir enim bonus multis in locis ſalutaris eſt, ait *Menand.* Hinc Auguſtus Cæſar deuictis Antonio & Cleopatra in Ægypto, Alexandriam ingreſſus eſt, vbi Alexandri Magni corpus inuiſit, quod & verborum bonorum proſecutus eſt honore, & coronam Regiam deſuper relinquendo, floribus ſepulchrum conſperſit, & abijt. Cum verò animaretur, vt & Regum Ptolomeorum corpora videret, reſpondit: *Reges ſe non mortuos videre voluiſſe. Fulgoſ. lib. 2. cap. 5.* Eadem fama ſuperſtes manet, licet demortui veſtri cerui. Vbiq; corona & aurum, famam dignam coronari, & aurum famam auream referebat, dum aurea roſa à ſummis Pontificibus, Regibus & mundi Monarchis mittitur, quid refert? quid poſtulat? famam auream, protectionem aureæ Chriſtianitatis, & defenſionem S. Fidei & Eccleſiæ. Cum Zeliſlao Bylinæ aurea manus à Boleslao III. Polon. Rege addita in inſigniorum perpetuum decus, quid refert? Famam & auream. Aurum te oſtendit, vel de ſanguine Romano cretum, vel continuum victorem, & Ducem Leonem. Non enim quid iam exitij ſuſpicari licebit ex ceruo, ſi auro coronatus triumphat.

Ceruus cum corona & inſcriptione.

Familia tranſit, fama manet.

Alexandri corpus honoratur corona floribus.

Reges nō mortui qui?

Aurea roſa.

Aurum quid ſignificat.

Manus aurea

ADMONITIO CERVINA.

PLacilla Theodoſij Imp. Conjunx tali ſermone maritum compellabat. *Conſiderare te oportet quis ante fueris, & in quem locum te euexerit vniuerſitatis conditor, & ſic eum qui tibi vt fideli miniſtro Imperium commiſit, ritè decenterq; coles.* Niceph. lib. 12. c. 42. O dignam coniugem. Sumo admonitionem ceruinam quam cuiq; naturaliter offert, referente Lucretio.

Naribus alipedes vt cerui ſæpè putantur
Ducere de latebris ſerpentia ſecla ferarum.

Decet enim virum, vt morum impuritatem corrigat, ſcelera eluat, prauitatem emendet, eodem interprete dicente.

Veridicis hominum perpurget pectora dictis,
Et finem ſtatuat cupidinis atq; timoris
Exponatq;, bonum ſummum quo tendimus omnes.
Quale ſit, atq; viam commonſtret tramite paruo.

Vxor Imper. quomodo monet maritum.

Ceruina admonitio.

Ceruus ſerpenses educit è latebris.

Digitized by Google

Qua poſſimus ad id recto contendere curſu,
Quaue mali immineat rebus mortalibus olim.

Hoc enim eſt maleficum ſerpentem qui clam in inſidijs excubat è latebris extrahere, extractumq; interficere, interfectum deniq; deuorare, & ſic viues ſempiterno æuo.

FAMILIA BROCHWIC PRIMO.

SObkowij *de Szuleiow alij notarunt familiam ſuam.* Chriſtophorum Sobek & Staniſlaum 1544. *exemptiones de arce Solecz litteræ Korij cinſciorum habent. Erat vnus ex illis Capit. Varſau. qui Radziuilio filiam in vxorem, alteram Ciołko dederat. Alter erat Caſtell. Sendomir. & Theſaurarius Regni. Reliquit filios tres, filias tres.*

BROCHWIC Secundò.



ESt ceruus ſed ſine corona ſuper collum.

OMEN.

Formido ſublata.

Cor ceruinum. AChilles apud Homerum *Iliad: lib:* 1. ignauiam obijciens Agamnenoni, eum ceruino corde præditum obiurgat. Verum oppoſitum fabulantur etiam Poëtæ, dum Herculem ceruum enecantem mul- *Hercules ceruum enecat.* ta artificum opera proponunt. Et ne quid veritatis fundamentum, ex figmento ſolo lumen decusque habeat, *Servium Tullum* eiuſque

ædem

Digitized by Google

ædem *Dianæ* conſecratam, Idibus Aug: celebrem, cum̃ Ceremonialibus inducere non eſt, cur vereamur, ibi enim ara ex cornibus ceruorum erat, ceruorumq́ue capita, valuis & parietibus affigebantur, ac poſt modum in nummis cum ſimulachro *Dianæ* cerui ſculpebantur, vt iam cerui non ſervi, nec contra ſerui, non cerui, ſed Gerui, ſeu fortes, ſolertes, audaces, nomen & omen habeant & ferant. Quapropter Romani munitionem ac defenſionem caſtrorum meditantes & prouidentes, Cervos ad inuenerunt, vt *Demoſt: lib: 10: Antiquit: cap.* 16 refert. Erãt autem Cerui ſtipites, cornicula eminentia habentes, quibus ad commiſſuras pluteorum, hoc eſt craſſorum aſſerum atque aggerum vtebanrur, ad impediendum aſcenſum. Non igitur mirum erit, tantam ſubſequi debere fortitudinem quantam ceſsiſſe conſtat formidinem; Heroici animi *Spartana mulier* hoc in ſe declaret, de qua *Plut: in* Sed *Lacon*: Quinq; liberos vno prælio amiſerat, quæ antequam noviſſet, venientem quendam inde perquirit, quo in ſtatu rerum ſumma verſaretur? Reſpondente illo, filios tuos omnes perijſſe, dixit: Malo tuo fato, hoc à te non petij, ſed vt patriæ res ſe habeat? Cum is poſtea ſubiunxſſet, Pulchrè omnia ſe habere. Lugeant ergo miſeræ, inquit, ego Victrice patria beatam me eſſe iudico. Cogita velim quæ qualisque formido de vita liberorum ſit in muliere, & vide quod quanta eſſet ante formido, tanta ſit nunc oportet fortitudo. At quoniam propria experientia fidelior, ſublatam in vobis omnem formidinem, ſumpta proportione à ſubducto exemplo ita declarabitis, memoriæ proditum de Germanis, quod pudicitiam vxorum ita probaſſent. Infantes recens natos ſcutis impoſitos in Rhenum deferebant, ſi mergerentur, vxores adulterij conuincebant, ſin ſupernatarent, infantes pro ſuis agnoſcebant: *Hinc Claud: in Ruſin: lib*: 2.

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus

Igitur ſublatam formidinem vmbra cerui deſcriptam, ſcuto, & bello, in Campo & fluvio, probate, oſtendite.

Dianæ aranibus ornata & capitibus ceruorum.

Cerui muniotiones caſtrorum.

Animus ſtabilis & inuictus mulieris.

Filiorum legitimorum probatio in ſcutis.

DOMICILIVM PIETATIS AC TIMORIS DOMINI.

CVm ne dum Mares, ſed & fœminas ceruas, non ſine cornibus alicubi eſſe, vt *Pier. Val. lib.* 7. *cap.* 12. oſtendit, quæ cum ſint difficilimi partus, vt *Iob.* 34. audito tonitru præ timore pariunt: licuit, pietatis domicilium, ac timoris diuini, in familia veſtra fundare. Ita enim *Pſal.* 28. erudimur. Vox domini præparantis ceruos, vbi text. hebr. ceruas, ex addito, aialoth. quod fæmininum eſt oſtenditur, Græcum enim elaphos vtrumque ſignant, & ceruos & ceruas. Vox ergo Domini obſtetricans, id eſt parturire faciens peccatores, (qui diffi-

Pietatis Domicilium.

Cerua cornuta.

Cerua difficile parturit.

Tonitru audito cerua parturit.

 cilem

Peccator non conuertitur niſi ad tonitrua.

cilem ceruarum inſtar, ſpiritualem conuerſionis fœtum emittunt, niſi videlicet audita terribili de iudicio & inferni cruciatibus conditione quaſi tonitru quodam audito conuertunrur, ſicut in *Iſaia.* 26. in perſona illorum dicitur. A facie tua Domine concepimus & quaſi parturiuimus & peperimus ſpiritum ſalutis) quod in vobis iam locum non habet; quia feritas Cerui, in vos homines tranſlata, ipſum decorum ac ſalutiferum vobis intulit, pietatem ſcilicet & timorem Dei, eorumque domicilium fecit. Vt iam partus veſter ſpiritualis non tonitruorum ac magnorum miraculorum auxilio ſed ſibillo dulcis & levis auræ, ceu ab audientibus, & obedientibus proferatur, Hoc profectò *Prou.* 5. oſtenditur de hominibus pys. *Ceruus amicitiæ & gratiarum pullus fabuletur tecum Cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus, vbera eius inebrient te in omni tempore: in amore eius delectare iugiter.* Vt verò radicatum domicilium pietatis ac timoris Domini in vobis permaneat. Illud *Ariſt: lib:* 9. *de Nat: Animi mentibus agitate. Ceruus cum aures demiſerit, inſidias non ſentit & capitur, cum verò eas intenderit, & arrectas tenuerit, facile inſidiarum admonetur.*

Spiritualis fœtus ad ſibillum auræ.

Ceruus ſurdus Aures demiſſa.

LINEA FAMILIÆ BROCHVIC SECVNDO SEV CERVI SINE CORONA.

WIctor *ſub montibus Vngariæ clarus titulis, & honoribus.*

Worakowſcij *in Cracou: Palat. & Præmiſlien. graves ſcientia, & periti in iure.*

Kąccij à *Czehow.* Euſtachius *in Pruſſia exactor Conributionum Regni, & iudicio præclarus.*

Polomſcij. Grabanij. Szalowſcy.

Dobrociefcij *Rothmagiſter Sigiſmundi III. Regis.*

Bruſkowſcij.

Paleccij, Philippus, Seuerinus, Sebaſtianus *cum Illuſtriſſima Familia iuncti Zebrzydowſciorum.*

Orzelſcij. Alij quoq; in diuerſis Palatinatibus inueniuntur.

BROD

B R O D Z I C.



D E L I N E A T I O.

SVnt tres cruces coloris flaui, in campo rubeo, ita diſpoſitæ, ut cruces duæ ſint ſurſum, vna deorſum, omneſque Spheræ campi rubeæ, quaſi ibi radicatæ fuerint, tangendo exprimunt. Super galeam verò in corona ſunt tres pennæ Strutionis. *Cruces tres in campo rubeo.*

O R I G O.

AD *Annum* 1058. *ait Papr. in Nicto:* in Regno conceſſa fuerunt, viro ſic cognominato à Barba prolixa Brodzic, dum in bello contra Iacwingos pro Caſimiro fortiter pugnaret. At in ſtemmatibus Brodzic arma à poſſesſione Brodij refert, dum Comites Sueborium Suentoſlaum, Chriſtinum hæredes fratres germanos nominat de Brodi ad An. 1106. Sed interſtitio temporis tanto, variæ fiunt denominationes. Eorum meminit Bielſc. ſub Sigiſmundo primo An. 1616. Vbi luctam Radziminſcij cum Bohemo Steblic in conſpectu Imperatoris refert. Dlugoſſus genus Polonicum prouidum in Maſouia propagatum ponit *Brodzic cognominatus à barba prolixa.*

F A V S T V M O M E N.
P R Æ S I D I V M D I V I N V M.

SI quando mater hominum nutritur in ſiluis, ſi aer inuenitur in cauernum terris, ſi monſtrum conſpiciatur in ſublunaribus, omnia hæc nec ſine cauſa, nec ſine admiranda: At crux ſancta primas tenat, hic admirationis cauſas. Conuenientius namq; gladium reperiri in campo, quàm crucem: nam aampus militi, crux debetur Eccleſiæ. Enimuerò vt pennæ ſtrutionum, nec Eccleſiæ aduerſantur, nec campo indulgent, ſed illis & Eccleſia admiratur, & mundus fauet: Ita & crux *Crux præſidium diuinum.* *Crux ab Eccleſia in campo.*

ſancta

ſancta, licet ſit Eccleſiæ, tamen à Tyaris & infulis, etiam in campos euocatur, vt ſicut non eſt terra ſine campo, ita non ſecuritas ſit ſine cruce. Totum enim præſidium Chriſtiani hominis eſt crux. Vt *Cypr. ſerm. de Nat. Non timetur mortis periculum, vbi tanta reuerentiæ conſpicitur ſignum. Etiamſi vniuerſæ legiones in arenam proſiliant, & totas gehennæ flammas iaciant in homines, vbi ſignum Chriſti apparet, omnia iuſtorum fient in tuto.* Vnde Marc. 5. Chriſtus expellendo dæmonem quærit: Quod tibi nomen? Reſpondit: Legio. Tota Legio expugnare non potuit. Optimè *Ambroſ. ſerm.* 43. *In hoc ſigno Chriſti omnium rerum eſt proſperitas. Qui in hoc ſigno ſeminare cæperit, vita fructum conſequetur æternæ. Qui in hoc ſigno iter facere aggreditur, ad cœlum vſq; perueniet.* Hinc Carol. V. Imperator in Tunetana expeditione ſolicitus de Palemarcho, vexillum Chriſti in cruce pendentis imaginem hominis in altum ſuſtulit dicens: *Dux noſter erit: Rex Regum: Dominus Deus exercituum.* Corozetus in eius vita. Cum igitur veſtrum campum crucibus vallatum cernitis, præſidium ſingulare Dei vobis proponite. De quo Pſal. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Quod expendens Bruno in *Dedicat. Eccleſ. cap. 6. ait. Et quæ glorioſa? Memor ero Rahab & Babilonis ſcientium me.* DEVS VESTER ERIT VOBIS VIRTVS.

Crucis S. virtutes.

Crucifixus obit vicem Ducis.

ALIVD.
EXPLORATA GRATIARVM ACTIO.

Crucis gratiarum actionem docent.

Stephan. Woywoda 100. millia fudit Turcarum.

Cruces tres erexit in loco pugnæ.

Stephani Regis Pol. crux victis Gedan.

Gratiarum actio ſemper dicenda.

REgnante Caſimiro Poloniæ Rege, Machometus Turcarum Imperator, pro Dragulio Palatino Dacorum, contra Stephanum Moldauiæ Palat. centum viginti exercitus numerati millia, vltra Danubium tranſmiſerat, refert *Bielſc. lib. 4. fol.* 459. Stephanus ſubſidio Bucaciorum, ad fluuium Berladi, Deo promouente bellum, 100. millia Turcarum fudit, peremit, ibique in gratiarum actionem omnipotenti Deo & Victori, tres cruces è lapide efformauit, erexit, ipſe quoq; jeiunium quatriduanum Domino conſecrauit. Ita & Regem Poloniæ Stephanum Batorium victis Gedanen. feciſſe nouimus, qui hæc quoque inſcribi iuſsit. *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo ſit gloria.* Exploratam igitur gratiarum actionem Deo & Creatori ſuo, in vobis deducere non grauabor, quos tot præſidijs ac teſtimonijs ſacris, circummunitos ac teſtificatos conſpicio. Illud igitur *S. Chryſoſt. in Tract. de Symbol. ſatagite. Admoneo vos vt Domino ſemper benedicatis, ſi venerint mala benedicite, & diſſoluentur mala: ſi proſpera venerint, benedicite, & perſeuerabunt bona & proſpera, optima enim beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria beneficiorum, & perpetua confeſſio gratiarum, vt idem Chryſoſt. ſuper Matth. hom.* 25.

ALIVD.
RELIGIONIS VIGOR.

Quoni-

Digitized by Google

QVoniam tres Cruces non rubeas ſanguine, ſed colore ſubaureo video, ac familiares fuiſſe Mazouiæ incolis ex ſcriptoribus colligo; datas pro fidei ardua exiſtimatione (prout zelus illorum vſque modo inuincibilis in fide, ardenſq; affectus teſtatur) teneo. Nam ſicut apud Deum plus habet loci, qui plus attulit, non argenti, ſed fidei, vt *D. Auguſt. lib. de Ouib.* refert: ita apud homines fide nil maius eſſe poteſt, ſed nocens eſt in quo ſuccumbit fides ſeu veritas, vt dicebat *Cato.* Verùm pedem referendo ad propoſitum, ſit ne fides in vobis politica, in Regnum & Regem, ſit ne diuina, in Eccleſiam & cœleſtium Dominum, ſit ne vtraque: ſic aſſero ne ceſſero. Attamen concludendo quid velim attendite. Apud Regem Midam, vidit aures aſininas barbitonſor, vt taceat remuneratur, ſed quoniam nullo aduſtior lingua quàm ſecreto, in quodam campo libenter arundini concredidit. Midas habet aſininas aures, vox illa & ſibillus factus inter arundines, echo, facto vento reſonuit clarè. *Midas habet aures aſininas.* Cum igitur religionis ac fidei in campo veſtro, & familia, ſacra ſigna concredita teneatis, conſentaneum erit, vt hac fama religionis ita ſitis celebres, vt ſi in aliis eius laus peregrinatur, in vobis hoſpitet. Qualem in normam *Oroſ. lib.* 12. Emanuelem Portugaliæ Regem, qui ſeditioſis regnum Caſtellæ offerentibus reſpondit, ponit. *Nunquam vllum additamentum Imperij, fide & officio antiquius me habiturum ſcitote.*

Crux religionis ſignum.

Fides non violanda.

Midas aures aſininas habet proclamatur, & quomodo.

Emanuel Portugaliæ Rex.

Imperij additamentum.

PRÆCVSTODITIONES.

1. CIc. de Amicitia: *Fructus ingenij, virtutis, omniſq; præſtantiæ, tunc maximus capitur, cum in proximum quemq; confertur.* Quod & D. *Gregor.* in quadam *hom. ſuper parab. talenti innuit. Habens intellectum, curet omninò ne taceat, habens rerum affluentiam, à miſericordia ne torpeſcat, habens artem qua regitur, vſum ipſius cum proximo partiatur, habens loquendi locum apud diuitem, pro pauperibus intercedat, talenta enim ſunt quibus negotiandum eſt.*

Virtutis fructus vnde.

Proximus iuuandus.

2. L. Craſſus Orator Cn. Domitium atauum Neronis Cæſar. audiens quod Ænobarbus diceretur, addidit: *Non eſſe mirandum, quod æneam barbam haberet, ſi eſſet os ferreum, & cor plumbeum,* Sueton. *in Ner. cap.* 2. Maximum verò miraculum erit pijs ſacriſq; hominibus, ſi crucibus ſacris inſigniti, ob gratiatum actionem Domino debitam, neglectam, cruciatibus deuolueremini: *O negligentia craſſa!*

Ænobarbus cur.

3. Dictum Triumparæ Regis Cocin. *Vitæ ſpatium breue ac definitum: perfidiæ autem macula ſempiterna eſt.*

Perfidia malum.

LINEA FAMILIÆ BRODZICIORVM.

BRoda. *Rothmagiſt. Caſimiri Primi Regis Polon.* Radziminſcij. Matthias *apud Ducem Maſouiæ Zemouitbum Marſchalcus,* 1382.

Digitized by Google

Mathias *Palat. Maſouiæ* 1400. Ioannes *Caſtell. Warſau. Dux exercituum Maſouiæ.* Ioannes *filius Ioannis Rothmag. fæliciſſimus contra Walachos, Moſchos & Tartaros.* Bartholomæus *Varſauien. Pincerna.*

Radziminſki. Staniſlaus *Radziminſki, alij Ioannem dicunt. Caſtell. Zakrocimeń. Capit. Liueń. & Caminen. in aula Regis Auguſti educatus, demum Rothmag. in Moſchouia, & tempore interregni, à Nobilibus Palat. Laueń. electus (mortuo Palat.) fuit. Sub Stephano Rege Theſaurarius Regni. Erat tantarum virium, vt nullus luctatoribus eo præſtantior. Equum indomitum auribus detinuit, & manſuetum reddidit, quod ſex viri non effecerunt.* Konieccij *in Sendomirienſ. Palat.* Zawaccij *in Wiſogroden. Palat. & in Podgorze, Sebaſtianus vir ſcientia & conſcientia clarus, cum Zdziarſka reliquit prolem.*

Koniecki. Zawacki. Zochowſki. Sieromſki. Klicenſki. Bonikowſki. Politowſki. Radomſki. Kurzatkowſki.

Zochowſcij *in Ciechanou. diſtrictu Capitan. Piotrkouien. cum Podoſka reliquit Nicolaum & Prebislaum.* Sieromſcij *in Plocen. Palat.* Kliczewſcij. Bonikowſcij. Politowſcij. Radomſcij. Kurzątkowſcij.

Alias domos lector notabit.

BROG, alias LESZCZYC.

Aceruus frumentarius, vel operimentum acerui frumentorum.



DELINEATIO.

Aceruus frumenti vel cooperimentum eius.

EST antiquus vſus conſeruandi frumenta demeſſa in ſuo ſtramine in Polonia, inter quatuor columnas, duabus rectis lineis diſpoſitas,

tas,

tas,ita vt quadrangulum rectum efforment: ſupra quas deſuper eſt cooperimentum à cœli iniurijs defenſorium quadratum, ſuis angulis, ſingulas columnas amplectens, protenſum in formam ſpiceam, altitudinis proportionatæ. Tale igitur conſeruatorium & cooperimentum frumentorum, in Arma Nobilitatis ceſſerunt antiquitus, at colore diſſimilis,columnæ enim ſunt albę,cooperculum flauum,campus rubeus, ſuper galeam in corona pennæ Iunoniæ auis, intra quas eadem Arma.

ORIGO.

DŁugoſſus in Regno acquiſita fuiſſe refert, at primis fere temporibus Regni. Eorum ſub Boleſlao audaci meminit *Bielſc*: vbi de hac familia ſucceſſorem Stephani de Armis Aſcia, Petrum Archiep: Gneſnen: de Armis Aceruorum *Anno* 1068. *refert*. Veriſſimile autem eſt, Virum cui primitus talia inſigniorum collata fuere, & probatiſſimæ fuiſſe vitæ, & domui ſuæ optimæ prouidentem, vt quaſi Philemonis dogma complexus fuiſſet.

Agrigultura fructus.

Iuſtiſſima hominibus poſſeſſio eſt ager:
Ea enim quibus eget natura, profert abunde
Triticum, oleum, vinum, caricas, mel,
Argentea autem vaſa atque purpura.
Ad tragedias vſum habent idoneum, non ad vitam.

Vide Arma Aceruorum.

Sed hac miſſa veriſimilitudine quam *Bielſc*: *refert*, non hanc ſingularem fuiſſe occaſionem, horum Armorum ſatis conſtat: cum arma, ac Nobilium libertates, cum ſua dignitate, niſi Heroicis animis vel factis, vel heroica concernentibus, donare conſuetum eſſet. Quapropter non ita ingenium in agri ſeminatione, quam fructum ſeminationis conſidero; quod aut metentibus hoſtilium capita, aut peſte & fame ad ſanguinem laborantibus, panem ſubminiſtrauerit, aut vt prouidum ſe in neceſſarijs vitæ, ita prouidum & in neceſſarijs bellicis oſtenderit Principi & præſtiterit. Vt ſicut ex vtroque dicitur quis Cæſar, ita ille ex vtroque vir. Quapropter *Papr*: in ſtemmatibus Nobil: Polo: probato militi & viro rei militaris induſtrio data fuiſſe narrat. *Paproc*: in Nido clarius de origine Leſczyc dicitur ex nomine militis ſic dicti, quem Princeps iratus vomere potius quam gladio occupari cœgit. Hic Regis filium ſub aceruo pane veſcit, à quo & ditatus fuit, Vnde Leſczyc dicitur quaſi à Leſconibus Polo: primis.

Leſcyc cur.

DOMVS PANIS.

Domus panis.

LIcet nunquam ſatis dicitur quod nunquam ſatis dicitur, attamen quibuſdam remedia monſtranda, quibusdam ſunt inculcanda, *docet Seneca Epiſt*: 27. Vtrumque igitur in vobis fabulando DOMVM PANIS benedictione omnipotentis Dei exopto. Quid

enim

Digitized by Google

enim eſt aliud ſtemma veſtrum, quam domus panis? Habet Petrus Martyr Hiſpaniolam noui orbis deſcribendo, tam ingentes ſpicas frumenti exiſtere, vt duo millia granorum ſingulæ contineant, additque miraculi gratia, quod ſatum menſe Februario, exitu Martij meti poſsit. Vberior eſt domus panis veſter fauendo Domino. Quare illuſtrisſimum ac Reverendisſimum olim Epiſc: Cracou: & Poſnanien: Chriſtophorus Kanicki Petrum Wiſz Armorum veſtrorum lumen referendo ita habet.

Grana in vnâ duo millia.

Petrus Wiß Epiſc. Crac. & Poſnan.

In terra ſancta Wiſſus Sinodisq; duabus
Promouit patrÿ nomen abunde ſoli.
Prodigus in viduas & egenos, templa ſcholasq;
Vnde Patris nomen promeruitq; Pÿ.

Et quoniam non in ſolo pane viuit homo ut docuit Chriſtus ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Domum Patris ſpiritualis in vobis denuncio. Hoc etenim aceruus longe præſagebat, vt ait Menander in Ploca. Eſt ſanè virtutis & vitæ magiſter ingenuus, cunctis hominibus ager. Nec aliud Xenophon habet in Oeconomicis dum ait. *Quam Pulchre ille quidam qui agriculturam aliarum artium parentem atq; nutricem appellauit: qua benè habente, cætera valeant: neglecta vero, terra mariq; iacent omnia.* At forte quæres? Cur potius domus panis non auri? *Vt enim eſt viuendi Pater hominibus Ager, ita ſolus nouit abſcondere paupertatem* dixit *Amphides. DOMVM PANIS pronuncio, quia terreni agri prouentus, dum aurum abſit, non ſic hominem à regno cœlorum excludunt.* Hinc licet Abraham & Iob, haberent diuitias, quia eis aurum abſuit, ceteræ diuitiæ illis non nocuerunt. Quare *Chriſoſtomus hom: 12. in Epiſt: ad Timot.* opes illis non in auri argentique talenetis, ſed in pectoribus eraſit. Quæ profecto diuitiæ & innocuæ & diuinitus permiſſæ ſunt. Vnde ſapientibus Salamon in oratione ad Dominum: *Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum victui meo des neceſſaria.* Igitur domum panis in refectionem corporis & animæ firmet in vobis confirmetque Dominus.

Ager eſt virtutis magiſt.

Diuitiæ ſine auro non nocebant.

Opes in pectore.

SACRAMENTVM SALVTIS.

MAximum Sacramentum Salutis *Luc:* 2. expreſſum habemus, quo maius fieri nec cogitandum venit. *Virtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideo & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Elicio aliud ſacramentum ſalutis ex hoc principio: nempe, qui occultum hunc Deum, & ſub vmbris coluerit, manifeſtisſimum illum videbit, hoc enim ex tali antecedente *Orig: hom:* 2. *in cant.* elicuit & ſubiunxit. Ego puto ideo & Natiuitatem Ieſu ab vmbra cæpiſſe, non in vmbra, ſed veritate finitam. Cum recolo igitur veſtra

Sacramentũ ſalutis ſub vmbris.

Qui Deum colit ſub vmbris, manifeſtè Deum videbit.

Digitized by Google

ſtra Arma, & quoddam vmbraculum eſſe video, & ſub vmbris his, quoddam Sacramentum Salutis aut ſalutare contemplor, vt quaſi ſecreta quadam admonitione vobis id quod *Origenes proſequitur* recitetur. Fac igitur vt poſsis capere vmbram eius, & cum vmbra fueris dignus effectus, veniat ad te corpus eius. Tale ſacramentum execnti ſunt familiæ veſtræ complures, at præcipuè Stephani de Armis Aſcia Archiep: Gneſnen: ſucceſſor Petrus, aliuſque iam nominatus Epiſc: Crac: & Poznan: Petrus Wiſs: Ad tale inuitabat Dominus Sacramentum *Apoc: 2. Vincenti dabo manna abſconditum*, & poſt illud *dabo illi candidum calculum & nomen nouum*, quod explicando *Richar. Victor. lib. 1. Apoc. part. 2. cap. In calculo candido nouum nomen ſcriptum dabit, quia diuinitatis ſuæ notitiam, nunc à nobis valde remotam, nobis manifeſtabit.* Innuit non mediocri argumento, quod videbunt Ieſum in gloria, qui illum modo ſub Sacramentorum vmbraculis digne venerantur. Quapropter vt ſtimulis veſtris verax calcar adhibeã Wenceſlaum Bohemiæ Regem in exemplum proponam. Hic ex ſummo ſalutiferi Sacramenti Euchariſtiæ ſanctoque amore, ad palatium terram habuit, quam ipſe quotannis coluit, ſeminauit, collectoque tritico excuſſit, in farinam redegit, totamque ad conſecrandam Euchariſtiam accomodauit. Itidem habuit Vineam, quam ipſe curauit, ac ad ſacrificium expoſuit. *Author Manip.* Regum Svetiæ & Poloniæ in *Sigiſm. 3. Regis celebritatibus.* O dignum Principem ac vere dignum, vt Sacramento ſalutis in æuum letetur, fruatur. Habebat neſcio quo lumine doctus, antiquis ſacrificulorum obſeruator vt *Feſtus memorat in officio.* Primitias & Caſpar Primitias, dum fruges præmetebatur ad ſacrificium. Caſpar cum vinum primum ad idem præmebat. Ita *Att. Bell. in vita priſc.* Etiam vos via quadam occulta, at ex centro Nobilitatis veſtræ, ad quoddam Sacramentum Salutis obſeruandum aptiſsimè mouent hæc veſtra inſignia.

Nomen nouum poſt manna.

S. Euchariſtia amor & honor.

Wenceſlaus Bohemiæ Rex preparat manibus ſuis vinum & farinam ad altare.

Caſpar. Antiqui primitias vini & tritici demetebant ſacrificandum.

CORONA FORTITVDINIS. ET HONORIS.

Corona fortitudinis.

VArias coronas fortitudinis & honoris præſentiſsimas fuiſſe plurimi ſcriptorum teſtantur, verum inter alias gramineas lego nobiliſsimas, quæ dabatur eis, qui ab obſidio aliquos liberaſſent, nulloque herbarum vel graminis delectu, ſed decerptæ in loco obſidionis honorem nobilem faciebant, *vt Plinius lib. 22 cap. 5.6.* Vnde P. Decius Tribunus cum Rom. exercitum ab hoſtibus *Sabinis* circumuentum liberaſſet à Conſule *C. Cornelio* gratitudinis ergo aurea corona, à militibus vero graminea honoratus fuit. *Sab. lib. 3. En. 4.* Quid igitur mirum, ſi coronam fortitudinis Aceruus frumentarius veſter ſignifi-

graminea corona.

gratitudinis corona aurea.

ſignificabit. Sed vt maximo ad ſignificandum honorem & Fortitudinem, accomodatum eſſe perſpicacius colligamus, quid ſentiat *Socrates apud Stob. ſerm.56.* audiamus. *Omnia* inquit *quorum egemus in agricultura ſunt, quamobrem ipſis bonus genius, bonaque fortuna introducitur.* Huius profecto rei non dedignatus *Innocent. tertius Pont: Max.* Cum Petro Aragonum Regi ſeptimo honorem Regium Romæ, fortitudineque præſaga benedictionem in augurando impartiret, pro omni corona honoraria, coronam panis azymi impoſuit, *vt Marineus lib. 10. rerum Hiſpan. retulit.* Aceruus ergo frumentarius infert vobis coronam honoris, coronam fortis animi, qui cor veſtrum confirmet & ornet.

Azimo pane coronatur Aragon. Rex.

PRÆCVSTODITIONES.

Manipulus in quo ſunt fulmina.

1. Apollo Heliopol: tenebat manipulum aureum, in cuius viſceribus fulgura & fulmina conſeruabantur, Refert author *Regal. Manip: Sig: 3 Regis Pol: & Sueciæ.* Talis manipulus abſit à horreis veſtris. Melius eſt enim agrum perire propter vos, vt ait *Ariſtippus* quam vos propter agrum. Non erit autem, ſi maledictio Dei non erit. Benedictione namque Dei domus panis conſtituitur, maledictione annihilatur.

Domus panis fit benedictione Dei.

2. Sacramentum Salutis *Philip: 2. Hiſp: Rex* ſibi comparabat, ſumma pietate & ardore in ſacroſanctam Euchariſtiam. Hic in die Corporis Chriſti reuelato capite dum comitatur Sacramentum, & vnus è Dynaſtis moneret æſtum vitare, reſpondit. Iſto quidem die ſol aut lædere aut offendere quenquam nequit. Incaleſcite igitur à radijs ſole iuſtitiæ, & hanc vel ſimilem præcuſtoditionem, ad Sacramentum ſalutis veſtræ promouendum & conſeruadum aſſumite.

S. Euchariſt. honor & reuerentia.

Die Corporis Chriſti ſol non lædit quenquã

3. Pro Fortitudine veſtra & Honore. Elæmoſina Sacra præcuſtoditio firma. Et panis cor hominis confirmet. Feneratur enim Domino qui miſeretur pauperi, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. *Prou: 19.*

Eleemoſina fortitudinis & honoris.

LINEA FAMILIÆ ACERVORVM
SEV LESCZYC.

Leſczic.

DErſlaus *fama, virtute, & fortitudine clarus, optimè meritus Monarchis Polon. vſq; ad Boleslaum Chrabry, An.* 1020. *Alij à Leſchis Monarchis deducunt annos & originem ex illis.* Petrum *Archiepiſcopum Gneſnen. Cathalogus refert Anno* 1078. *Boleslao Audace regnante. Hic ex communicationi ſubduxit Eccleſias, dum occiſus fuerat S. Stanislaus Epiſc. Cracou. quæ triennio durauit. De hoc Ianicius.*

O ego ſi vellem rabidum monuiſſe Tyrannum
Staniſlae tibi præmia præriperem.
Sed quia lentus eram mentiſq; ad magna puſillæ,
Barbarico timui Regis ab enſe mori.

Andreas

Digitized by Google

Andreas *patruelis Epiſcop.* 1190. Heimum *Epiſcop. Wroclauien. Dlugoſſus & Anonimus clarius dicit filium Imislai Comitis de villa Skarſſow Palat. Caliſ.* 28. *annis Epiſcopus fuit, obijt* 1120. *cuius nepos ex fratre Iacobus Canonicus Cracou. & Iuris Doctor à Prandota Cracou. Epiſc: legatus ad Pontif. Max. gratia canonizationis S. Stanislai.* Miech. lib. 3. Cromer. *lib.* 3. Adamum de Skarſow *Caſtell. Caliſſ.* 1380. Petrum *Caſtell. Gneſnen. Literæ fundationum Eccleſiæ* 1400. Staniſlaum *Caſtellanum Biechouien.* 1436. *Ex quibus progenies Skarſſouiorum.* Martinus *Canon. Cracou. Vir ingenio & doctrina pollens. qui ad interrogationem de lege Domini, reſpondere optimè nouerat.* Nicolaus *Capit. Duc. Seucrień.* Staniſlaus *Canon. Cracou. qui Theſaurarius Epiſcopi Cracou. & Deo deuotus.* Ioannes *Capit. Ilzecen.* Andream Leſczic *Caſtell. Kaliſ. priuilegia Eccleſiæ* 1190, Bernardus *Epiſc. Poſnanien.* 1153. *Cath.* Derſlaum 1395. *Præmislai Regis tempore* 129. Florianum *Epiſcop. Plocen. Cathal. refert ſub Venceslao Principe Mazouiæ, obijt* 1392. Petrum *de* Radolin, *filius Comitis Macudæ & Annæ. Epiſc. Cracou. Cathal.* 1414. *largus in pauperes fuit in Concil. Niſenen. & Piſano. Hic plurima bona & ornamenta Eccleſiis diuerſis contulit. Cognominabatur Wiſich Latine Visz. In letargum dum inciderat, amotus Regis Boleslai Chrabri ab Epiſcopatu Cracou. translatus ad Poſnanien. vbi duobus annis vixit.* *Skarſowſki.*

Krotowſcij de Krotoſin. Ioann. *Palat. Inowlocen. omni gratia & laude eſſet dignus, ſi non alienus à fide fuiſſet.* Ioannes *filius eius ex Lataljka Palat. Poſnan. filia Caſtel. Inouloclauien. qui ad fidem Orthodoxam deuote acceſſit & errores obiurauit. Erat corona domus Krotouiorum Legatus in Moſchouiam, obijt* 1583. Iacobum & Andream *idem Palatin. reliquerat ex Iacobi Oſtrorog General. Maioris Polon. filia. Germana vero ſoror Palatini Niewiarowſcios produxit.* *Krotowſki.*

Ponętowſcij *in Lencinen. Palat.* Nicolaum *ſtrenuum & magni animi virum priuilegia & præmia conceſſa in expeditione Pruſſica decantant.* Pelcius *cum Cruciferis ingenue pugnando immortalem gloriam recepit,* 1415. Ioannes *Iudex Lęcicien.* 1480. *Reliquit filios Vincentium qui ex Rudnicka reliquit Ioannem, Albertum, Stanislaum. Nicolaum qui ex filio Martino ſucceſſores bonorum reliquit Matthiam & Petrum Iudicem Lencicien. Stanislaus vero Vincentij filius ex Borzislawſka reliquit Ioann. Abbatem Grodzicen. in Morauia virum literis præclarum & munificum, Iacobum Pincernam Lencicien. alterum Ciceronem in facundia. Oratorem ad Regem Daniæ à Stephano Rege* 1583. *& Matthiam non diſſimilem moribus & doctrina à fratre.* *Ponętowſki.*

Valentinus Ponętowſki *Aulicus Aug. Regis Succamerarius Lenciciensis multarum regionum indagator, Sepulchri Chriſti Domini viſitator ex Firleiowna ſuſcepit filium, & filias.*

Szumien-

Szumienſkì. Szumienſcij *in Dobrinen. terra.* Sigiſmundus *Iudex Dobrzinen. in Comitijs Regni Legatus copioſiſſimus, poſtea Caſtell. Slonſcenſis. ex Wiſocka Caſtell. Lencicien. filia reliquit Melchiorem.* Valentinus *Notarius germanus in Rempubl. clariſſimus.*

Klonowſkì. Klonowſcij *a Klonow dicti in terra Dobrinen. virtute & ſanguine clari. Stanislaus Wolborienſis, Gneſnen. Capit. Laurentius huius germanus Capitaneus Gneznenſis. Ioſephus eorundem ex Gregorio germano Nepos Secretarius Regiæ Maieſt. Dapifex Polocen. in Comitijs regni toties legatus copioſiſſimus. Sub tempus interregni poſt deceſſum ſanctæ memoriæ Sereniſſimi Sigiſmundi Tertij Iudex Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ dexterrimus. Varijs Reipub. Commiſſionibus & maximè illa vltima inter Moſchouiam & Ducatum Seuerienſem atq; totius Lithuaniæ clariſſimus. Lucas Stanislai filius bello & pace vir commendatiſſimus, primus contra Guſtaui Sudermaniæ Principis in Pruſſiam irruptionem in comitatu Drialimorum ſuis ſumptibus Haſtariorum Vexillifer. Fabianus ſub ſignis Sereniſſimi Regis Vladislai IV. feliciſſimè regnantis in ſuppetijs Smolenſcio ferendis non minus fortiter quam animosè inter haſtarios dimicans, globo tormentario traiectus occubuit, Smolenſcij apud Patres Dominicanos ſepultus quieſcit.*

Lubſtowſkì. Lubſtowſcy *in Cuiauia. Lęcicien. & Caliſ. Palat.* Nicolaus *Caſtellan. Kruſuicen.* 1436. *N. Succamerarius Lencicien. N. Vexillifer Lencicien. & alij in Palat. illo honoribus primis aucti.* Ioann. & Barthol. *germani cum Stephano Rege ad Gedanum copias expenſis egerunt. pro Rege, patria & dignitate ſibi conuenienti.*

Pierſchlinſkì. Pierſchlenſcij *in maiori Polonia.* Albertus *Capit. Kiſporſcen. reliquit ex Dzialynſka filium Lucas non ſterilis, Stephanus celebs.*

Węgorzewſkì. Węgorzewſki. *N. Abbas Premeten. pius & timens Deum.*

Falęckì. Falęcki *in Maſouien. Palat.* Martinus *Aulicus Auguſt. Regis, Reuiſor Capitaneatuum, Economus Maſouiæ, Succamerarius Sirad. qui licet non litteratura, ſed quotidiana experientia & diligentia, magna facile exercebat, & cum laude eximia.*

Woſinowſkì. Woſinowſcij *ex maiori Polon. de Ianowice honore, ſubſtantia & antiquitate celeberrimi.*

Koſuckì. Koſuccij *in Lencicien. Palat. qui omnem ſpem ſuam in virtute ponebant.*

Ryſienſkì. Ryſiemſkij *in Lencicien. Palat. Ianuſius Caſtell. Konaren.*

Laßowſkì. Laſkowſcij *in Palat. Caliſien.* Iacobus *reuiſor terræ Samogitiæ.*

Lubonſcij *in Caliſ. Palat.* Ioan. *Notarius Oſuiecinen. caſtri.* Ioan. *alter Canon. Caliſ.* Ioan. *tertius Orator, Poeta & miles ſtrenuus. Perbeati ſunt qui eum tenent vitæ curſum, vt vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate verſantur.*

Bieganowſcij *in Caliſ. Palat. In exteris nationibus cum litteris, etiam Mar-*

tis offi-

Digitized by Google

tis officia collegerunt. Bieganowski *ſub magno Duce exercituum Koniecpolſki, Rothmagiſt. exercitus Germanorum vigilantiſſimus, ac poſtmodum Caſtrorum præfectus, & ordinator Generalis, contra Coſaccos ad Kumeiki & Holtew, cum Zoldatis ſuis magna moliebatur fortiter & fæliciter.* Słupſcij *in diſtrictu Pyſdren. antiquitate familiæ, & cultus iuſtitiæ eminentes.*

Smielowſcy *ibidem domorum prouiſores & honeſti.*

Strzeziminſcij *in Palat. Poſnanien.*

Sieſtrzewitowſcij *in Lublin. Palat.*

Pſczynſcij *in Polon. Maiori.* Gutowſcij *ibid.*

Dobrziccij *ad Pleſouiam.*

Swieſowſcij *in Cuiauia.* Andreas & Paulus *cum Capitaneo Camenecenſi Tartataros perfligarunt.* Chriſtoph. *ad Stephanum Regem ſtrenuus miles in Moſchouia & ad Gedanum.* Mieraccij.

Skulimowſcij *in Siradien. Palat. In diuerſis diſtrictibus & Palatinatibus adnotare alios non contingebat, Lector notabit.*

BOKIIOW.



DELINEATIO.

EſT Aſcia ſeu ſecuris, coloris albi in campo rubeo, deſuper quam coloris flaui eſt crux. Auerſam ferri aciem in partem dextram habens, ſuper galeam quinque pennæ ſtrutionis.

Aſcia ſecuris fabrilignaria.

ORIGO.

DAta ſunt inſignia hæc viro ſic prænominato Boki, qui ante conſpectum ſui principis Gentilem in belli ingreſſu ad duellum vocitantem acriter inſecutus fuit, at dum vibrantem gladium forti con-

Crux ſuper aſciam unde eſt.

ti congreſſu cum hoſte fractum poſſediſſet, animo infracto in hoſtem conuerſus iam inermis factus eum apprehendit & aſcia necauit. Quapropter crux ſalutaris ſuper aſciam ſibi addita fuit.

ANIMADVERSIO CIRCA HÆC NOBILITATIS ARMA.

Starza. AScia cum cognominetur Starza, quaſi longæuitas antiqua, vt *Bielſc.* notat ante Cracum fuiſſe, imò inter primos 12. Palatinos connotat, putat quæ cum Lecho ſimul virum appuliſſe, iam crux addita, longe poſteriora tempora exprimet videlicet decorata Chriſti nomine, ſicut auerſio aciei ferri alia eſſe demonſtrat. At quicquid de hoc fuerit Crux Sancta dignitatem non modicam Aſciæ prædictæ addit, & exprimit ipſam. Nam & Græcorum Reſpub: Temediorum aſcia vtebantur, ait *Ariſt*: in eorum Repub: imo in nummis eorum aſcia cudebatur ex vna, duo capita humana parte ex altera, Ratio: quia Tunderus legem ferendo in adulteros ne mas fœmina in vita conſeruarentur, tali monumento inſigniri voluit, vt nec filio proprio parceret. Iuſtum præmium labori, at non honeſtum. Accepit præmium labor veſter, & honeſtum, & delectabile. Securim cruce Sancta ſeu ſplendido ſole ornatam, in qua vna ex parte manum Principis cum cruce; altera, cor veſtrum crucis trophæo ad ornatum imaginari licebit. Nam ſi apud Homeram Cor hirſutum prudentiæ & fortitudinis eſt nota (quod patuit ex Leonida dicente *Plutarcho & Ariſtomene* miræ dexteritatis bonitatiſque viro *ut Plin*: *lib*: 11. *cap*: 37.) quomodo Crucem hanc Aſciæ veſtræ additam, magnæ fortitudinis, altæque prudentiæ explicatiſsimum ſignum, non admirari licebit? Non immerito in Iſai: 3. dicitur ad Angelos cuſtodes hominum, *ſuper montem caliginoſum leuate ſignum S. Crucis.* Additam igitur vos honorate, & Dominus leuatam in veſtrum præſidium & honos conſeruabit.

Nummi in quibus Aſcia & capita humana. Adulterium quomodo punitur. Cor hirſutum prudentiæ & fortitudinis ſignum. Signum crucis ſuper omnia ſigna.

FÆLICITAS PERPETVA.

Vera felicitas. Perpetua fælicitas eſt crux. VEram fœlicitatem perpetuamque, paucis at dignis expreſsit Diogen: verbis, *in Stob*: *ſer*: 103. *Hanc veram fœlicitatem eſſe dicimus, quæ facit vt mens & anima in perpetua tranquilitate hilaritateq; collocetur.* Qualem magno artificij ingenio Stareſbano in Aſcia vel ſecuri Lydiæ ita delineauerat. Farrago hiſtoriarum habet. Hic ſuper filium demortuum appendit ſecurim ſeu aſciam, in cuius vna parte ſculpſit ver, & inſcripſit *Ver annorum*, in altera vero ſculpſit autumnum, cum inſcriptione *Autumnus virtutum*. Quibus verbis compendium innocentis rectiſsimæque vitæ, ac per conſequens veram quandam fælicitatem in filio & dixit & ſperauit; Et quoniam veræ perpetuæque fælicitatis gloria & ſpes, ex ſolis ſcripturis Sacris habetur

In Aſcia & ſecuri Ver & Autumnus. Innocens vita. Benedictio Aſſer.

Digitized by Google

tur *Deu*: 33. non differentem legimus in benedictione Aſſer filij Moyſi. Sic enim eum benedixit. *Sit benedictus Aſſer in filijs, ſit placens fratribus ſuis, tingat oleum pede, æs & ferrum ſit calceamentum eius, ſit ſicut in iuuentute, ita in ſenectute ſua.* Quaſi diceret ita ſit eius Autumnus ſicut Ver, quapropter addit. Non eſt enim Dominus Deus niſi virtuoſi. Dum Crucem appoſitam expoſitamque in veſtra Aſcia cerno, ſecurè ver annorum, Autumnum virtutum, hoc eſt vitam proſperam, & prouectam, virtutum autem profectum perfectum, vobis inauguratum lego, legendiq; ſtimulor. Nam crux Chriſti, nobis totius cauſa beatitudinis eſt. Hæc eſt pacis firmamentum. Hæc donorum omnium abundans largitio *Aug: in ſer. de Paraſceue.* Digne ergo portata crux à vobis perpetuam fælicitatem vobis promittit. Tollitur autem & portatur digne, cum per abſtinentiam affligitur corpus, & per compaſsionem animi affligitur animus. In cuius fælicitatis perpetuæ encomium Boki prædeceſſor veſter *Anno* 1577. apud *Bielſc. fol*: 755. contemplandus vobis præſcribitur.

Ver annorum Autumnus virtutum. Crux cauſa totius benedictionis.

ÆQVA IVSTITIA.

SI ad ſpecioſitatem rei, circumſtantiæ perfectiores requiruntur, profecto ad æquitatem iuſtitiæ, qua precioſius eſſe nil poteſt, plurimæ requiruntur, Quocirca *Ariſt: in Etic. ad Nicon. Iuſtitia eſt præclariſsima virtutum, vt neq; Heſperus neque Aurora ſit adeo admirabilis,* Vnde *Cic. pro Rabir. ait: Sapientia iudicis eſt in hoc, vt non ſolum quod poſſit, ſed etiam quod habeat ponderet, nec quantum ſibi permiſſum, ſed quatenus commiſſum ſit meminerit. Et Senec: in prouerb. Non iudicare cito, ad pænitendum enim properat, qui cito iudicat. Conſiderare non quis damnatur, ſed quatenus, nam iudex damnatur cum nocens abſoluitur. Et* Caſsiodus: *Sit ipſe iuſtus, quia tamdiu iudex eſt, nam nomen quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur.* Et Greg: *Sit ſine odio, & reſpectu gratiæ iudex, ſine his enim æqua iuſtitia, cum his iniqua erit.* Nec aliud ſuggerit hæc veſtra Aſcia & Securis, à qua ob iuſtitiam Balduinus 12. Comes Fland: Securis (ab ea quæ de reis ſupplicium ſumebat) cognominatus fuit, *vt Cam. cap. 76. Hiſt*: Digniſsimum planè eſt æquam iuſtitiam, magnis honeſtiſsime apellare nominibus, quam & Maximil: I. Imper: in effectu conſpectam, Salue iuſtitia, ſalutabat, & ſacræ litteræ benedictione quadam cohoneſtant, *Sap.* 13. *Benedictum lignum per quod fit iuſtitia.*

Æquam iuſtitiam ſecuris ſignificat. Iudicis conditiones. Iuſtitia circumſtantia. Balduinus ſecuris dictus. Iuſtitia ſalutata.

PRÆCVSTODITIONES.

PRo fælicitate perpetua *Aug. de verbis Domini cap.* 13. *Magnæ virtutis eſt cum fælicitate luctari, magne virtutis eſt à fælicitate non vinci.* Eſt ratio dicti ab eodem in *Math*: 17. *cap. Si haberes ſapi-*

Virtus à felicitate non vinci.

entiam Salomonis, ſi pulchritudinem Abſolonis, ſi fortitudinem Samſonis ſi longeuitatem Enoch, ſi diuitias Craſi, ſi fælicitatem Octauiani: quid proſunt hæc, cum caro datur vermibus, anima dæmonibus crucianda? Eſt ergo fælicitatis præcuſtoditio, à fælicitate non vinci. Quapropter in antiquorum memorijs, Securis & Aſcia ſed hæc frequentius ſculpebatur, cum ſubſcriptione, *ſub Aſcia dedi vetuit*, cum defunctum non obliterandam memoriam ſepulchro cauebant. *Pier. Val. hierogl. lib.* 42. *cap:* 73.

Securis in ſepulchris & Aſcia ſculpebantur.

2. Æqua iuſtitia, *Aug: de vera religione. Nimia iuſtititia incurrit peccatum, temperata iuſtittia, facit perfectos*, Cuius rationem ponit ſuper 1 *ad Cor.* 6. Mitigare enim iudicem pudor reorum, excitare autem pertinacia denegantium, qui tamen ſine accuſatore non damnabit, nec ignoranter iudicabit. Hoc antiqui fecerunt, iuſte condemnatos in miſericordia condemnabant, ac damnatis cænam lautiſsimam mittebant. Hoc quoq; Crux veſtra vos admonet, Æquiter, & in miſericordia iudicare, & iuſtitiam amplecti.

Nimia iuſtitia peccatum

Cæna condemnatis mittebatur.

Bokij.

FAMILIA BOKIORVM.

IN *Volinen Palat. antiqua familia Bokiiorum.* N. *Iudex Cremenecen. & veteranus miles, pro patria ab hoſtili manu Tartarica occubuit,* 1577. *Filius eius dum militiam exercet & pugnat cum Scythis, in captiuitatem venit. Quem poſtmodum Coſaccus Podkowa in libertatem gladio & arcu vindicauit. Reliquit prolem.*

Bronkki.

BRONIC ſeu BRONICIORVM.



DELINEATIO.

Defendicula framearum.

SVnt duo framearum defendicula in modum crucis diſpoſita, in Campo rubeo. Efformantur vero in modum litteræ, S. apud latinos In extremitatibus globuli apparent.

ORIGO.

Digitized by Google

ORIGO.

EX Bohemia in Regnum illata eſſe videntur, nam vocantur defendicula Bohemica, aut militi Polono conceſſa fuêre in Regno, dum ſtrenuè contra Bohemos decertaſſet. Et hoc videtur Paprocius innuere in Nido Virtutum dum inquit: Cum Bohemis pugnaret, eorum protoparens infractum animum ibi demonſtrauerat.

VIRTVS FORTVNÆ BRONICIORVM.

ANtiqua gentilitas dum nouum militem conſcribebat, cum clipeo albo, ipſo fundamento pictorum adornato conſcribebat, vt qua virtute ac fortitudine bellum victoriamq; tentaret & efficeret, illam clypeo efformaret. Legimus hoc in clypeo Agamnenonis, in quo Leo flammas de ore ſpumans, exprimebatur cum hac inſcriptione: *Virtus fortunæ Agamnenonis.* Etiam arma veſtra hæc virtutem fortunæ Bronicij dicunt, ille etenim tulerat clypeum album in bellum Bohemiticum, at viribus elephanticis, fortitudine leonina, illud verſabatur, & tam feliciter vt meritò ſibi crucem ſuper illud depinxerit ſanguine, & efformauerit ex defendiculis framearum.

Scutum album in bello cur.

Leo cum flamma.

Virtus fortunæ Agamnenonis.

Bellicoſus enim animus fortitudine ardens
Spirabat, tanquam leonum, martem trienſium.
vt ait Eſchyl.

CRVX ET ORNAT ET VINCIT.

VT nullus piger inuenitur in domo ſapientis, *ait Orig. hom. 4. in Gen. de Abrahamo.* ita nullus inuenitur victus, nullus non ornatus, vtrumq; enim ſapiens Chriſtianus colligit ex cruce. Crux enim eſt quæ ornat, crux quæ vincit. Expreſſit hoc *Theodoſius M.* qui cum Eugenio Tyranno, dum prælium confert, & ordines diſuaderent, dixit: *Abſit id agamus, exercitui enim meo crux præit, illius copias Herculis Ducis.* Vicit igitur cruce. *Niceph. lib. 12. cap. 29.* Ornatum ex cruce tenet familia veſtra. Leuis quidem eſt ornatus, eſſe hominem, & non eſſe virum. Leuis eſt ornatus eſſe nobilem, & mores habere profanos & ignobiles. Leuis eſt ornatus eſſe militem, & cor habere leporum. Graui autem ornatu crux S. vos veſtiuit, dum vos prudentia viros, morum dexteritate nobiles, inuicta fortitudine milites eſſe voluit & conſtituit.

Crux ornat & vincit.

In domo ſapientis nullus piger, nullus non ornatus, nullus non victor.

Crux præit Theodoſ.

Hercules ducit exercitū Theod. M.

Ornatus leuis & grauis.

Condere virtutem nulla ſepulchra queunt.
Illa viget ſemper dum tempus ſtabit & vnda,
Et ſurgent nitidis ſydera celſa polis.

Fortis & virtuoſus non moritur.

Crux igitur eſt vobis ornatus, Crux erit & victoria de hoſtibus, vtrumq; enim hoc celerius, fortius, iucundiuſq; crux confert.

Digitized by Google

PRÆCVSTODITIONES.

Crocus conculcatus pulcherius renaſcitur.

AD primum Theophraſtus. Croci plantam priuſquam in florem ſeſe exerat, conculcatam nonnihil & pedibus leuiter attritam, poſtmodum pulcherius renaſci, ita virtus fortunæ fortior aduerſis permixta ſi gaudet. Hinc quidam:

Fortuna fortior ſi mixta aduerſis.

Pulchrior vt creſcat territur Crocus, O furor ingens
Lætior vt poſſis ſurgere nolle premi.

Coruinus per crucem à latronibus liber.

Bonfinius lib.7.de c.3. Matthias Coruinus poſt infauſtum bellum cum Turcis in Bulgariæ finibus, fuga ſibi conſuluit, vnus & ſolus per auia loca: iamq; dimiſſo equo fatigato, poſt triduum pedes iter accipit, incidit in latrones inermis, ſeſe ſpoliandum dedit, crucem auream pendentem è collo præbet, oborta de cruce controuerſia inter latrones, ille arrepto gladio, occidit vtroſq; eorum armis.

Crux tribulationis ornat & vincit.

Ad ſecundum vt crux ornet & vincat. *Iſidorus.* Magna eſt virtus, ſi non lædis à quo læſus es. Magna eſt fortitudo ſi etiam læſus remittas. Magna eſt gloria ſi cui potuiſti nocere parcas. Quaſi innuat, duo hæc ſunt ob patientiam ex cruce tribulationum. Vnde quidam ad Chriſtianum profectum.

Amor Chriſti Amor Patriæ.

Vicit amor patriæ, laudumq; immenſa cupido
Vincat amor Chriſti cœliq; immenſa cupido.

FAMILIA.

Bronicetij *in Palat. Wolynenſi.*

CHOD-

CHODKIEWICZ.

Chodkiewic.



DELINEATIO.

ANtiquæ familiæ ac toti orbi fermè notiſsimæ, Chodkieuiciorum non vnica ſunt arma. Alia primæua, à Ducibus Lithuan. alia cum Regnum Polon. ſub Iagiellone, vnionem Ducatus Lithuan. cum Regno confirmaret. Alia cum Comites Roman. Imperij in Skłow, Myß & Bychow, ab Imperatoribus ſemper Aug. (fortia facta ſua firmioribus in æuum exemplis hoſtibus vt probarent) fuiſſent. Quæ fuerunt primęua, ex ſcriptoribus non apparet. Crediderim tres pennas Strutionis fuiſſe, quas arma Koſcieſa ſuper galeam retinent. Quælibet enim familiarum celſitudo ſibi proporcionata Arma, vt ad Aquilas, Tubas & Soleas eligebant, vt patet in Armis Radziwił & Połubinski Ducibus. Vnde & Chodkiewicz elegit Koſcieſſe arma, quia pennas Strutionum antiquitus ſibi propria retinebant. Vnionis vero ſunt arma Koſcieſa de quibus ſuo loco dicemus. Comitatus verò ſunt arma Griff dextra vibrans gladium, *vt Paproc. refert edit:* 2. & ex delineationibus armorum dum grypha in medio ponitur, patet ad ſepulchra Alexandri Chodkiewic. Sed quoniam certa periodus eſt omnium Regnorum & Familiarum à primo Regum Rege & Domino Familiarum Deo inſtituta: iam quod; (ô heu) vltimam Comitatui & Armis Griffa periodum. Parens Patronus ac Munificus Fundator noſter in Skłow, Illuſtriſsimus D D. Alexander Chodkiewicz Palat. Trocenſ. Capit. Boriſon. iam ſexagenarius & vltra poſuit & firmauit. Quapropter ne tacitis vocibus inuidia & ignara poſteritas amariora obſtrepet. Magnificas eorum laudes

Griffa.

des

Digitized by Google

des ſub fauentes radios ſolis celebrandas conſtituemus: donec relicta Illuſtriſs. Chodkieuiciorum poſteritas, quam virtute claram, educatione grauem, prædeceſſorum memorem, videt & auguratur Polona Nobilitas, de cineribus Griffa ſuum reuocabit, & reuiuiſcere faciet. Tempus hoc ſanabit, quòd communis eſt medicus vt dixit *Eurip. in Philippo.*

CHODKIEWICIORVM FAMILIA.
Columna Mag. Duc. Lithuan.

Chodkiewicia familia, Columna Magni Duc. Litu.

IVſtiſsima generis laus eſt, inquit *Aſtydama ſerm.* 86.

Virum collaudare qui iuſtus fuerit
Et moribus omnibus, ac eundem vocare Nobilem.

Sed huiuſmodi in Familia Chodkieuicia virum cum inuenire non eſſet difficile, imò inquirentibus, infinitos numerare licebit. Non immerito Familiam Chodkieuiciam iam Columnam Mag. Duc. Litu. pronunciabo. Video hæc ſymbola enconomia & epiteta iam dudum Familiæ Chodkieuicianæ adſcripta, apud Bartholomæum Paprocki, in ſtemmatibus Mag. Duc. Litu. ſecundò editis, dum Ioannem Chodkiewicium Comitem S. R. Imperij filium Hieronymi Chodkieuicz Comitis Caſtellani Wilnen. his verbis extollit. Ioannes Chodkiewicz Caſtell. Wilnen. Capit. Samogit. Magnus Marſchalcus M. Duc. Lit. Adminiſtrator & Magnus exercituum Dux Liuoniæ, obiit An. 1579. Erat murus, columna & fundamentum M. Duc. Lit. Quibus ſi Chreorium Chodkiewicz Caſtell. Wilnen. & Magnum Ducem exercitus M. Duc. Lith. Ioannem Chodkiewic Palat. Witebſc. Georgium Chodkiewicz Duc. ſuper Roſsiam. Ioannem Carolum Chodkiewicz alioſq; innumeros à Magnis Ducibus Lithu. in propugnaculum & columnas contra Moſchos, Cruciferos, cæteroſq; Principes Sarmatiæ, electos & poſitos, quibus ipſa maieſtas diuina, & in præſens benedictionum affluentiam non derogat, annumeraueris, niſi veritatis lumini velamen oppoſueris, columnam fortem firmamq; fuiſſe non negabis. Sed ne aduerſis rationibus mens neſcia agitetur qualis columna M. Duc. Lit. Chodkieuiciana familia fuerit, apertius proclamabo. Maiora damna æſtimari non poſſunt, quàm fidei & famæ, *vt Liuius lib.* 3. Ille namq; & apud Deum habet plus loci, qui plus affert non argenti, ſed fidei, *ait D. Auguſt. lib. de ouibus.* Et qui perdit fidem, nil poteſt vltra perdere, *dixit Sen. in Prou.* Ita Famæ diligere commodum, inclyti animi ſignum eſt, *dixit Caſſiod. lib.* 1. *Epiſt.* Fuit Chodkieuiciana Familia columna fidei & columna Famæ. Fidei quidem, nam cum multo ſudore à Rege Chriſtiani Iagielone in Lituania plantata, ab ipſis tenebris niger atramento diſturbauerat horrore. Nam Ioannes Chodkiewicz, Ioannes Carolus Chodkiewicij parens, diuina gratia fauente illuminatus, ope Illuſtriſ. Card. in Polonia

Dignitas Chodkiewiciorum

Chodkiewicij columna fidei, Famæ.

Digitized by Google

nia tunc Apoſtolici Nuncij fidem recepit, illamq́; per ſe & filios ſucceſſores, per Albam Ruſsiam, Seueriam, Finlandiam, Corlandiam, Smolenſcum, fundatis Religionibus & fidei Romanæ Paſtoribus, Ordinibus S. Dominici, S. Franciſci de obſeruantia, Canonicis Regularibus, PP. Ieſuitis alijſq́; Parochis, Præsbyteris, Præpoſitis plurimis in locis ab hæreſi purgauit & veritati Eccleſiæ reſtituit. Hoc idem in alijs Chodkieuicijs video, quorum tot antiquæ & nouæ fundationes Eccleſiarum, Ordinum Græci & Latini ritus innouantur & exædificantur in dies, vt mirum hoc illis ſit quod

Columna cum inſcriptione terminorum.

Vna fides cum ſit, quam nos docuere parentes,
Sic nunc tot fidibus luditur vna fides.

Fuit domus Chodkieuiciana & columna M. Duc. Litu. Famæ tam ſecuritatis, qualem antiqui vix nummis exprimebant Auguſtorum quam firmitatis, de qua Spiritus S. Ego confirmaui columnas eius. Habet Plutarchus in Theſeo. Hic cum agro Attico ſolido Megaricum adiunxiſſet celebrem, in Iſthmo collocauit columnam & inſcripſit ad Orientem hæc: *Hæc non ſunt. Peloponneſus aſt Ionia.*

Ad Occidentem vero.

Sunt Peloponneſus hæc haud Ionia.

Non alia à finibus Moſchorum, Pruſſorum, Suecorum, Valachorum, veniebat ab Chodkieuiciis fama, quam. Hæc ſunt Regnum & Lituania, illa Moſchus & Pruſsia, illis manipulus inſidet, iſtis aquila præſidet. Dixerunt. Fecerunt. Vnde Mathias Sarbierouius Soc. Ieſu, Griffam Chodkieuiciorum ſignum certum victoriæ triumphi Famæ in Epig. C. oſtendit, dum de Ioan. Card. Notat.

Chodkiewicz Turcas ad Chotimum expectat alacriter.

Auertat iſthinc peruicax Ethruſcorum
Et Apulorum veritas Sacerdotum
Victoriarum nuncias Coturnices
Vates columbos, augureſq́ Cornices
En certiora. M. M. D.
Gryff Lechicorum, ſigna dat Triumphorum
Vt dum per auras fluctuante ſubſultu
Stat ludibundus, & velut theatrali.
Pugil bipenne motat aera ferrum,
Sectator ipſe neſciat. Tuum Grypha
An præliantem cernat, an Triumphantem.

CHODKIEVICIORVM FAMILIA MVNVS REGNI POLONIÆ.

Chodkieuicii Murus Regnū Poloniæ. Iulii Caſ. magna laus.

IVlij Cæſ. res comparando Plin. Pompeij rebus hæc proſecutus eſt. Si quis eorum res percenſere vellet, totum profecto orbem enumerare neceſſum erit. Ita res Chodkiewiciorum, ſi quis proſequi velit,

totam Sarmatorum oram ipſum percurrere pernecеſſarium erit. Nam quorum geſta Moſchouitica, Liuona, Suecica, Pruſsica, Ruſsiaca, Valachica terra, Samogitia, Polocia, Flandia, Curlandia, aliæq; limitum Poloniæ & M. D. Lituaniæ confiniumq; dominica Regna & Principatus non ſilent, horum prӕclara geſta dicere æſtuanti, reuoluere & complecti quam primum ea neceſſe erit. Quapropter Familiam Chodkieuicianam, non immerito hoc vnico verbo, Murum Reipub. Polonæ, incomplexè dicere licebit. Quod paucis quidem verbis, ſed acutè expreſsit Chodkieuicio inſpiciendo Grypha Lyricorum author dicens.

Chodkieuiceiorum laudes. *Gryphi inuicti fortem Chodkieuicz.*

Quid dubitem Fortem, fælicem & dicere Murum,
Cum Gryphs ad voces annuat enſe meas.

Ad muros templaq; Bellonæ Deæ Romanis erat murus columnæ inſtar, in quem haſtam dum bellum indicebatur iaciebant, refert *Demoſt. lib.* 3. *cap.* 21. at ille murus indicere quidem & ſuſcipere bellum potuit, at perficere nunquam. O quoties ſupremis exercituum ducibus Chodkieuicijs cruentam haſtam arduumq; bellum hoſtis armatus mittebat, at illi, ne dum ſuſcipiebant, ſed & eo pectore quo dabatur ſuſcipiebant & maiori finiebant, finiebantue non numero ſed virtute. Teſtis *Parnaua*, teſtis *Cauconauſus*, teſtis *Chircolonia*, teſtis *Chotinum*, teſtes fama, geſta, virtutes omnium in memoria viui, Io. Caroli Chodkieuicij quem murum Reipub. tota Patria elegerat, conſecrarat, miſerat contra Turcas, Scytas, Valachos, Moldauos, Serbiam, Prouadiam, Siliſtriam, totamq; Aſiam hiantemq, Oſmanum. Vnde murus iſtius firmitatem tantis notificauerat Sarbierouius verbis.

Velox fama malum tumultuoſis
Dum præteruolat incitata pennis
Arces, oppida, rura, Ciuitates,
Hoſtem millibus imminere Turcam.
Carolus audit: vt ſciamus.
Veri nuncia Fama num ſit (inquit)
Hic hoſtem mihi computabit enſis.

Muri quomodo firmantur Romani muros antiquæ Romæ firmabant aratro. Muros Reipub. Polonæ. Victor Cruciferorum Rex firmauit humili oratione. Muros exercitui ſuo Io. Carolus firmabat, in terram ſui ante Dominum proſtratione. Dicite qualis murus fortior? ille cecidit, iſte immobilis manet. Vnde oranti Heraclio, contra Perſas ducendo exercitum *S. Epiſc. Gregor. Piſiden.* dixit.

Oratio Heraclius victor.

Nigrum Imperator nunc indue calceum
Rubefacies tinctum cruore Perſico.

Diſcite igitur qualis murus Chodkieuicius erat. Murus & antemurale, Murus Aheneus antemurale aureum. Lego Atenien. muros contra

Darium.

Digitized by Google

Darium in *Plutar. Pararel.* tres. Vnum Polizellum Ducem qui iam cœcus factus, adhuc 48. hoſtes occidit, alterum Calimachum, qui multis haſtis confixus adhuc ſtabat, licet mortuus. Tertium Cynigerum, qui confixus gladijs manibuſq́; priuatus, dentibus nauem retinebat. Vnde quidam, Regi noſtro quid dicemus. O Rex cur nos miſiſti contra mori neſcios hoſtes? Et de muro Chodkieuicio quid referemus Patriæ, Reipub. & Regno? Non aliud quam murus eſt & Deo mori neſcius. Vt enim Sylla cognomento Felix inter felicitates ſuas duas præcipuè ducebat, alteram quod P. Metellum haberet amicum, alteram quod Vrbem Athenien. non ſubuertiſſet. Refert *Plutarch. in Rom. Apopht.* Ita duobus Chodkieuicij murus eſt fælix & mori neſcius, altero quod pios Reges Poloniæ haberent amicos, altero, quod Rempublicam Polonam nullus Chodkieuiciorum ſubuertere nec ſibillauit. Vt autem de Io. Carolo propoſitum non attenuatum ducamus. Hunc vicit quidem mors, ſed ad ſuperaddendam Coronam. Quapropter ita quidam de morte ipſius legendum porrexit.

Miles occiſus pugnat.

Felicitates Sylla.

Felicitates Chodkieuiciorum.

Turcos Chodkieuicius cum paſſim ſterneret atq́;
Inſolitum letho corpora multa daret
Mors mirata virum; qui tantum vinceret hoſtem,
De cuncti qui orbis cæde triumphat ouans.
Protinus extimuit ne victo funditus hoſte
In parcas ipſas ſtringeret arma quoq́;
Hunc ex inſidijs, more eſt latronis adorſa
Signaq́; non auſa eſt Martis aperta dare
Carole te nocuit fortem fieri Herculis inſtar
Id ſuaſit morti quin morerere cito.

Mors mirata vires Chodkieuicii.

Olaus Mag. de gentibus Septentrionalibus *lib.* 1. *cap.* 29. habet. Illi nouum murum nec ex lapidibus vſitatis, in æuiternum duraturos ita conſtituunt. Colligunt columnas, non arte ſed caſu aliquo, puta vel terræ motu deiectas, vel fulmine altitudinis pedum 15. 20. 30. latitudine 4. vel 6. pedum, & ex rectis pigillum certamina deſignant, ex quadratis bellatorum, ex orbicularibus Familiarum, ex Cliueatis trophea hoſtium, his columnis & muris plena ſunt inquit deſerta, in quibus ſcripturæ, ad teſtudinis orbem exprimuntur. Erexit nouum murum tibi ô Patria Nobilis proſapia Chodkieuiciorum, non ex vulgatis lapidibus, ſed ex probatis viris, conſilijs, pectoribus, victorijs, tropheis in fulmine & profulmine artificiali erutis, cui hoc vnum præcare deuinctus.

Murus æterni quomodo fiunt

Immortalis habe præconia Carole famæ,
Nullaq́; ſit geſti neſcia terra tui.

FAMILIA CHODKIEVICIA RELIGIONIS EST PARENS.

Chodkiewicz religionis parens.

Nobilium neceſſitudo à maioribus non degenerari.

IMpoſita eſt nobilibus neceſſitudo, ne à maiorum virtute degenerent, *Boët. lib 3. de Conſol.* 6. aſt vigor neceſſitudinis tantæ, non eſt, niſi veræ & ſanctæ religionis amor & patrocinium in eis fiat. Nam cum ſint ad inferos duæ viæ poſt mortem, altera iuſtorum, altera iniuſtorum, vt dixit *Phocylides*, ſcientibus ſe & Deum, neceſſitudo erit via iuſtorum conſequenter neceſſitudo non degenerandi, neſcientibus verò neceſſitudo, via iniuſtorum, & conſequenter degenerandi à vera virtute maiorum. De quo & Horat.

Nobiles non degenerant à maioribus religionis patrocinio.

Illi mors grauis incubat
Qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur ſibi

Et.

Scimus vt impios
Titanas, immanemq́ Turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco.

Chodkiewicii Ordi. Prædic. Fundatores continui.

Non profecto degenerauit à virtute maiorum Chodkieuicia domus, quæ ſingulare tulit, propriumq; aſcripſit, eſſe veræ religionis parentem, protectorem, fundatorem, vt nullus ferè Chodkieuiciorum cenſeatur, qui ſe Patronum & Fundatorem Eccleſiæ Romanæ fuiſſe non glorietur. Ecce poſt fundatam munificentiſsime in Skłow Eccleſiam, ab Illuſtriſſ. D. D. Alexandro Chodkieuicz Comite & Palat. Trocen. vltimi Fundatoris poſt alios. Illuſtriſſ. Chriſtoph. Chodkiewicz Caſtellanus Trocen. Capit. Mozyren. ad propugnandam Chodkieuiciorum Familiam diuina benedictione derelictus Anno præſenti Nouogrodi in Litu. olim Koriatouiciorum Ducum Lituaniæ ſede Ordini Prædicatorio Prouinciæ Ruſsiæ, ſub Reuerendiſſ. Nicolao Generali Magiſtro, & Admodum R. P. Fabiano Præmiſlien. S. T. M. Prouinciali Ruſsiæ Eccleſiam erigit & fundat, in parteq; iam erexit & fundauit. Quid igitur vobis ô continui ſacræ Religionis parentes, ac familiæ Dominicanæ deuincti Fundatores & Patroni munificentiſsimi deuouebo? Cum glorioſa hæc ſint, quæ & iuſtis & peccatoribus magnam ſpem dare poſſunt, & immenſam lætitiam, vt ait *Bruno de laude Eccleſ. cap.* 6. Imitabor Salamonem ſapientiſsimum, qui exædificata Eccleſia Domino, columnas æreas in frontibus Eccleſiæ duas erexit, quas vocauit Boos & Iachin, id eſt fortitudinem ſeu firmitatem & directionem, quaſi dicat vtinam Deus hoc templum diutiſsime ſeruet, dirigat, confirmet. Eadem ſacris ædificijs veſtris exopto, & amplius deuoueo, vt per hoc in tabernaculo Domini portionem habeatis. Non enim latet Deum vnuſquiſq; quid offerat, *inquit Orig. hom.* 13. *in Exod.* Hoc namq; Deus ſingulare explicuit in S. Patriarcha Iacob, qui cum erexit Domino lapidem, & fudit ſupra eum oleum, dedicauitq; dicens: *Erit mihi Dominus*

Columna erecta in Eccleſia 3. Regum cap 7. Columna in fronte Eccleſi firmitas & directio. Boos, Iachin.

in De-

in Deum, & lapis iſte quem erexi in titulum, Gen. 28. accepit reſponſum à Domino cum iam factus fuerat maritus, & ingentis familiæ & diuitiarum Dominus, vt reuertetur ad terram ſuam ſecurus & diues. Igitur per erectum & dedicatum Domino lapidem, tantam gratiam meruit? ita ſane. Sed audi Moyſen *Gen.* 31. *Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem, & votum vouiſti mihi, nunc ergo ſurge, &c.* O quantum emolumentum, qui diuino tabernaculo operam nauat? Hoc igitur quantum ſit, tantum vobis deuoueo, deuouebitq; Sac. Dominici religio, in dies noctesq; duratura.

DOMVS CHODKIEVICIA GERMEN FORTVNARVM.

NOn minus argutè quam verè, fortunæ faueritis virus quidam apparuit dicens. Fortuna cum blanditur inſidiatur, igitur cui blādiri deſinit, fauet. Eſt inſidiata Chodkieuiciorum Gryphæ, & quod blandiendo tentauit, effecit. Verum Chodkieuicijs non Gryph, eiuſdem Familiæ, tamen quibus Fortuna blandiri, (prudentiæ eorum rigidis progreſsibus deterrita) non audebat, impulſa Fortunarum Rectore Deo, ceu inſidiarum oblita, fauere non deſijt. Quocirca illos ſuſtulit, iſtos promouit, illorum germina infecit, horum rigauit, Grypharum ſurculos iam ſuſtulit, non Grypharum iam multiplicauit. Deſijt igitur Grypha, ſed Koſtieſa, & Strzegonia non deſijt, itaque Chodkieuicij & omnino abſceſſerunt & omnino remanſerunt, vt plantagine recenti viſa, germen fortunarum Chodkieuiciarum eſt, cum adoleſcentem ſuæ adoleſcentiæ luſtra adhuc mirantem, ſupremi Stabularij Mag. D. Litu. honore iam excipio, & digne excipio? An non germen Fortunarum Chodkieuiciarum eſt, contemplari Chodkieuicium annos ephebios paululum excedentem, & iam ſe Domino cum Spiritu & Fortuna auide conſecrantem? Me hercule, tantum germen & primum Chodkieuiciorum quod Reuerentiali honore cum Reuerendiſs. Capitulo Vilnenſi miramur, & fortunarum Chodkieuiciarum fulcrum & infortuniorum fulmen habebitur. Sed liceat proſequi vlterius. An non germen Fortunarum Chodkieuiciarum erit, ab ipſis mammillis, ad macheram aſſueſci, ipſamque infantiam ſolide Marti conſecrare? Verè hic Regi Reipub. & Patriæ naſcitur & educatur, qui plus à Martis filia lactis quam maternis ab vberibus ſuxit. Iam expreſſam cernere liceat hic Chodkieuiciorum famam, fortunam, animum & vires in vno hoc viro, & Reipub: Ciue in quo tantum ſui germinis extitit motiuum, vt in eum illud *Plut: Lacænar. Apoph: Epigramma cadat.* quo ignauiam illi filiosque cum ipſa abdicarunt. Accepiſti chariſsime Parens quod olim in exemplum à Theodoſij Arcadij & Honorij Parente propoſitum fuerat ipſorum Magiſtro. Executus es quod Philoſo-

Chodkieuiciorum fama fortunarum germen.

Chodkieuicii Gryff deceſſerunt.

Chodkieuicii & abſceſſerūt & remanſerunt.

Supremi Stabularii M. D. Litu. Chodk.

Canonicus Wilnenſis Chodkiewicz.

Tales ſunt Ioan. Alex. Hieron. Chodkiewiczii.

Ignauos non amat Chodkieuici domus.

Educatio liberorum Nobilium maximũ bonum.

phorum Crateres inclamabat: Impendiſti curam & hanc præcipuam, in filiorum educatione, eſto benedictione Iacob à Domino benedictus vt & tu Pater magnum numen ſis illis, & illi dignas tibi poſsint referre gratias.

Cholewa.

CHOLEWA.



DELINEATIO.

Anſa ferrea cum gladio.

SVnt duæ anſæ ferreæ, inter quas gladius quaſſatus, anſarum cuſpidine à gladio auerſæ in campo rubeo, ſuper galeam quinque ſunt pennæ ſtrutionum. Alij aliter delineant quaſi literam H. cum crucibus.

ORIGO.

FAberlignarius caſam ſibi dum in ſiluis ſtruit, Boleſlaus Audax Rex Pol. Iacuingos tunc inſequitur, ſed cum denſiſsimæ ſiluæ inuia loca darent ac lacubus, niuis equos neci ponerent, fabrilignarius ſiccum iter, ac tutum, atq; in hoſtes proximum, ac inſperatum, demonſtrauit. Quo indice, cecidit hoſtis. Ferebat anſas duas ad latus artifex, & à militibus gladium impetrauit, quem & ſanguine, ſperſum & triſum victoribus oſtendit. Boleſlaus gratitudinis memor, & cordis intrepidi contemplator, hæc arma illi contulit. Poſuerat namq; fortuna fallax caſum maieſtati Regiæ ab hoſte: at ille dum anſa equi curſu præcidit, & altera anſa hoſtem interemit, ſic vitę equi gladij dominus & ſtrenuus poſſeſſor extitit.

VERA FORTITVDO.

Vera Fortitudo.

Quis veram fortitudinem viam regiam eſſe, non libere proclamabit? cum ab ea declinans ad dexteram, temerarius & pertinax ſit, declinans autem ad ſiniſtram, formidoloſus & pauidus habetur?

Hier.

Digitized by Google

Hier. Si vero hac via Regia inceſſerit, ornamenta virtutum omnium, & iuſtitiam cuſtodiet, inuictus ad labores, fortis ad pericula, rigidus aduerſus voluptates erit. Ita *Amb. lib.* 1. *de off*: Nec immerito: vera enim fortitudo abſq; conſtantia non eſt, vt *Hier*. nec conſilio ac moderamine rationis aliquando deſtituitur, vt *Gregor: lib*: 5. *Moral. expreſſit*. Talem fortitudinem quaſſatus veſter gladius docet, talem anſæ ferreę à vobis volunt. Hæc enim vt vobis digne ceſſerunt ad ornatum; monent quoq; & ad ipſam fortitudinem. Rei enim militaris virtus præſtat, cæteris virtutibus, cum omnia noſtra ſtudia & hæc forenſis laus, lateant in tutela & præſidio bellicæ virtutis, nam vt increpuit tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt, vt ait *Cic: pro: Mur*. Vnde nec firmior, nec fælicior, nec laudabilior eſt Reſpublica, quam in qua abundant eruditi milites dicente *Veget*: Eam igitur vobis prædeceſſores & Generoſi parentes veſtri in ſe & declararunt & commendarunt. Satagite itaq;, ſic namque & Patre & Patria hac digni eritis, vt Tynnichus de Tharſiballo filio teſte *Plut*: dixit At quoniam ad veram fortitudinem mentis deuotio requiratur, vt D. *Aug*: oſtendit dicens. Hæc eſt vera fortitudo, quæ naturæ vſum, ſexus infirmitatem, mentis deuotione tranſgreditur. Vnum de veſtra familia Epiſcopum Poznanien: in ſpeculis afferam *Ioan: Wiſkiwiecz* de quo hæc Cathalogus habet. Electus erat propter ſingulares virtutes, & prèbeatam vitam. Nihil igitur deeſt in veſtra familia, ad veram fortitudinem vobis demonſtrandam, & commendandam. Bonus igitur Circuitus veſter ſit, Iuſtitia querat, Prudentia inueniat, Fortitudo vendicet, Temperantia poſsideat.

Militaris virtus præſtat cæteris virtutibus.

Vera fortitudo iuncta deuotioni.

Laus Ioannis Epiſcopi Poſnanienſis.

OPEROSITAS INGENII.

Ingenii opus.

MVltis medetur malis qui obuiat otijs, plurimis vero abundat virtutibus, qui illuſtribus occupat ingenium operibus. Quapropter qualem oporteat eſſe Nobilem cum *Stob: ſerm*: 89. perquirit, ita ei reſpondet *Demoſth: Nobiles ac honeſtos inprimis decet, vt perſeuerent habere pulchritudinem in facie, temperantiam in anima, in vtrisque fortitudinem, & in verbis gratiam. Et Sophocles. Dixiſti vt decebat te, & non acerbe, Genus enim ſui ſpecimen honeſtum præbens, Nobilis famæ honeſtatem potius quam reprehenſionem ſibi comparabit*. Operoſitatem vero ingenij in Imperatore *Pet: Bloſ: lib*: 5. optime ita expreſsit. *In bono Imperatore inter cæteras artes hæc requiruntur, vt ſeuere imperare ſciat, & molliter contumacibus cadere*, nam ſine diſciplina non bonitas dicam, aut felicitas non conſtat, ſed vix nomen. Milites vero ad opera ingenij ita ſtimulat. Miles diſcat in otio quod proficere poſsit in bello, nam ſemper in otio debet fieri quod neceſſario faciendum reſtet in prælio. *Veget. lib*. 2. c. 22. & præcipuè quia otioſus in caſtris miles nedum facile euadit ſeditioſus,

Otium cauſa mali.

Nobilis qualis.

Imperatoris cura quæ.

Miles quid faciet in caſtris.

tioſus, & immodeſtus, ſed vſus morum dediſcitur, nutritur puſillanimitas, vires fatiſcunt, obrepit inertia, & immunditiarum actu animus occupatur *Petr: Bleſen: Epiſt: 6.* Eiuſdem operoſitates ingenij admonent vos hæ anſæ ferreæ ad quaſſatum gladium appoſitæ. Vt quid enim proportionis habent architectoris inſtrumenta cum potentiſsimis militaris doctrinæ armis, ceu gladius eſt; Docent profecto non ducem, non centurionem, non militem, non Nobilem, recte poſſe nobiliterque vti gladio, niſi operoſa ingenij cura circumſtans & vibrans gladium adfuerit. Inde enim foſſæ, inde ſagittæ, inde cuniculi, inde haſtæ, pilum, phalarica, ſoliferea, geſum, ſparus, falces, caleiæ, romphea, enſes. Cerui apud Romanos *Demoſt: lib: 10 paralip:* ad cap. 10. enumerat præceſſere, Vnde *Martialis lib 4. Epiſt: 32.*

Gladius benè vtitur ſi ingenuè.

Militiam inuenta.

Militia decus hoc & grati nomen honoris.

Talem in familia veſtra operam ſtrenui Vbyſſowij, Prudentes & Generoſi Charſowij, Illuſtres & Notiſsimi Babeccij &c. exercuere, executamq; toga Senatoria finiere conſtat. Hoc medio nec nobis genus dedecori, nec vos generi eritis vt dixit *Socrates.*

ERVGO NOBILITATIS.

Diuina non ſine lumine quærenda.

EST Pythagoræ præceptum, *de rebus Diuinis abſq; lumine ne loquere:* Nec hoc ſine Sacræ paginæ teſtimonio, nam ſicut exaltantur cæli à terra, ita exaltatæ ſunt cogitationes Dei à cogitationibus hominum. Eſt modicum lumen: Arma Nobilitatis veſtræ inſpicienti, eruginem nobilitatis non veſtræ quidem ſingulariter, ſed omnium inueſtigare. Nam cum fabriles anſæ iunguntur nobili & quaſſato gladio, innuunt quidem ex recto nobile & honorificum ingenium, cum nec menſurarum, nec vlnarum ſint formæ, licet ſint Mechanicæ, ſed ex obliquo, eruginem degenerationem, & cauſam nobilis familiæ inferunt, vt ex illis ceu quoddam aſtrolabio aduerſam reuolutionem dierum quibus Nobilitas Fama & Illuſtre nomẽ vobis valedicere ſint parata, excipere liceat, nimirum cum digne geſtati veſtri gladij, inter faciles & leues, mores & homines requieſcere delectabuntur. Nam quale iudicium veſtrum de Roſa inter ſtercora volutata erit: tale de Nobili inter humiles caſus hominum errores, infeſtos, ſordidosque mores iudicium habetote. Me hercule non aliud, quam ipſam degenerationem, lapſum enormem veramque ignobilitatem eligere vltro & amplecti talem hunc Nobilem pronunciabitis. Quapropter Nero degener moribus iam factus cum ab Aſtrologis audiſſet à vero & recto degeneratum imperio priuaturum; remedium adhibere curauit dicens: Terra quæuis artem alit. Muſices artem excellentiſsime didicit, ſed nec mediũ profuit. Quapropter de ſalute deſperando cum cogitaret vim ſibi afferre, ſubin-

Vnde creſcit nobilis degeneratio.

Nero muſicã imperant.

ſubinde dixit: Quantus artifex pereo, ait *Suetonius.* Rarum certe remedium vt vnus forte Themiſtocles fuerit, qui dum Mitriadem triumphantem proſpexerit, virtutem ſibi propoſuerit. Quod *Adrianus Cæſar* & *Florus* Dialogiſmo expoſuere.

Dialogiſmus Flori cum Adriano.

Dicebat in Adrianum Florus,
Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythitas pati pruinas,

Cui Cæſar,

Ego nolo Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Curſitare per popinas,
Calices pati rotundos.

At pro omni exemplo ſit exempli cauſa, & monitorij: Epiſcopus Matthæus Familiæ verus Cholewa ſingulis & omnibus Nobilibus.

LINEA FAMILIÆ CHOLEWA.

MAttheus *Epiſcopus Cracouien: Anno* 1143. Cathal.

Ioannes *Wyſkiwicc Epiſcopus Poznan: Cathal: Electus fuit ob ſingulares virtutes & præ beatam vitam.*

Vbyſij *in terra Plocen. ſemper in Caſtris eximij & in literis exercitatiſſimi. His temporibus cum Illuſtriſſ. Magno duce exercitum Vbiſſ præſtantiſſimus miles, & à militibus ad inuictum Vladislaum Regem Polon: legatus fuit.*

Skarbek Tłuchowſki *in Dobrinenſi terra.*

Babeccij *in Plocen: & Dobrinen: terra, clari militia, & domus adminiſtratione viros claros* Staniſlaum, Paulum, Ioan: Nicolaum, Martinum, & Sigiſmundum *hiſtoriæ nominant.*

Charſzowſcij *in Dobrinen: terra* Ioannes *in Sendomirien. terra, Vir ſcientiæ pietati & commodis Reipub: deditus.*

Peſzenſcij *in Plocen. Palat:* Ioſephus, *in Ruſſia ſedem elegerat, & ſucceſſores reliquit.*

Malonowſcij *in Dobrinenſi terra.*

Kamienſcij *ibidem.*

Wieliccij *cum Babeccijs confines & ijd.*

Czermienſcij *in Dobrin: terra.*

Dobroſielſcij *à Dobrin, etiam Babeccij.*

Daniſzewſcij *ex Viſſogrodem: diſtrictu.*

Marſzewſcij *in Palat. Cracou:*

Moraczewſcij *in Lencicen: Palat.*

Alios quamplurimos adnotare licebit.

O CIE-

Digitized by Google

Cielątkowa.

CIELĄTKOWA.



DELINEATIO.

Luna media tertia.

EST media luna ſurſum cornibus verſa,à cuius medietate,dimidium mediæ lunæ inferius verſus leuam protenditur,vt inſignia hęc ſint ſeſqui duæ mediæ lunæ,in cuius extremitatibus ſunt ſtellæ ſingulæ. Id totum coloris flaui, in campo ceruleo, quod ad ſimilitudinem ſcuti efformatur.

ORIGO.

ORiginem eius,an in vel extra regnum acquiſita,nullus noſtrorum ſcriptorum recenſet. Hoc vnicum Paprocius in ſtemmatibus habet. Erant Cielątkowij Milites ſtrenui. Bielſcius eorum meminit, *Sub Wladiſlao* I. *Monarcha Polon. fol.* 93.

AMATORES PATRIÆ.

Patria unde dicitur.

MEmorandam doctrinam Hieroclis de Patria *Stob. ſerm*: 39. nobis expoſuit dicens. *Eſt patria per Iouem vel vt alter quidam Deus & primus maximusque parens.* Quare qui nomen ipſi impoſuit, à re ipſa non temere patriam nominauit, vocabulo quidem à Patre deducto, pronunciato tamen fæminea terminatione, vt ex vtroque parente mixtum eſſet, inſinuando patriam vnam, ex æquo duobus parentibus colendam eſſe. Hæc ille. Sunt mihi veſtra arma ſpeculum quoddam amoris in patriam, nam cum antiqua illis comparo, nō aliud quam amorem patriæ ſuſpicor. Erat namque Atticis antiquus mos, capillorum cinnis aureas cicadas addere, ſignificantes ſe eſſe indigenas, nam ſicut cicadæ, non aliunde commigrant, ſed ſuis ſedibus natæ viuunt, ita indigenæ, & amatores patriæ. Iſta *Eſtatius Iliad*: 3. Dum video lunis veſtris appenſas, non quidem iam cicadas, ſed ſtellas, ex quibus nedum

Cicadæ ad capillos.

Indigena.

collıgo

Digitized by Google

colligo quod luna, ita in familia veſtra indigenatũ fixerit, vt nec decreſcere, nec deficere, nec Ecclipſari propter ſtellas affixas poſsit: ſed tantos ac tales amatores patriæ, vt quaſi ſoli ſub lunæ Spherico & Orbium, patriæ fueritis. Maximos amatores patriæ non dubito dicere. Eſt quidem *Euripidis* in premiſsis ſententia: *Neceſſe eſt cunctos amare patriam, quod ſi quis ſecus ait, Verba fundare gaudet, animum tamen in patriam conuertit.* Aſt in his omnibus eſt inuenire excedens & exceſſum. Quod optimè expreſsit *Cranz. lib. Nouergiæ cap* 11. *de Nouergiæ incolis.* Hac enim gente cum nulla ante Chriſtum agnitum intuenda ſuperſtitione pertinatior eſſet, poſt ſuſceptum nulla conſtantior fuit, vt cum reduces terram ſuam attigiſſent, proni caderent in terram, & facto ſigno crucis, exoſculari ſolitos ac perclamare. O terra Chriſtiana ante omnes. Eisdem ſtimulis, lunæ hæc cum ſtellis, Familiam veſtram, ad amorem in patriam præſtandum incitant & admonent. Quocirca ita *Homerus* admonebat & incitabat.

Patriam omnes amant.

Non vnanimiter amatur patria.

Nouergia Chriſtiani terra oſculata facta cruce.

Auguriũ optimum.

Vnum augurium optimum, pugnandum eſſe pro patria;
Vos ad naues pugnate donec veſtrum
Ictus aut vulneratus mortem aut fatum quilibet ſequatur
Moriatur, non enim indecorum eſt ei defendenti patriam mori.

ORATORIVM FIDEI.

Oratorium fidei.

NVllum felicius eſt opus, quam familia fidei oratorium firmans. Vnde querentibus quid faciemus vt operemur opera Dei. *Ioan:* 6. reſpondetur. *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in illum quem miſit ille.* Si ergo opus Dei eſt credere, nullum profecto felicius opus erit familię, quam fidei oratorium firmare. Quocirca *D. Auguſt: ſerm.* 18. *ſuper Ioan: Ambula per fidem vt peruenias ad ſpem: ſpes non ædificabit in patria, quem fides non conſolatur in via.* Qui hæc inſignia veſtra inſpicit, oratorium quoddam fidei meditabitur, non quidem quam Aſtrologi perhibent: hæc enim magis coniectura quam fides, ſed quam docet Eccleſia. Nam luna Eccesiam, ſtellæ Sanctos ſignificant. Quale oratorium fidei innuebat *Pythagoras*, qui lunam modo terram cœleſtem, modo cœlum terreſtræ, vt *Pier. lib.* 44. *cap.* 15. refert nuncupabat. De quo & *Horat. Carminum lib.* 4. *ode* 7. *Damna tamen celeres reparant cæleſtia lunæ.* Quapropter & Ægiptij in nummis Antonni Aug: Pij à parte qua inſcriptio eſt Alexandria videtur humanæ figuræ ſignum, quod ambabus manibus lunam affectat apprehendere, quaſi quodam adorationis geſtu, *vt Pier. ibid. cap.* 19. Magis igitur de veſtræ nobilitatis armis id denunciandum venit, vbi lunæ & ſtellæ, ſe ipſis quoddam Tau, id eſt templum, & quoddam Omicron in cœlum apertum inchoant, cum dicant. Oratorium innuendo quod ſit in vobis & veſtra familia, oratorium quoddam fidei S. radicatum. Sit igitur vobis cum Omine Deus.

Fides.

Luna Eccleſiã ſtellæ ſanctos.

Luna in manibus & nummis.

Digitized by Google

PRÆCVSTODITIONES.

Reipub. optimus vir.

PRo primo. Periander, illum ego probum Reipub: municipem, illum optimum procerem duco, qui erga principem obſequium, erga Rempubli: officium, erga vtrumque fidem tenuit; quique ad amplificandam vtriuſque gloriam vires contulit quas potuit.

Optimum quid.

Pro Secundo *Plato lib: 5. de Repub:* optimum ſane hoc dictum eſt eritque ſemper. Quod vtile, ſtatim etiam honeſtum ſit, noxium vero, turpe Maxime quidem. Vanus eſt homo, qui ridiculum aliud æſtimat quam malum, & qui riſum mouere volens non inſipientis & mali, ſed cuiuſdam alterius vultum intuetur. Vanus etiam eſt, qui cum honeſto ſtudeat; ſcopum ſibi alium virum, quam bonum proponit.

Vanus quis.

Familia de Armis Cielatkowa quæ fuerit, aut qua prædictis armis inſigniretur, hic obſtruſis in locis dum commoror, cognoſcere non potui. Parces nobiliſſime Lector, & ſpatioſiſſimum Regnum Poloniæ contemplaberis.

CIOŁEK.



DELINEATIO.

Vitulus.

EST Bos ſeu vitellus coloris rubei in campo albo, Deſuper, ex corona medius bos ſeu vitellus.

ORIGO.

Vitellinorum familia.

EX Vitellinorum familia in Italijs, ſub Miecislao Monarcha *Anno D. 971.* in regnum Poloniæ illata fuere, per Illuſtriſſ: & Reveren: Dominum Robertum Archiepiſc: Gneſnen: Cuius vterinus frater Paulinus teſte Bielſcio familiam ſuam in Regno hoc in poſteros propagauit.

Digitized by Google

gauit. Ita Ianicius Longinus, & alij. Qui quidem Ciołkowie ſeu Vitellini in Polonia, à bonis ſuis & poſſeſsionibus denominationem differentem & cognomina poſtmodum aſſumpſerunt, vt à Macieiowice dicti ſunt Macieiowij, à Drzewice, Drzewiecij, à Zelechowo Zelechowſcij &c. Ex quibus Macieiowsky erat Cardinalis S.R. E. Epiſc: Cracou: Archiep: Gneznen: *Robertus Anno* 971. *Scislaus* 1199. Staniſlaus Ciołek Epiſcopus Poſnanien: & alij.

FAX GLORIÆ.

Fax gloriæ.

IVſtus Lipſius *lib*: 2. *Monitorum cap*: 18. fundamentum perennis gloriæ, & facem, non aliter exprimere auſus quam mentem Honeſtam vocitando. Fax inquit mentis honeſtæ eſt gloria. Nec immerito. Conſiderandi namque, quid ſecum tantum honeſtum ferat; occurrit Polybius dicens. Argentum quidem & pecunia eſt communis omnium hominum poſſeſsio; at honeſtum & ex eo laus & gloria, Deorum eſt, aut eorum, qui à Dijs proximi cenſentur. O dictum egregium. Sunt namq; alia alijs communia, & adipiſcenda: at bona & magna fama magnis convenit, & quos Deus vicem ſuam fungi voluit in terris. Illi namque nil humile & abiectum cogitant, quia ſciunt de ſe ſemper locuturos. Inſignia hæc veſtra facem gloriæ non hæſitanter dico ô Vitellij, cum mentem honeſtam in vobis conſpicio, in veſtriſque prædeceſſoribus & ſucceſſoribus contemplor: vt quod de vno Roberto Archiepiſcopo Gneznenſi Ianicius habere voluit, hoc, maioraq; de plurimis ex vobis dicendum venit.

Mens honeſta.

Honeſtum eſt decorum & laus.

Robertus Archiep. Gneſn.

Auſonius patria ſacri pariterq; prophani
Mirandus ſtudij laude Robertus erat.
Comis in alloquio, facilis venientibus, vno
Durus, quod nequiuit verba Polona loqui.

Non enim aliter de vobis elogium Longinus deduxit, quam Ad pietatem proni. Et Epitaphium Cracouiæ. Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Macieiowij, non diuerſum habet. Suſtinuit Ordinem Eccleſiaſticum, & Reipublicæ tranquilitatem: Conſilio, Prudentia, Integritate. Nec diminuta referunt Encomia Valeriani & Mathæi Drzewieciorum verificatum; namq; in familia veſtra eſt illud Anxagoræ, qui ad Periclem dixit. *O Pericle.* Quibus opus eſt lucerna, oleum infundunt, inuicta fortitudo veſtra, magnanimus veſter animus, circumſpecta prudentia, indeficiens in patriam amor, non conditionatus in Deum honos, inuacillata in proximum pietas, ſubminiſtrarunt inceſſanter veſtræ lucernæ oleum virtutibus ſacratum, & ita abunde: vt ſolo ſtemmate veſtro exhibito, plura legi, quam ſubſcribi poſſent, Clypeus Titi Flamminij in templo Delphico ſuſpenſus, talem ſubſcriptionem ferebat.

Epitaph. Macieiouii Epiſc. Cracouien.

Oleum virtutes.

Clypeus Titi Flamminii inſcriptus.

Digitized by Google

PRÆCVSTODITIONES.

Reipub. optimus vir.

PRo primo. Periander, illum ego probum Reipub: municipem, illum optimum procerem duco, qui erga principem obſequium, erga Rempubli: officium, erga vtrumque fidem tenuit; quique ad amplificandam vtriuſque gloriam vires contulit quas potuit.

Optimum quid.

Pro Secundo *Plato lib: 5. de Repub*: optimum ſane hoc dictum eſt eritque ſemper. Quod vtile, ſtatim etiam honeſtum ſit, noxium vero, turpe Maxime quidem. Vanus eſt homo, qui ridiculum aliud æſtimat quam malum, & qui riſum mouere volens non inſipientis & mali, ſed cuiuſdam alterius vultum intuetur. *Vanus quis.* Vanus etiam eſt, qui cum honeſto ſtudeat; ſcopum ſibi alium virum, quam bonum proponit.

Familia de Armis Cielatkowa quæ fuerit, aut quæ prædictis armis inſigniretur, hic obſtruſis in locis dum commoror, cognoſcere non potui. Parces nobiliſſime Lector, & ſpatioſiſſimum Regnum Poloniæ contemplaberis.

CIOŁEK.



DELINEATIO.

Vitulus.

EST Bos ſeu vitellus coloris rubei in campo albo, Deſuper, ex corona medius bos ſeu vitellus.

ORIGO.

Vitellinorum familia.

EX Vitellinorum familia in Italijs, ſub Mieciſlao Monarcha *Anno D.* 971. in regnum Poloniæ illata fuere, per Illuſtriſſ: & Reveren: Dominum Robertum Archiepiſc: Gneſnen: Cuius vterinus frater Paulinus teſte Bielſcio familiam ſuam in Regno hoc in poſteros propagauit.

Digitized by Google

gauit. Ita Ianicius Longinus, & alij. Qui quidem Ciołkowie ſeu Vitellini in Polonia, à bonis ſuis & poſſeſsionibus denominationem differentem & cognomina poſtmodum aſſumpſerunt, vt à Macieiowice dicti ſunt Macieiowij, à Drzewice, Drzewiecij, à Zelechowo Zelechowſcij &c. Ex quibus Macieiowsky erat Cardinalis S.R. E. Epiſc: Cracou: Archiep: Gneznen: *Robertus Anno* 971, *Sciſlaus* 1199. Staniſlaus Ciołek Epiſcopus Poſnanien: & alij.

F A X G L O R I Æ.

Fax gloriæ.

IVſtus Lipſius lib: 2. Monitorum cap: 18. fundamentum perennis gloriæ, & facem, non aliter exprimere auſus quam mentem Honeſtam vocitando. Fax inquit mentis honeſtæ eſt gloria. Nec immerito. Conſiderandi namque, quid ſecum tantum honeſtum ferat; occurrit Polybius dicens. Argentum quidem & pecunia eſt communis omnium hominum poſſeſsio; at honeſtum & ex eo laus & gloria, Deorum eſt, aut eorum, qui à Dijs proximi cenſentur. O dictum egregium. Sunt namq; alia alijs communia, & adipiſcenda: at bona & magna fama magnis convenit, & quos Deus vicem ſuam fungi voluit in terris. Illi namque nil humile & abiectum cogitant, quia ſciunt de ſe ſemper locuturos. Inſignia hæc veſtra facem gloriæ non hæſitanter dico ô Vitellij, cum mentem honeſtam in vobis conſpicio, in veſtriſque prædeceſſoribus & ſucceſſoribus contemplor: vt quod de vno Roberto Archiepiſcopo Gneznenſi Ianicius habere voluit, hoc, maioraq; de plurimis ex vobis dicendum venit.

Mens honeſta

Honeſtum eſt decorum & laus.

Robertus Archiep. Gneſn.

Auſonius patria ſacri pariterq; prophani
Mirandus ſtudij laude Robertus erat.
Comis in alloquio, facilis venientibus, vno
Durus, quod nequiuit verba Polona loqui.

Non enim aliter de vobis elogium Longinus deduxit, quam Ad pietatem proni. Et Epitaphium Cracouiæ. Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Macieiowij, non diuerſum habet. Suſtinuit Ordinem Eccleſiaſticum, & Reipublicæ tranquilitatem: Conſilio, Prudentia, Integritate. Nec diminuta referunt Encomia Valeriani & Mathæi Drzewieciorum verificatum; namq; in familia veſtra eſt illud Anxagoræ, qui ad Periclem dixit. *O Pericle.* Quibus opus eſt lucerna, oleum infundunt, inuicta fortitudo veſtra, magnanimus veſter animus, circumſpecta prudentia, indeficiens in patriam amor, non conditionatus in Deum honos, inuacillata in proximum pietas, ſubminiſtrarunt inceſſanter veſtræ lucernæ oleum virtutibus ſacratum, & ita abunde: vt ſolo ſtemmate veſtro exhibito, plura legi, quam ſubſcribi poſſent, Clypeus Titi Flamminij in templo Delphico ſuſpenſus, talem ſubſcriptionem ferebat.

Epitaph. Macieiouii Epiſc. Cracouien.

Oleum virtutes.

Clypeus Titi Flamminii inſcriptus.

Digitized by Google

Tynderidæ fratres quorum fuit inclita virtus,
Cuſtodes inter quos modo Sparta colit,
Leges, Libertas, & Pax, ſunt optima dona.
Hæc Græcæ genti dat Titus Æneades.
Eadem, & maiora de veſtra familia concludendo.
Hæc Lechicæ genti, dat dico Vitelesca domus,
Religionem, Libertatem, Pacem, Pietate, Conſilio, Armis.

Victoriarum Triumphus.

VICTORIARVM TRIVMPHVS.

SI nulli fortunæ minus benè, quàm optimè creditur, quandoquidem alia fælicitate ad tuendam fælicitatem opus ſit dicente *Seneca lib. de breuit. vitæ cap.* 17. Iure meritò ad deducendum omen Victoriarum & Triumphorum ex Armis veſtris priora omina afferenda veniunt. Cn. Pompeius cognomento Magnus, dum hoſtilibus armis cum Cæſare congrederetur, Cæſar fortunæ ſacrificare prius nititur. Accidit vt vitulus aptatus priuſquam feriretur, extra vrbem profectus ad lacum peruenerit, & enatauerit. Aruſpices rem contemplantes dixerunt Cæſari: Si Romæ manſeris, peribis; ſi mare tranſieris, victor euades. Præbuit omnia vota, & triumphauit. *Dion. Niceus in Pompeio.* Nec alio medio Annibal Carthagin. trans alpes cum exercitu volando, triumphale Io cecinit, niſi cornibus vitulorum faces alligando, vitulorumq; figuris hoſtem terrendo, fugando, vincendo. *Plutarch. in Hannib.* Igitur vt addam fortunam fortunæ, & inſignia veſtra vobis ſigna eſſe victoriarum & triumphorum, oſtendam, ſeriem triumphantem de familia veſtra opponam. Eraſmum Ciołek Palatinum Mazouiæ, qui cum ducibus ſuis victorioſè pugnando triumphauit An. 1388. Staniſlaum Ciołek magnæ fortitudinis virum, qui decem fortes viros leuiſsimè ſuperabat. Reuerendiſsimum Andream Epiſcopum Płocenſem, hæreticorum expugnatorem. Sed quid prodeſt numerare ſingulos, cum ſinguli veſtrum vt nomen conſequerentur, cum Dijs mouere haſtam didicerint. At inde vobis victoriam & triumphum ominabor, vnde triumphos & victorias ſacra pagina ominari, & ſperare profitetur. *Pſal.* 50. *Imponent ſuper altare tuum vitulos.* Contuliſtis tot tamq; magnificas hoſtias victrices, & triumphatrices ſuper altaria, reddetis quoq; vitulos labiorum veſtrorum, vt dixit *Hos.* 14.

Sacrificium ante bellum Cæſaris. *Bos à ſacrificio fugit.* *Romæ manere mors.* *Mare tranſire ſalus.* *Vitulis faces ad cornua Anibal fecit.* *Ciolkorum.* *Vitulus ſuper altare.*

Pacis firmitas

PACIS FIRMAMENTVM.

PAcis qua dulcius nihil, quæ firmitas afferi poterit, plures inueſtigarunt, *Plato lib. 7. de legib.* firmitatem pacis, ponit reſpectum publicæ vtilitatis. Bonum namq; vniuerſale præponderare neceſſe eſt bonum particulare. Quocirca A. Vitellius Imperator, cum publicæ vtilitatis nullum reſpectum haberet, priuatę verò plurimum, miſere cadit.

Vitellii Imp. mors vnde.

cadit. Præceperat edicto, vt Mathematici Vrbe & Italia excederent, intra Cal. Octob. exclamarunt Chaldæi, *Bonum factum*, ne Aul. Vitellius Germanicus intra eundem diem Calendarum vnquam eſſet. Igitur deſciuit ab eo exercitus in verba Veſpaſiani, interijt, & nullus miſerius. *Mathematici* Optimè cauit Ageſilaus Lacædæmoniorum Rex. Imperatorem habere oportet aduerſus hoſtes audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, in opportunitate verò rationem & conſilium. *Ageſilai Regis documenta ad principes.* Alij firmamentum pacis concordiam inter fratres exiſtimant, concordia namq; paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. *Concordia fratrum.* Quocirca & conditor orbis, abominabilem reijcit, qui ſeminarit diſcordias inter fratres, *Fulgoſius lib.* 5. de fratribus Vitellijs hoc ſingulare ex Vitellio Nicolao natos Ioannem, Camillum, Paulum & Vitelloſium poſuit. *Maior inter fratres.* Tanta charitas inter eos erat, vt Patre mortuo, illius ex fratribus qui inter eos maior natu erat, dicto ſemper audientes fuerint. Et ſi inter eos in Italia arma ferrebant exercitus ductarent, inſigneſq; haberentur, imò ductis vxoribus, ne minima inter ſe ambitione laborarunt, maioreq; natu inter eos moriente, in ætate proximiori imperandi maieſtas transferebatur. Eandem Scilurus Scytha filijs commendabat, firmitatis & pacis gratia. Optima quidem hæc ratio ad firmandam pacem, ſed quandoq, deficiens in bono. *Pax cum Deo & hominibus.* Aliam inexpugnabilem habeo, pax firmata ſecurior eſſe non poteſt, quàm habendo pacem cum Deo & hominibus. Hanc firmitatem Deus monſtrauit, hanc vitulus veſter ſignificauit, hanc antiqui parentes coluerunt. Vnde præcipiendo pactum Deus hominum cum ſuæ maieſtatis virtute dicit. *Hierm.* 34. Vitulum inconciſum nominat, præuaricatoribus verò fœderis, vitulum conciſum in duas partes, vt tranſeant inter diuiſiones eius. Eandem firmitatem Vitulus veſter ſignificat. Inde namq; expugnatores hæreſum, inde Cancellarij inuictiſsimi Regis Poloniæ Wladiſlai Iagellonis, inde Paſtores gregis Chriſti vigilantiſsimi, inde Ciues, Senatores, Iudices digniſsimi, in familia veſtra promanarunt. Hanc firmitatem pacis, non degener à virtute animus, ipſis in primordijs Vitellij electi in Germania, coluit & ſeruauit. Inuenerat optimus Princeps, inter Othonis ſcripta Commentarium, refert *Fulgoſius lib.* 6. Centum viginti virorum, ab Othone præmia poſcentium, quod Galbæ morti interfuiſſent, qui licet inimicus & ipſe Galbæ fuiſſet, iniquum tamen arbitratus eſt, non modò eiuſmodi hominibus præmia dare, ſed ne perpeti quidem vt viuerent, cum Principem ſuum precio occidiſſent: quæſitos igitur diligenter omnes, quos nactus eſt, interimit. *Præmium pro re mala non dandum.* Quocirca & antiqui Romani per Tarquinium ſuperbum deuictis Hetruſcis, & fædere inter populos Latinos icto, in ſempiternum fœdus, deſignarunt commune fanum. *Fanum commune.* Romanorum, Latinorum, Hernicorum, Volſcorum, vbi vitulum mactabant, de inteſtinis vna epulabantur,

tur,

tur fruebanturq; ſacris communibus. *Dempſt. lib.* 4.*c.*17. Alex: ab Alex. *Gen. lib.* 4: *cap.* 7. Vnicum vobis animaduertendum duxi, quod Caſſiod. ſuper Pſal. adiunxit Pacem veram cum moribus habere concordiam probis, & litigare cum vitijs.

Pax vera.

MONITORIVM VIRTVTIS.

Monitorium virtutis.

Bos in triclinio Veſpaſiani.

TIt. Flau. Veſpaſiano regnante, dum in triclinio cænaſſet, bos arator decuſſo iugo, triclinium irrupit: ac fugatis miniſtris, quaſi repente defeſsus, procidit ad ipſos accumbentis pedes, ceruicemque ſubmiſit. Ait Sueton. in Veſpas. Quid tantum ferret portentum, dum *Pier. Val. lib.* 3. *cap.* 13. conſiderat, ait populum oneribus preſſum repræſentabat, quaſi ad virtutem monendo clementiæ & pietatis, fœdamq; iram, auaritiam reprimebat. Erat equidem non immodicum calcar ad virtutem familiæ veſtræ, Vitellius Marchio Centonen. vir ingenio acer, conſilio magnus, bellicarum rerum gloria illuſtris, ſed poſtmodum paruæ Religionis & Magus factus. Vnde *L. Beierlink fol.* 43. aſſcriptum tale Diſtichon refert in Epitaphio:

Vitellius Marchio.

Epitaphium Vitelli.

O miſerere Deus Craſſi miſerere Vitelli,
Quem mors præueniens non ſinit eſſe bouem.
Corpus habet Italus, tenet inteſtina Brabantus,
Aſt animam nemo. Cur? quia non habuit.

Erat monitorium virtutis, & Vitellius Imperator: at nihilo Nerone humanior factus, qui duos fratres adoleſcentes ad mortem damnauit, quod pro patris periculo rogarent, adeo enim inuiſa ei pietas fuit, vt eam in filijs quoq; erga parentes damnatione dignam duceret. *Fulgoſius lib.* 9. At vitulus veſter abhorreat vituli Iudaici fulgorem, fulgor namq; iſte tetram nigredinem orcumque donabit, amplectetur verò ſenſum monentis Domini, vt ſit vitulus, victima pacifica Domino, *Exod.* 24. Moneat vos Archiep. Gneſn. 1183. Ciołek affinis, qui multa bona Eccleſiæ contulit. Moneat Macieiouius Cardinalis, moneant alij prædeceſſores ad virtutem, & incitent. Arma enim Ciołek ſunt, monumentum virtutis. Vnde natum dictu: *Immolare boues*. Bos in ciuitate, iſtud ob nouos honores, illud ob magnificos pioſq; ſumptus.

Vitellius Tyrannus.

Pietas inuiſa: filii pro parente intercedunt & damnantur.

SALVIFICVS LABOR.

Labor ſaluificus.

DIuerſa manent epitheta laboris, ex multis quidem conijcere libet, at præcipuè ipſa ex differentia laboris. Vnde *D. Bernard. ſerm. de pœnit. Laborem & dolorem multi ſuſtinent, quem tamen Deus non conſiderat.* Et ſuper Cant. *Qui in labore hominum non ſunt, in labore profectò dæmonum erunt.* Quocirca laborem ſaluificum, à mortifico diſcernere neceſse erit. Ille ſaluificus labor eſt, de quo *Sen. Epiſt.* 31. Generoſos animos labor nutrit. Et ille de quo *Greg. in Moral.* Sancti,

ċti, quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot iam remunerationis ſuæ pignora, intra ſpei ſui cubiculum clauſa tenent. Ille verò labor mortificus erit, de quo *Hiere.9.* vt inique agerent laborauerunt. Ad ſaluificum inducendum laborem, Seruius Rex boum effigiem primus in ære inſculpſit, vt *Plaut. in Perſa. & Plin. lib. 8. cap. 3.* Ad mortificum deſignandum, Athenienſium iocus de Lyſia, quod bouis imaginem in arce collocaſſet, cum eius in agro vſus proprius eſſet, argumento erit. O clariſsima Familia Vitellinorum, quam ſaluifico labore, hoc ampliſsimum Regnum Poloniæ recreaſti. Tu fidem Chriſti, quam Regno intuliſti, conſeruaſti, promouiſti, dilexiſti. Tu fidem Regno & Regibus debitam priuatim & publicè, toto pectore, totaq; ſubſtantia obſtrinxiſti. Tu Reipub. ſalutem, Nobilium libertatem, Eccleſiarum decorem, conſilio in Senatu, armis in bello defendiſti. Itaq; in te aſpiciant iuuenes, ex te delectentur ſenes, totaq; Lechica propago, ornatum ſuum decuſq; teneat in æuum. Dixi. *Malo quippe vnum Catonem, quam trecentos Socrates.*

Bos in ære.

Bos in arce.

PRÆCVSTODITIONES.

PRo prima. *Velleius de Pompeio Magno.* Hoc viro nemo alia omnia minus, aut gloriam magis concupiuit. Tu itaq; Mittiade cæleſtis trophæis è ſomno exciteris Chriſti inquam, qui dixit, *Gloriam meam alteri non dabo,* puta: niſi gloriæ ſuæ indeficiens deſiderium in ſe foueat. Inde illud: *Vbi ego ſum, illic erit & Miniſter meus.*

Gloriæ deſiderium.

Pro 2. Galba Imperator cum veniret Romam ex Hiſpania, & per viam in honorem eius ſacra peragerentur, Iuuencus è manibus ſacrificantium accepto iam vulnere elapſus, in pedes anteriores, ad Galbæ lecticam ſe erexit, eandemq; ſanguine ſuo totam reſperſit. Quod factum erat mali ominis, *Fulgoſ. lib.* 1. At inſignia veſtra licet ſint iuuencus, cum non ferinum in vobis animum, neq; belluam generoſitatem repræſentent: triumphos & victorias ſignificabunt, præſertim dum vincentem Chriſtum imitabuntur. Apocal. 17. *Dabo vincenti manna abſconditum nomem nouum.*

Vitulus ad Galbam venit, à ſacrificio fugiens.

Pro 3. *Hugo de clauſtro animæ lib.* 3. Lingua quandoq; pacem prædicat, ſed ſæpius turbat; cum autem habitus cor & lingua concordant, pacem ſeruant: vbi verò diſſoluta diſcurrunt, pacem ſoluunt: vnde de lingua quæ pacem turbat, diſſoluto ſermone vel importuno ſilentio prouerbium fertur. *Bouem tenet in lingua.* De lingua verò quæ corde habitu pacem ſeruant, dicitur *Bouem humeris portat.*

Bos in lingua.

Bos in humeris.

Pro 4. Non ſunt virtutes vt vitia, iſta ſine Magiſtro diſcuntur, illa rectorem ducemq; deſiderant. Diſcite igitur à Magiſtro Chriſto, qui eſt Via, Veritas & Vita.

Virtus & vitium aliter diſcuntur.

Digitized by Google

Pro 5. *Eutropius & Euſebius* referunt, in agro Romano conuerſum ad aratorum ſuum bouem plane locutum fuiſſe. *Fruſtra me ſtimulis agis, quia prius homines quàm frumenta defutura erunt.* Profectò ad laborem ſaluificum Spiritus S. multoties ſtimulat, tamen animalis homo loquitur, fruſtra me cædis. Non tamen amouetur talis gratia à nobis, donec deſierint homines,& abundantem gratiam in ſe diuinitus collatam;non præſenſerint.

Bos loquitur.

LINEA FAMILIÆ VITELLINORVM.

Robertus *Archiep. Gneſn.* 971. *Italus.* Paulinus *germanus Archiep.* 971. Sciſlaus *Archiep. Gneſn.* 118;. Paulinus *vir encomiorum plurimorum*, 1199. Zbigneus Ciołek *Cancell.* 1260. Eraſmus *Palat. Maſouiæ, cum ſuis Ducibus bella geſſit.* 1388. Ioannes Ciołek *veneno extinctus ab aduerſario, ſtrenuus Marte. Germanus* Ioan. Staniſlaus *robore magnus, arbores ſuſtulit à terra. Occiſus in bello à paganis.* Andreas *Epiſcop. Plocen.* 1258. *Erat animoſus in propulſandis & defendendis Eccleſiæ iniuriis.* Andreas Ciołek *Stanislai frater reliquit filios quatuor, Andream Epiſc. Poſnan. Poëtam & in litteris virum magnum. Cancel. Vladisl. Iagelonis acerrimus hæreticorum propulſator.* Crom. l. 21. Viganthum *Caſtell. Czerſceń. cuius filij ab hæreditate vocantur Powſinſcij, Oſtrolęccij, Guthowſcij, Pileccij, Dobrzynieccij.* Andreas *filius Viganthi Palat. Mazouiæ reliquit Sigiſm. Alexand. Chriſtoph.* Ioannes *qui filiam Euam Sobkoni Capit. Varſauienſi in matrimonium conceſſit, ex qua Anna Radziwiłowa Pocill. Lituan.* Alexandri *filius Ioan: qui reliquit Stanislaum, qui ſteriliter deceſſit.* Chriſtophori *filius Alexius Petrum reliquit, ex quo Andreas, Franciſcus, Chriſtoph. & Hieronim.* Macieiowſcij, *qui veri ſunt Ciołkowie.* Bernardus *de Macieiowice Caſtel. Lublinen. Capit: Zawichoſt. Reliquit Ioann. qui miles in exteris nationibus clarus, obijt in Vngaria.* Samuel *Bernardi filius Epiſcopus Cracouien. De quo Chriſtophorus Kantſki.*

Multa alij extollant Samuelis geſta ſub auras,
 Ille quibus Patrio luxit abundè ſolo.
Tu ſtudioſa cohors eius iactabis amorem,
 Et ſtudium erga te, munificamq; manum.
His ſurgunt Chriſto meſſes cultoribus, horum
 Curam habeat, curam qui pietatis habet.

Staniſlaus *Epiſc. Germanus, qui vt fertur ante tempus conſuetum natus fuit, quapropter quatuor ſeptimanas in adipe apri conſeruabatur. Creuit in maximum virum. Caſtell. Sendomir. Marſchalcus curiæ. Reliquit Stanislaum Capit. Zauichuoſt. Gaſparum Capit. Spiſenſ. qui multorum mores vidit & vrbes, liberalis, humanus, Catholicus, & optimus miles &*

Catha-

Digitized by Google

Catharinam filiam matronam pientiſſimam. Nicolaus *filius Gaſpari Palat. Lublin. contra hoſtes patriæ promptiſſimus. Vir in Epitaph. ipſius Crac. Vir pietate in Deum, amore in patriam inſignis.* Bernardus Macieiowſky *primum Epiſcopus Luceorienſis, poſtmodum Cracou. tandem ad Archiepiſcopatum Gneſnen. aſſumptus, & S. R. Eccleſiæ Cardinalis Tituli SS: Ioannis & Pauli factus, ac pro ſecundis nuptijs Sereniſſimi Tertij Regis Poloniæ & Sueciæ, cum Sereniſſima Conſtantia Auſtriaca celebrandis à Paulo V. Legatus à latere. Homo erga omnes affabilis, omnibus, etiam infimæ conditionis facilem ad ſe aditum præbens, & quicquid ab eo poſtularent, pro conditione & neceſſitate vnius cuiuſq; liberaliter concedens, ob miram eamq; raram morum & præcipuè humanitatis ſuauitatem omnibus amabilis, verè pius & munificus pauperum, viduarũq; patronus, quibus de veſtitu & victu maximè graſſante peſtis & annonæ contagione, liberaliſſimè prouidebat, quem regulares diuerſi Ordinis in Vrbe Cracou. degentes, & Xenodochia debilibus infirmisq; repleta, non tam paſtorem quàm parentem clementiſſimum, affectuoſis vocibus compellabant, vtpote quorum neceſſitates ex proprijs ſumptibus & bonis ſupplebat. Patribus Societatis Ieſu Collegium Lublini primus à fundamentis erexit, patrimonio ſuo ſatis optimo illorum vſui donato. Quoties eum in Epiſcopatu Luccorienſi ſedentem Cracouiæ adiſſe contigeret, ſingulis hebdomadibus, pedes, Capellano vnico & altero comitantibus, Monaſterium & Eccleſiam claræ Tumbæ Ordinis Ciſtercien. vno milliari Cracouiâ diſtantem, deuotionis gratia quam Patronum ſuum S. Bernardum flagrabat ſtudiosè viſitabat. Cracouienſi Epiſcopatu dotatus, quo facilius à ſeculari aura auulſus deuotioni vacaret, ſolo Capellano & puero, arbitris & conſcijs vitæ admotis, ad Conuentum Ordinis Prædicatorum, SS. Trinitati ſeſe conferebat; ex deuotione qua S. Hyacintum venerabatur ſummum hauriens in animo dulcedinem. Incredibilis in eo fulgebat viuendi parſimonia, toto tempore commorationis ſuæ in prædicto Prædicatorum Cœnobio, in communi cum Religioſis nullis ſuperadditis adhuc apparatioribus ferculis, veſcebatur Refectorio: quod ſi aliquid ſpeciale Prior Conuentus pro dignitate hoſpitis parare iuberet, nihil penitus ex eo deguſtans, inter fratres, præcipuè inter aduenticios Religionis Tyrones diſtribuebat. Immenſis pro Eccleſia Dei exantlatis laboribus & forma Paſtoris ad amuſſim Paulinam effectus feliciter moritur, cum magno omnium mærore, Cracou. die 19. Ianuarij An. 1608. corpus eius honorificè ſepultum eſt in Eccleſia Cathedrali eiusdem ciuitatis, cui etiam propria induſtria & liberali ſumptu, dum ſibi viuens præeſſet, multa pretioſa acquiſierat, interq; non poſtremum locum tenet ſtatua S. Bernardi ex argento facta. Eius Epitaphium in Clauſtro Conuentus Cracouien. apud fratres Ordinis Minorum Conuentualium cum tali inſcriptione cernitur.*

Spectet poſteritas viuam probi oris effigiem.

Bernardi Macieiowski S. R. E. Cardinalis Epiſcopi primum Cracou. deinde Archiep. Gneſnen. vitam præclarè actam imitetur. Hic quicquid honoris atq; dignitatis, quod in eum caderet, domi, foriſq; fuit, ampliſsimis virtutibus conſecutus, de ipſo quoq; triumphauit inuidia, Ciuis, Senator, Pontifex, inter paucos pius, magnanimus, liberalis, fortunatus in omni vita. Si turbatam Patriæ tranquillitatem nunquam aut reſtitutam, quod ſollicitè curabat. Ante obitum vidiſſet, hoc vnum perpetuæ fælicitati defuit. Moritur Cracouiæ 19. Januarij 1608. Ætatis ſuæ LX. *Huius frater vterinus N. fuit Stabularius S. R. M. & Caſtellanus Zauichoſten.*

Drzewiccij. Valerianus *Secretarius S. R. M. Canon. Poznan. In Epitaph.*

Spes patriæ Domui Drzeuiciæq; fuit.
Nemo iuuenis confidat viribus, ergo
Sic recipit iuuenes vt in orbe ſenes.

Matthias Drzewicky *Archiep. Gneſn. De quo Cathalogus.*

Parcus eram forſan vel ſic me fama vocabat,
Quæ ſolet inſignes inſimulare viros,
Siue tamen verum, cur ſim vitioſus in iſto,
Eſt virtus rebus parcere magna ſuis.

Andreas Adamus *Caſtell. Inuieloc.* Iacobus, Sigiſmundus, Adamus, Martinus, *Viri ſpirituales, & in Marte ſplendidioris famæ.*

Bzicki *in Chelmen. terra Caſtell. ibid. loricatus miles & ſtrenuus.*

Zielenski, *Capit. Stęzicen. ingenio acer & bellicoſiſſimus vir.*

Brzeski *in Aula Regis Auguſti digniſſimus, poſtmodum Capit. Camenecen. in Podolia.*

Wozniccij *in Plocen. Palat. & in Eccl: digniſſimi, & inter viros illuſtres.*

Chądzenski *in Podlaſia Capitan. Zakrocimen. Vir in iuſtitia diligentia proficuus.*

Gorzyſzewski *in Plocenſi Palat. Theſaurarius Reginæ Annæ.*

Glúſcij *in Belzenſi Palat.*

Czarnołoſcij *in Chelmenſi.*

Roſzewſcij *in Drochicenſi.* Lipowiecium, *vt Epitaph. Wloclau. Canon. Gneſnen. & Wladislau. Stanislaum* 1340.

Zielenſcij *Ducibus exercituum notiſſimi.*

COLV-

Digitized by Google

C O L V M N A.



D E L I N E A T I O.

EST columna è lapide, in cuius limo aurea Corona, ſuper galeam columna cum corona eadem in campo rubeo. Quæ poſtmodum mutata eſt in turrim. Roch dicitur vel Pierſchála, & tunc ſuper galeam quinq; pennæ ſtrutionis. *Columna è lapide cum Corona.*

O R I G O.

SVnt ex Italia allata in Regnum Poloniæ ab Hatto aut Hanno Archiep: Gneznen: ex prouiſione Apoſtolica tempore Mieciſlai miſſo *Anno* 967. iuxta *Ianic:* 970. erat vir grandæuus & exemplaris *ait Paproc*: Acquiſita vero in Italia, cum Martinus V. Pontifex Max: ex Concilio Conſtantienſi redibat. Nam cùm Pontificem exceпiſſet in domo ſua, Prouani, Taurinenſis Pedemontanus qui pro armis ferebat vitem cum viridi botro, Pontifex tale ſtabilimentum ſuppoſuit viti, vnde columnam pro nobilitatis dignitate gratus ſumpſit, & vitem cum columna ſuper galeam impoſuit. Viuente igitur Regina Poloniæ Bona, ad Sigiſmundum Auguſtum vti conſanguinei Reginæ venerunt. Proër & Troian Prouani, quos Regni ſtemmatibus, dum incorporat & inſcribit *Anno* 1557. Donauit illis aquilam albam in Campo rubeo intra cuius pectus hæc eorum inſignia affixit. Cathalogus, Ianicius, Paprocius, Bielſcius. *Hatto Episc. Gneſnenſis.* *Martinus V. Pontifex.* *Prouani.* *Vitis cum botro.* *Aquila in pectore geſtans columnam.*

G L O R I A P E R E N N I S.

PRæclarior actus mortalium non fuit (dixit ſummus oratorum Philip: XIV. *Cic.*) quam quorum virtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia poſteriorum, ſepulta eſſe poſſunt. Nam ſicut ſol omnia deformia monſtrat: ita actus tales, veram, radicatam, & certam *Gloria perennis.* *Actus præclarus mortalium quis.*

 gloriam,

Digitized by Google

gloriam perennem progenerat. excellentibus namque ingenijs prædi-tis, non alia ſpe gloriæ excitantur, quàm quæ formam honeſtatis & ſimilitudinis, conſequuntur perennitatis; habent ſtemma columnarum veſtrarum non aliam gloriam, quam perennem vobis pręſagit: Quod ita Reges, Pontifices Maximi, imo homines, & Angeli terreſtres, terra quaſi & cœlum ita benignè, fortiter, & ſplendidè adornarũt.

Columna Caroli V. Revocant columnæ veſtræ in mentem columnas immortalis gloriæ Caroli V. Imperatoris, quas ille ad promontoria duo, Africæ & Europæ erexerat cum inſcriptione, *Plus vltra*, vt Parad. in ſignis Heroicis refert.

Plus vltra. Dum enim ſic ab vtroq; hemiſpherio ſublunari adornatæ ſunt, non reſtat, niſi vt ſubſcribantur, *Plus vltra*, hoc & gloriam perennem, immortalem & æuiternam vobis proponite, vobis aſſumite. Sed ne aliquis ſubſcribat verum decus in virtute poſitum eſſe. Gloriam perennem,

Columnarum familia dignitas. nedum à tali extrinſeco ornatu, ſed ab ornatu intrinſeco virtutis veſtræ inducam. Veſter Hatto Columna, Epiſcopus Gneſn. Vir grandæuus, exemplaris, Thimotheus Columna, Epiſcopus Poznanien: 1002. occiſus à Caſtellano Wiſkenſi, quod bona Eccleſiæ, & Chriſti patrimonia defendiſset. Staniſlaus Columna Epiſcopus Plocen: ex Vice Cancell: Semouiti Mazouiæ Principis, Epiſcopus. Roſciſlaus Columna, Comes *Anno* 1218. fugiendo hoſtem poſt confecit. Quid de Oborſcio Scythis in Zynkow horribili. Quid de Leſniowolſcijs, Cieciſzeiowijs, Pruſzkowijs, Nadolſcijs, Senatoribus, Militibus oratoribus referam? fideles filij Patriæ, veri Ciues Coronæ, firmæ Columnæ Reipublicæ, in omni tempore, & quamuis inclinatione fortunæ, erant, ſunt, erunt.

Demoſthenes orationis malleus. Sed declarabo: Aiunt *Demoſthenem* excelſi ingenij oratorem, dum concionando Phocionem accedentem videret, dixiſſe: Orationis meæ malleus, & bipennis advenit: Ita omnis poſteritas columnarum, cuiuſcunque ſermonis orationiſue, malleus & bipennis eſt; nam plus virtutem facere, quàm de illa aliquis dicere poſsit, nouerunt.

TRIVMPHVS ANIMÆ.

Triumphus animæ. NOn eſt cur moueatur Socratis ſententia, dum in vobis Clariſsimæ Columnæ facem extollo triumphum. Idem eſt, inquit, in ſecunda

Alte ſapere malum. fortuna, altum ſapere, & in lubrica via, curſu certare. Scio namq; quod omnis rei oporteat inſpicere exitum, quo ſit euaſura quoniam multos Deus, quibus fortunas ſuppeditauerat, radicitus euertit. Sed

Parad. magnifacio virtutem in vobis, quæ triumphum animæ & triumphum in cælis ſpectare præparat. Eminentiſsimo Cardinali Lotharingiæ

Columna cum luna & hedera. cum nouiſsimæ Cluniacenſem Abbatiam ingrederetur, præ Cænobij valuis erecta fuit columna ab imo ad ſummum hedera obducta, in cuius cuſpide media luna affixa fuit cum inſcriptione TE STANTE

Te ſtante virebo. VIREBO.

Quæro

Quæro tantæ inſcriptionis cauſam? & ecce in fundo Gallico Idiomate.

Nam tua quæ virtus, plane mortalia linquens
Ipſius laudis ſuſtinet ipſa baſim.

Certè probus inuidet nemini, ſed dum veſtra inſignia ſpecto, columnam, vitem, viriditatem, coronam video, explicitas quidem litteras non habeo, ſed inplicitam, occluſamq; hanc virtutem noſco, vt legere poſsim. Te virente conabor. Veſter Columna Myſczenſki Epiſcopus Magariten. qui viuens, tale ſibi Epitaphium ait Paprocius Vloclauiæ fieri curauerat, teſtis. *Te virenti coronabor.*

Quid Magiſtro proſunt artes?
Quid Theologia, quid peritia iuris?
Quid ſanguis Nobilis?
Quid Canonicari?
Quid infula Pontificis præfuiſſe?
Omnia hæc pereunt, præter amare Deum. *Amare Deum.*
His verbis quid docuit? TRIVMPHVM ANIMÆ.

Dicebat per *Prophetam Ieremiam cap: 1.* Dominus: *Dabo te in columnam ferream & murum æneum, ſuper vniuerſam terram.* Effecit Dominus quod promiſit in hoc veſtro Epiſcopo & Doctore, Columnam lapideam conuertit in ferream, conuertit & in murum æneum, vniuerſis in terra degentibus, cùm ſolum Amorem Dei, Coronari triumphariue in cælis oſtenderit. Quintus Seruilius, indignabatur Pompeio conceſſum triumphum & milites plures obſiſtebant, non quod inuiderent, ſed munera poſcebant, alias direptionem minabantur. Pompeius vbi reſciuit laureatos faſces eis obiecit dicens: Hinc direptionem incipite. Cui Seruilius: Nunc te Pompei verè magnum video, dignumq; triumpho *Plut: in Rom: Apoph: Nec indigni eritis triumpho animæ ô Columnæ, dum Amorem Dei colueritis.* *Columna ferrea.* *Triumphus Pompeii. Faſces.*

PRÆCVSTODITIO AD VTRVMQVE.

Aſichis quartus à Cleope Rex Ægypti, cupiens anteceſsores gloriæ antecellere, latericiam conſtruxit Pyramidem: cui vt Herodotus teſtatur inſcripſit. Ne me cæteris Pyramidibus compares, quæ tantum illis præcello, quantum Iuppiter cæteris Dijs, nam fundum lacus conto verberantes, quod luti conto adhæreſcebat, id colligentes mè compoſuerunt, & in talem menſuram redegerunt. O clariſsimi Columnæ, nulla columnarum & Pyramidum vobis comparari poteſt. Eſt enim hominis cum Deo ſocietas, ſed ſi gloriam perennem, & triumphum animæ deſideratis, vos laterem ex puluere formatum, inæſtimabili pretio redemtum, cogitate, exiſtimate. Sed nec diuerſo ſenſu à *Cic.* *Columna è latere præſtantiſsima. Nobilior è lateribus columna quam ex alia materia.*

1. *Parad.*

1. *Parad.* Cum tibi ſiue Deus, ſiue mater omnium rerum natura dederit animum, quo nihil eſt præſtantius, neq; diuinius: ſic te ipſe abijcies atq; proſternes, vt nihil inter te, atq; inter quadrupedem aliquem putes intereſſe. Pius animus hoc ſentiat, quod grano ſalis ab intellectu conſpergendum venit.

LINEA FAMILIÆ COLVMNARVM.

HAtto *Apoſtolica prouiſione Italus Archiep. Gneſnen. ſubſtitutus eſt* 9⁊0. *Vir grandæuus, ſenio & labore confectus, ſed exemplaris.* Thimotheus *Italus Epiſc. Poſnan. à Benedicto ſeptimo miſſus*, 1002. Roſciſlaus *Comes* 1238. *à Conrado contra Iacuingos & Lituanos miſſus, qui hoſtem fugientem inſequendo inciderat in aciem belli, vnde fuga dum ſibi conſuluit, offendit exercitum Polonum, redijt itaq; & vincit hoſtem. Quapropter vocatus ex illa fuga à ſocietate nobilium Pierſchala. Præfectum Plocenſem fuiſſe dicunt, de familia quæ defert columnam vel Rochum ſcacalem à parente nominato Roch.* Ioan. Brigier. Vernerus *Epiſc. Plocen. occiſus à Boleſta Caſtell. Viſlicen. ratione villæ Karſko.* Cathal. 1166. *Sed alij eum de Armis Roſarum fuiſſe narrant.* Clemens *Epiſcop. Plocen.* 1333. *Annis* 24. *erat Epiſcopus.* Staniſlaus *Epiſc. Plocen. Pawlowſki dictus, quia Parochiam ante tenebat Pawlouien. Ex Archidiacono Plocen. & Vice Cancell. Semouiti Maſouiæ Ducis. Sed à filijs Semouiti multoties perſecutus fuit.*

Leſniowolſcij. Staniſlaus *Auguſto regnante Caſtell. Varſau. & exercitum Regni Dux fortunatiſſimus, qui non degenerem ſibi filium reliquit.* Nicolaus *Caſtell. Podlaſcen. Capit. Loſicen.* 1583.

Oborſcij *Clari in hoſtilium regionibus in Podolia Ioan. tenutarius in Zynkow, multoties à Scythis turbatus, & illi ab eo.*

Ciecißewski *Capit. Grabouięcen. famæ auidiſſimus fuit, quam in Caſtris venabatur.*

Prußkowſcij *in Varſauień. diſtrictu, Ducibus Maſouiæ dilecti, ſicut literæ Ioan. Ducis teſtantur, quibus contulit villas, Pruſſkowo, Wolicá, Pęczyckà.* Ex his Klębowſcij. Pogroßowſcij.

Eraſmus Pęczycki, *Generalis Ord. Minor. de Obſeruant.*

Bruſenſcij, *Nicolaus Epiſc. Lacedemoneń. Suffrag. Płoceń. Archidiac. & Offic. Pultouień.*

Myſcenſcij, *Alexandr. Epiſc. Margariteń.*

Walewſcij, *Nicolaus Adamum reliquit, Caſtellanum Olbieſcen. qui cum filia Firley Palat. Ruſſ. fil. nupſerat.*

Lącij *in Maiori Pol. Nicol: Caſtell. Camieneń. filius eius Legatus in Filandiam, relicta proles ex Nicolao.*

Kozuchowſcij *in Varſauień. diſtrictu.*

Chrap-

Chraplewſcij *in Poſnanień Palat.*

Nadolſcij *in Palat. Raueń. Stanislaus reliquit Paulum in Cracou. terra.*

Cioſnowſcij *in Maſouia.*


Columna Proſper *cum Regina Bona Legatus à Ioan: Sforcia Mediolaneń. Duce. Vtuntur quoq; Prouani his armis in Taurino, cui Martinus Pontifex, dum pro armis vitem gereret, columnam ad firmitatem obtinendam à Deo addidit. Sed Troianus Prouani, dum Nobilibus Regno Pol: aſſcriptus à Sigiſmundo Aug. fuit & incorporatus, ad antiquum & proprium Stemma, Aquilam albam in rubentis campi ſpatio adiunxit. Continent ergo intra pectus Aquilæ arma propria, vites & columnas mixtim in campis.*

Proſperum Prouana Epitaphium in Capella Eccleſiæ SS. Trinitatis, apud PP. Prædic. ſic refert:

Proſper Prouana apud ſuos maiorum nobilitate clarus, apud exteros virtutis ſplendore clarior, cum tribus ſummis Polonorum Regibus, Sigiſmundo Auguſto, Henrico Valeſio, Stephano Bathoreo, vni Vngarorum, Ioanni ſecundo, ſua fide atque induſtria probata, ampliſsima munera adminiſtraſſet, in his Salinarum Cracouienſium præfecturam quam ingenti prouentu auxit. Deſperato in hac mortali vita, honeſtiſsimorum laborum præmio, ad immortalem vnde verum præmium rectæ vitæ munere defunctos manet auolauit, die 20. Menſis Septemb. Anni Dni. M. D. LXXX. quarti.

Fuit & alter noſtrâ memoriâ Abraham Prouana, qui ſe titulabat de Cariginano SS. Maur. Theb. & Lazari Hieroſolym. Miles.

CRVCZYN.



DELINEATIO.

CRux, formæ militum equeſtris Ordinis, coloris albi in campo nigro.

Q ORIGO.

ORIGO.

Vnde Crucin.

Crux in Polonia conceſſa Nob. ſtemma.

Differentia Crucinorum.

EX Galliæ Regno temporibus Miecislai per Vilibalinum Archiep. Gneſnenſem, qui primus Paſtor ouium conuerſarum Chriſti fuit. Anno 966. *Ita Ianicius, Bielſcius.* Sed quia eodem anno Prochorus Italus primus Archiep. Cracou. Eccleſiæ, à Ioanne XIII. Pont. Max. miſſus, eiſdem vtebatur Armis, vt vitæ Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Cracou. author, *Chriſtophorus Kantſki refert.* Reſtat; aliunde arma acquiſita fuiſſe, ad Regnum vero Pola inducta, dicere. A ut proceſsiſſe Gneſnenſem dixerim, ſicque è Gallijs deriuata arma habebimus. Acceperunt poſtmodum additionem talia arma, nam temporibus Stephani Bathorij R. P. Edmundus Abbas Caſtiſtilicñ. Ordinis Ciſtercienſium, à Greg. 13. Pont. Max. ad viſitandos Conuentus miſſus, venerat in Regnum comitate mira, prudentia ſumma & ſagacitate; qui ad Crucem qua Vilibalinus vtebatur, addita geſtabat Stellam infra crucem, & ſuper galeam Crux, quæ additio eius prædeceſſoribus facta eſt. *Ita Paproc.* Poſtmodum tamen, Stephanus Bathorius Poloniarum Rex, talia Arma cum indigenatu Nobili Cretenſi Korniat conceſsit, cuius familiæ Ghodkieuicz, Princeps Wiśniouecen. Oſſolinſki, & aliæ domus authoritate potentia, diuitijs & fama graues, coniugio ſeſe addicere, honori duxerunt.

MONVMENTVM CHRISTIANITATIS.

Monumentũ Chriſtianitatis.

Crucis ſignificatio.

Crux ſub calice.

Militi malo à B. V. donũ.

Miſſa cruce è cælo decorata.

MAximus nomine & ſanctitate, *ſermone de Martyribus, ita de Cruce Chriſti.* Crux non ſolum intelligitur ligni patibulum, ſed piæ vitæ virtutiſque propoſitum. Durum quidem à ſignis ſalutaribus Chriſti, ad ſigna mortalia comparatione venire, at vbi ſermo de fidelibus, & membris non diſſonis à corpore miſtico Chriſti, dum Crux eorum non contra, ſed pro Cruce Chriſti; non ſupra, ſed ſub Cruce Chriſti: in monumentum Chriſtianitatis & obſequij Chriſti, cruces Nobilium terræ deducere, nil derogabit. Crux veſtra ô Crucinij, admonet vos Chriſtianitatis veſtræ, & efficacius, quam Solonis & Hilonis odmonitio, *Noſce te ipſum.* Crux qualis ſit admonitio, & Chriſtianitatis monumentum, *Ceſarius refert.* Sacrificium tremendũ altaris dum peragebat Sacerdos, eleuando Calicem Sanguinis in adorationem, ſub pede Calicis conſpexit crucem auream ſuper corporale, & chartulam; Sacro finito, legit ſcriptũm, Militi Vualtero amico meo propè Birbach defer eam ex parte mea. Maria Mater Chriſti acclamat Presbyter. *Eſtne hic miles qui vocetur hoc nomine?* Dicunt. *Iſte eſt.* Ducto ſeorſum, Reddidit. Hic accepta cruce, B. V. Mariæ, cum eſſet peccator, mancipauit ſe conuerſus ad altare collo fune impoſito, & quot-

quotannis ſe redimebat. Veſtram vero crucem, quale monumentum Chriſtianitatis referam. Hæc ſunt quæ poſteritati dantur. Ianicius de Vilibalino Gneſneñ. Epiſcopo. *Vilibalinus Epiſc. Gneſn.*

Primus Gneſna tuum conuerſa vocauit ouile
Gallus, innocuum Vilibalinus iter.
Nobilitate Patrum clarus, virtute ſed ipſa
Clarior, & ſancti dotibus ingenij.

Chriſtophorus Kantſki de Prochoro, Italo Archiep. Crac. *Prochorius Archiep Cracouienſis.*

Primus ad aſtra viam ſuperasq́ Prochorius arces
Monſtrauit populo, maxima Croca tuo.
Clarus auis proauisq́ ſuis, ſed clarior omni
Laude vir, è vera quæ probitate micat.

Quid de alijs Crucinijs magnificabo. Omnibus Crux eorum, eſt monumentum Chriſtianitatis, vt quod de vnico Rachelino Italo Archiep. Crac. Anno 1046. Crucina legimus, hoc in ipſis, probare, affirmare, atque deducere licebit. *Rachelinus.*

Largus erat viduis hic, largus egentibus, eius
Reſpexit ſemper mens pietatis opus.
Contulit in propriam multa ornamenta Cathedram,
Contulit in ſacros plurima dona locos:
Diſcite Pontifices ſacra in vſus vertere ſacros.
Ponite delicijs luxuriaeq́ modum.

Chriſt. Kant. in Vit. Crac. Ar. & Ep.

Si igitur vos ô Crucinij Chriſtianos eſſe delectat, quæ Chriſtianitatis ſunt agite, & cum cruce hac, merito vobis nomen Chriſtiani aſſumite. Ita monumentum Chriſtianitatis agetis.

FASTIGIVM POTENTIÆ.

Plutarchus cum Val. Max. Romuli Romanorum Principis faſtigium potentiæ licet eburneum at tantæ felicitatis fuiſſe aſſerit, vt medijs in incendijs Romanæ vrbis haud violatum fuiſſet, igne ſeuero tantum ſcelus refugiente. Verum crux in faſtigium potentiæ denunciata, potioribus gaudet priuilegijs, omnia namque elementa ſeruiunt cruci, omniaque aduerſa elongantur ab ipſa. Eſt namq; crux verum faſtigium totius potentię, & vera potentia totius faſtigij ominoſi. Audi *Nicephorum Hiſtoriarum lib: 17. cap. 3.* Antiochia maximo terræ motu quaſſata, ſolæ domus medias inter ruinas ſaluæ, quorum poſtes tali inſcriptione ornatæ fuerunt, IESVS nobiſcum eſt, nemo loco moueatur. O cruce ſignati Crucinij, in quale igitur vos faſtigium potentiæ Deus, Fortuna, Virtus vocauerit, vel inde colligite. Simon

Crux faſtigiū potentiæ. *Eburneum faſtigium potentia Romuli.* *Crux potentiæ faſtigium.* *Ieſus in domibus ſcriptus.* *Simon montis fortu Comes.*

Cruce ſignatu millia hoſtium ſternit. Montisfortis Comes, cruce ſignatorum aliquando Dux in vrbe Murello cum ducentis ſexaginta equitibus, & quingentis peditibus, à magno Aragonij Regis exercitu obſeſſus, in obſidentes irruit, decemſeptem millia hoſtium ſtrauit, ex ſuis non plus quam octo amiſsis. Tantum eſt potentiæ veſtræ o Crucinij faſtigium.

Summi eſt poteſtas omnis & gloria Dei.

Sed nobis à dijs cum cruce conceſſa, vt illud Pſalmi 88. vobis concinere liceat. *Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea*: non eſt in potentia niſi ex cruce, nec electus niſi per crucem. Cum cruce igitur veſtra, faſtigium potentiæ veſtræ, ominandum conſpiciendumque venit.

THESAVRVS DIVITIARVM.

Crux theſaurus diuitiarum.

ISabella Sigiſmundi I. Regis Poloniarum filia, Regina Vngariæ, cũ filio ſuo quem Solimanus Turc. Imperator infantem victor dum aſpexit, fuſis lachrymis, vita & matre donauit. *Crux Corona Vngarorum.* Dum Ferdinando Imperatori Chriſtianorum Coronam Vngariæ iuxta pacta porrexit, genas ob temporis infortunium exſiccare non potuit. Accurrit dilectus filius blandiendo, fletus cauſam inueſtigat, & illa vberius flendo & ingemiſcendo ait: O fili fili, quomodo afflicta non manebo quæ mihi & tibi omnia amiſi, & vltimum quod conſolabatur Corona, & hanc reddidi. Et filius puer ſpoliatus Regno, amiſſam quo pacto neſcitur, crucem à Corona Regni Vngariæ reddita, è ſinu productam oſtendit, & dixit: En pars potiſsima Coronæ, non deſperandum, iterum redibit vere crux theſaurus diuitiarum. *Bielſt. fol. 596.* Expeditné aliud dicere? Amæniſſimam rem igitur affero: Wiltrudis Orthulphj Comitis Bauariæ ſoror, *Crux theſaurus Wiltrudis.* in cruce theſaurum diuitiarum inſpexit, & dixit:

Huic germane meum deſpondi caſta pudorem
Hoc melior toto ſiquis in orbe ſequar:
Si neq; ditior quiſquam neq; ſanctior hoc eſt,
Cur mihi quem ſuperi, quem colis ipſe negas.
Cernis vt extendat ſuſpenſus ab arbore palmas,
Sponſus in amplexus me vocat ecce ſuos.
Accipe quem dederas pulchro de corpore florem.
In cruce ſuſpenſum perdere nemo poteſt.

Bauaria S. Matth. Radero Soc. Ieſſu.

Meritò igitur crucem veſtram theſaurum diuitiarum ominabor, & cruce Nobiles Crucinij, cum omnium donorum crux abundans ſit largitio. *Auguſt. ſerm. de Paraſc.* Hac cruce ditatus Korniakt, factus eſt theſaurus diuitiarum. Hac cruce ditata Polonia, facta eſt ſpeculum virtutum, & ſanctitatis depoſitum: Hac diues, pauper & Dominus, miles & dux, Rex & ſer-

uus,

tius, æger & medicus. Crux namque eſt virtus Dei, & Dei ſapientia.

PRÆCVSTODITIO PRO PRIMO.

IVlius Cæſar cum in Hiſpania quæſtor Gadibus, Alexandri M. imaginem conſpexiſſet, grauiter ſuſpirauit. Cogitans ea ætate, qua Alexander Aſiam penè totam ſubegerat, ſe nondum gerere præclaram rem cæpiſſe. *Fulg. lib*: 8. *c.* 15.

Iulius Cæſar fleuit quod ea ætate qua Aſiam Alexand. ſubegit, nil cæpit ille ſacere.

PRO SECVNDO.

D*Epoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Beatiſsimæ V. M. præcuſtoditio. *Expono,* non deijcit potentes vt potentes. Poſui adiutorium ſuper potentem, ſed quia iniquitas opilabit os ſuum, *Iob* 36. Deus potentes non abijcit, cum & ipſe ſit potens, aut potentes qui ſupra menſuram ſuæ conditionis efferuntur, exaltat vero humiles, qui non brachio ſuæ potentiæ confidunt, ſed Dei & Chriſti.

Potens qui dicitur.

PRO TERTIO OMINE.

COnſtantinus Magnus, Romam nouam ædificando, vt theſauri omnes antiquæ Romæ, Iudicij, ſapientiæ, Senatus, rectum iuſticia bonum, virtus, perpetuitas, Deus, in ipſam tranſlata æuiternè regnarent, in porta palatij ſui imaginem Crucifixi ex lapidibus precioſis & auro efformatam collocauit. *Baron Anno* 330. Et proſecuta eſt benignitate diuina maieſtas intentionem, donec ſuperſtes linea, obicem atram non habuit. Igitur pro lapidibus & margaritis pretioſis, fides, conſcientia, virtus, crucem veſtram adornet, & vita viuetis incommutabili.

In porta crucifixi imago.

SERIES CRVCINIORVM.

Crucinſcij.

Korniakt *cum Dzyſzucka habuit matrimonia filius ſuus cum Oſſolinſka; Filia verò Chodkieuicio Palat. Trocenſi, data fuit in Coniugem.*

CZERWNIA.



DELINEATIO.

EST ſcutum album nudum, nullam retinens figuram vel notam, ſupra galeam quinq; pennæ Iunoniæ auis.

ORIGO.

BIelſcius in Regno acquiſita fuiſſe refert dum in cruento bello cum Cruciferis, in quo & fortis Cruciferorum vis ceciderat, An. 1400. in die diuiſionis Apoſtolorum. Dum miles fortiter hoſtem ſcuto præmendo, triumpharet.

THEATRVM FORTVNÆ.

Theſaurus fortuna.

Scutum cum linea rubea ſignum atrum Scutum albũ.

Scuto inſcriptum vel in hoc vel ſuper hoc.

ARma his ſimilia Auſtriæ Dux Lupuldus coluerat, An. 1386. Demum, ob aduerſam fortunam cum Heluetijs ad Sempacum, rubenti ſanguine illud diuiſit. Refert *Crantz. Vandal. Hiſt. lib. 9. cap.* 39. Sed noſtra arma cum à triſti ſectura, ſint vacua, iure meritò in illis theatrum fortunæ ſpeculabimur. Fauet his Lacæna matrona, referente *Plutar.* quæ clipeum filio appendens, dicebat: *Fili aut in hoc, aut ſuper hoc.* Quam breuitatem Laconicam non in alium ſenſum retraxit, niſi ſic rem belligerendam noueris, vt aut victor clypeum referas, aut occiſus in bello, ſuper illud domum deporteris. Eſt clypeus veſter theatrum fortunæ, nam vagam fugacemq; fortunam clypeo ſuo acer in certamine prædeceſſor veſter, ita alligauit, vt cruciferis laurea victoriæ adempta, ſcutis ſuis perpetuam eſformauerit. Vnde rectè *Plut. In bello plus habere momenti vnum prudentem & cordatum, quàm turbam imprudentium.*

MILI-

Digitized by Google

MILITIÆ DECVS.

FIliorum legittimorum decus lidiumq; ſcutum fuiſſe in ſtemmatibus Brochwic diximus. Fortiorem nobilioremq; decorem militiæ, Scutum veſtrum pronunciabo. Nam ſicut enorme eſt malum fugere è bello, ita abiecto ſcuto redire, nefandum erat. Vnde fugienti filio è caſtris & pugna, mater aſperum tugurium vt latitaret monſtrauerat, refert *Iuſtinus*. Redeunti verò ſine ſcuto & armis quam graue ſupplicium fuerat attende. M. Scæua Iulij Cæſaris miles, in conflictionibus aduerſus Pompeium ad Durazum dimicando, alterum oculorum amiſerat, ipſe ſepties perfoſſus fuit, clypeus ſuus 1020. iaculis confixus, 1030. locis perforatus erat, nihilominus ſeruata eſt ab eodem porta aditusq; propugnaculi, cuius defenſionem ſuſceperat, cum ad caſtra Cæſaris peruenit, & ſe gladio ancili, & galea nudatum, (quod erat militari lege interdictum) animaduertit, cæpit exclamare: *Parce Imperator, parce, armis priuatus redeo. Sueton.* Eſt igitur Scutum decus militiæ ac proba militaris, ſtrenui animoſiq; viri. Veſtri ſunt iſti honores ô Czerwnij, ad ſpem veſtram quam dextera gerebatis, clypeus protectionis ad ſiniſtram perrectus eſt. Steciſtis in arena, vt ſitis filij veri patriæ, ciueſq; ſapientiſsimi. Expendite ſcuta hæc, in quibus iam non muſcas & ranas exarate, ſed forti virtute hæc inſculpta appareant. Cor Pompeij, Gladius Iulij, brachium Achillis, fortitudo Vliſsis, fortuna Alexandri, ingenium Q. Metelli. Et mori aut vincere pro fide, patria, & gloria, more maiorum veſtrorum, nedum non dubitate, ſed ſatagite.

Fugere è bello & ſine ſcuto redire nefas fuit.

Miles ſtrenuus.

In ſcutis quæ exaranda.

PRÆCVSTODITIONES.

AD 1. L. Septimius Rom. Imper. dicere, & in medium dare conſueuerat. *Militemus.* Et P. Helicius. *Laboremus.* His duobus theatrum fortunæ fælicis conſeruabitis.

Militemus. Laboremus.

Ad 2. Gallici Admiralis Andr. Lavalli Symbolum fuit *Remis ardens & inflammatus, manibus valide tentus*, cum inſcriptione, *Non alteri.* Expoſitum hoc manet in ſuburbio Melunenſi, ob feruentem officioſumq; zelum in patriam & Regem indicatum, ſed præſertim in ſuſcepta per Oceanum nauali Prouincia. Hac ratione decus militiæ conſeruatur. *Parad. in Heroic. Symbolis.*

Remis ardens.

Lineam familiæ non noto, ob difficilem indagationem in tam ampliſſimo Regno, quisnam illis modò vtatur.

Digitized by Google

Dąbrowa.

DABOVA ſeu DAMBROWA.



DELINEATIO.

EST ſolea alba in campo ceruleo, extenditur ſummitate ſuperius, ſupra quam eſt crux aurea, ad extremitates verò à latere deforis, etiam cruces aureæ, *Bielſcius.* Super galeam verò, ala vulturis, per cuius medium currit ſagitta.

ORIGO.

ORta fuiſſe Arma in Regno Poloniæ, deducta verò ab Iaſtrzębcijs armis, vt omnes ſoleæ. *Dlugoſſ.* ait. Verùm circa Annum 1246. Conrado Principe Maſouiæ inuictiſsimo regnante, clariora facta fuêre. Nam Pribyſlao Dambrowa (cum fortiter aggreſſus Iacuingas fuiſſet, ac viciſſet) prudentiſsimo gubernatori exercituum Maſouiæ Princeps Praſniciam cum omni territorio contulit. *Paprocius.* In altero vero ſuo opere, militem hunc fuiſſe de armis Pobog refert, cui cruces duæ additæ ſunt in hoc congreſſu cum hoſte, dum blaſphemos in Chriſtum hoſtes inuaſerat. Hanc familiam longe lateque per Regnum & Lithuaniam Dominus vſque in præſens benedicit, benedicatque. Habet Dąbrowá cognomen, qui miles ſtatiua tunc ageret ad glandinum arbores.

FORTIS MILITIA.

HOC *opus, hic labor.* Vnde namque tantum Nodum Gorgium ſoluere inchoabimus? Quis neſcit euentus in bellis inopinatos accidere, & longe alios, quam ferat multitudinis ratio. Quid igitur

igitur hac in parte Demoſthenes, quid Valerius, quid Seneca, quidue alij proferemus, & quid ſit veritatis deducemus. Fortem militiam *Valer. Max. lib.* 4. in conſilio Ducis poſuit. Ducis inquit in conſilio poſita eſt virtus militum, fortior namq; exercitus eſt ceruorum ducente leone, quàm leonum ducente ceruo. Et ſi quis exercitui imperat qui nunquam fuit miles, hic planè Hecatombem hoſtibus educit, ait *Menander*. Sed quia conſilium ſapienter initum, multas manus vincis, exiguum viri robur præualebit animi induſtria. Semper namq; vir imperitus & robuſtus corpore minus timendus, quàm imbecillis & ſapiens, Imperatores enim & duces innumeros fieri licet, ſapientem verò vix vnum aut alterum longo tempore, *Euripid. in Stob. ſerm.* 54. Rem affert iocundam in libro an ſeni adminiſtranda Reſpub. *Plutarch.* Athenis inquit Rhetores Iphicrati & Timotheo adductum Chaterem robuſtum hominem oſtendentes dicebat, *Talem Imperatorem conſtituendum eſſe.* Et Timotheus: Non per Deos, ſed talis ille ſit qui Imperatori geſtaturus eſt ſtragula: Imperator verò tum quæ ante ipſum, tum quæ à tergo ſunt proſpiciat. Hinc *Vegetius*, in tribus fortem militiam in Duce exiſtere. 1. In conſilio ſecreto quæ ſcilicet aduerſarius ignorat, vnde conſilium quid facturus ſit, vel cum pacaciſsimis vel cum fideliſsimis, vel potius ſecum ipſe habeat. 2. In ordine, tam in itinere quàm in acie, periculum enim ab hoſtibus ſemper grauiſsimum ſuſtinet, diuiſus & inordinatus exercitus. 3. In exercitato & erudito milite, nil enim firmius, fælicius, laudabiliuſq; in Republica quàm in qua abundant milites eruditi.

Fortitudo militaris in Duce. *Dux Leo & Ceruus.* *Eligendus Imperator non robuſtus, sed ſapiens.* *De re milit. 18.* *In Duce 3. ponenda.* *Idem lib: 1.* *Ibidem.*

FORTEM MILITIAM EX MILITE.

ALexander M. breui tempore totius orbis Imperium cum obtinuiſſet, perquiſitus à quibuſdam, quonam fortis militia ſua & inuicta ſtetiſset, reſpondit: Conſilijs, eloquentia, arte Imperatoria & cunctando. *Stob. ſerm.* 54. Sed fortem militiam nedum ex parte Ducis, verùm etiam ex parte militis affirmandam eſſe. Nam ſi magnus & egregius exercitus ſine Duce, eſt magna quædam bellua ſine capite, vt *Thebanus Epaminondas* dicebat. Certè Dux ſine militibus monſtrum quoddam, caput ſine membris, ars ſine viribus erit. Hinc *Iphicr.* exercitum ſic oportere conſtitutum eſſe dicebat, ceu vnum corpus: ita vt loco thoracis phalangem habeat, manuum inſtar, leuis armaturæ milites, pedum, equites: capitis autem loco Imperatorem. Quomodo namq; illa ſemper deteſtabilis vox in Imperatore exercitus tollitur. NON PVTARAM, niſi per militem, quomodo conſilia hoſtium plana fiunt ducibus quæ erant hoſti ſecretiſsima, niſi per militem. Quomodo experientia, fortitudo, audacia, ſpes quoq; optima belli in Duce ſuccreſcit milite. Quis primus foſſas, muros, arces, ſcalis, canicu-

Fortis militia eſt ex milite. *Inuictus Alexander M. quomodo & victor.* *Exercitus ſine duce quid.* *Dux ſine exercitu quid.* *Corpus eſt quoddam exercitus.* *Non putarā quomodo cauetur ex parte.*

Militum dignitas. tis ingreditur? Miles, quis bellandi nouas artes, genus diuerſum tali, quibus hoſtium & ducum interit vis, & virtus adduxit, inuenit, compoſuit? Miles. Eſt igitur fortis militia & inuicta ex milite. *Vnum Cic:* 2. *de Orat.* Magna laus & admirabilis tuliſſe caſus ſapienter aduerſos, non fractum eſſe fortuna, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem.

Sed ne ambiges vagariſque animo diſparem militem, animique finem concipiendo. *Militis tria Capita boni.* Ille, *inquam,* (fortis militia & inuicta) miles, qui exiſtimat obſeruatque tria recte bellum gerendi Capita, velle, revereri, & obedire ducibus, vt *Demoſt. lib:* 5, *in Concio. Braſidæ.* Ille, qui Triballium conſtituta non expectant, hi namque quatuor Phalanges in pugnis inſtituebant, primam ex imbecillis, alteram ex optimis & fortibus viris, tertiam ex equitibus, poſtremam ex mulieribus, quæ ipſos in fugam conuerſos conuicijs inſectantes retinerent, *Stob. ſerm:* 54. Ille, qui non ob prædam militat, ſed eius manum durus exaſperauit capulus, & qui fortior ex confragoſo venit. *Hier. in Ep. ad Theo. Mon.* Ille, cui decretum eſt, in prælio aut vincere, aut mortem oppetere. Ille, cui non eſt operis velle dare conſilium, ſed vbi res poſtulat, bonam nauare operam. Talis eſt vſui, talis Martis, talis Reipublicæ filius. *Oppugnare, defendere.* Vt igitur fortis militiæ famam referant milites, memoria teneant magnificam laudem & famam militum Rhodiorum, & Ducis Demetrij oppugnantis, Rhodium à Demetrio magnificè oppugnatam, & Rhodios fortiter patriam defendiſſe. *Plut. in Demetrio.*

FORTIS MILITIA EX DISCIPLINA MILITARI.

Diſciplina militaris fortitudo. ROmanæ eloquentiæ parens *Cic. Orat. pro Mar.* militiam dum extollit, *ait*: Rei militaris virtus præſtat cæteris virtutibus, omnia namque noſtra ſtudia, & hæc forenſis laus, latet in tutela ac præſidio bellicæ virtutis, & ſimul ac increpuit tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt. Sed ne anguis lateat poſtmodum ſub herba: (rebellio ac profuſa licentia ſub tutela) adiunxit admonendo *Val. Max: lib:* 2. Aſpero & abſciſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: quia vires armis conſtant, quæ vbi à recto itinere deſciuerunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur. Hinc *Val: Max: lib:* 8. Nunquam ad contumaciam pari conſenſu multitudo prærupit, ſed incitantur non pauci vitiorum ſcelerumque impunitate. Et cum eos qui rectè bellum geſſuri ſunt, non ſequi res & occaſiones à tergo debere, ſed ipſas antecedere: oportet Imperatorem exercitui præeſſe, vt ea faciant quæ ipſe iuſſerit, non autem cogantur res quomodocunque euenerint ſequi.

Vt quid tantum efferrimus rem militarem eiuſque diſciplinam, quoniam

Digitized by Google

niam ex ea maxima fælicitas, ex neglecta verò ſummum infortunium enaſcitur. Quapropter Lacedæmoniorum Legiſlator Lycurgus, ne ſæpe aduerſus eoſdem bellum mouerent, præcepit: ne vel inuitos rei militaris peritos efficiant. Sed eo magis quod hac ſtante, victoria ſtat: hac exultante, detrimentum, caſus, ruinaque ſubſequatur. Qua de re *Petr. Bles. Epiſt.* 19. deflet collapſam diſciplinā militarē, & ait: Diſciplina militaris euanuit, & in quandā delinquendi libertatem deformauit. Olim enim ſe iuramenti vinculo milites obligabant, quod ſtarent pro Reip. ſtatu, quod in acie non fugerent, & quod vitæ propriæ vtilitatem publicam præhaberent: ſed & hodie tyrones enſes ſuos recipiunt de altari, vt profiteantur ſe filios Eccleſiæ, atque honorem ſacerdotij, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum, & patriæ liberationem ſe gladium accepiſſe; porro in contrarium verſa intentio; nam ex quo militari cingulo decoratur, ſtatim inſurgunt in Chriſtos Dñi, & deſęuiunt in patrocinium Crucifixi: ſpoliant & prædantur ſubiectos Chriſti pauperes, & miſerabiliter atque immiſericorditer affligunt miſeros; vt in doloribus alienis illicitos appetitus, & extraordinarias impleant voluntates. *Deflenda collapſa militia diſciplina.*

Vt igitur fortis ſit militia ex diſciplina militari, ſummopere curandū eſt. Quapropter iuuentus cui defenſio Prouinciarum, cui bellorum eſt committenda fortuna, & genere ſi copia ſuppeditat, & moribus debet excellere, honeſtas enim idoneum militem reddit, & verecundia dum prohibet fugere, facit eſſe victorem. *Vegct. de re Mil. lib*: 1. Commune igitur ſit duci exercituum: Bonos præmijs afficere, malos autem pænis, ſed rectè imperabit ſi ipſe iuſtus exiſterit. Nam *Xenophon lib*: 2. expeditionis Cyri docuit. Expedit militem magis metuere Ducem quam hoſtem, ſi talis ſit futurus, vt cuſtodias ſeruet, amicis abſtineat, hoſtes citra tergiuerſationem aggrediatur. Hoc namque & militem & ducem afficit, nam cum dijs mouere haſtam ſapiêntis eſt, & nullus ſatis vnquam enumerauit ſingula mala, quæ viro obueniunt qui turpiter ſeſę geſſerit. Quo igitur victoria paretur in bello, inde colligite, & diſciplinam militarem ſeruate, non enim multitudine neque fortitudine paratur: ſed vtri deorum auxilio freti, fortioribus animis hoſtes inuaſerint, vt plurimum ab aduerſarijs non ſuſtinentur. *Xenophon lib*: 3. *de Cyriped.* *Dux magis timendus militi quam hoſti.*

FORTIS MILITIA EX AVDACIA.

GLoria hominum ſi creſcit, certe in rebus arduis creſcit, nec aliter quam audacia. Maxima enim quæque efficit hominibus audacia. Quare *Menander*. Nulla præſtantior dea eſt quam audacia. Audendum eſt: Labor enim tempeſtiuus multam parit fælicita- *Audacia fortitudo militis.* *Audacia Dea*

Audacia deſperationi vincta. licitatem hominibus. Verùm non talem audaciam efferendam in fortitudinem militatem duxerim, quæ deſperationi iuncta ſit; non enim eximius in bellis eſt, qui magni facit virtutem, & vitam nihilo ducit, ſed quæ rationi coniuncta, præſentem in periculis animum conſeruat, illam enim & neceſsitas parit, hanc ſola ratio perſuadet, illa principum fieri actionis poteſt, vt ait *Democritus.* Sed quia ſeorſim eſt, nocet & calamitatem infert; iſta licet virium menſuram excedat, tamen cum fortuna dominabitur fini. Quocirca filium temerè contra Athenienſes pugnantem, cum vidiſſet Lacedæmoniorum Rex Archidamus, dixit: *Aut vires tibi ſunt augendæ, aut minuenda audacia.* Audaciam igitur fortem militiam dico, iunctam rationi, quæ nedum corpora exercentium ſe ornat, ſed nec animi ſtudia obtenebrat, vt ait *Iſocr. ad Demonicum.*

Temerè non pugnandum.

FORTIS MILITIA EX EQVO.

Incitatus equus.

Dio in Hiſt. Rom: lib.59.

Equorum graua decretum.

INcitatus equus C. Caligulæ Imperat. nomine, cui in auro hordeum apponebat, & in poculis vinum propinabat, per ſalutem eius & fortunam iurabat, multam de militari fortitudine præueniente ab equo occaſionem dicendi præbet: at ſtolidum eſt, licet viri magnanimi factum, ſed decreto ac Senatus conſulto populorum, qui in fauorem equi pronunciarunt, deberi illi pabulum ad non ſcio ad dies vitæ, vt *Maiol. Tom*: 5. *Coll*: 1. magis moueor. Quare equorum ſepulchra & alta Epitaphia fuerunt. Multa namq; ſagacitas, inexplicabilis affectio erga dominos in equis deprehenditur.

Sed cauendus eſt Seianus equus.

Seianus equus unde prouerb.

Equus infelix.

Habuit Seianus nobiliſsimum, at cum eum M. Ant. capitis damnaret, Corn. Dolabella Conſul cum equi fama commotus magno eum pretio redemiſſet, in Syria bello ciuili obſeſſus, interfectus eſt. Mox C. Caſsius equo potitus eſt, ſed fuſo exercitu ſuo, miſeram quoque mortem oppetijt. Antonius parta contra Caſsium victoria, eodem equo potitus eſt, ſed victus poſtea ac deſertus, deteſtabili exitio interijt. *Aul. Gel*: *Noct*: *Attic. lib*: 3. *cap*. 9.

Tales ſunt iniquè auarè acquiſiti educati equi.

Sybaritarum equi.

Saltante equi cantant victoria hoſti.

Nec ſit Sybaritanarum equus, hic enim populus Italiæ equos ſaltare ad tibiam conuiuij tempore docuerunt. Crotoniatæ his cognitis ad pugnam cum eis tubam bellicum canentem ſecum non ſumpſerunt, ſed tibias & tibicines, commiſſoq; prælio cecinerunt ſaltatoriam cantionem, quo audito equi, victoriam hoſtibus dederunt. *Plin. lib*. 8. *cap*. 42.

Tales ſunt delicantium equi.

At veſtri equi ob fortitudinem militarem ſint ſapientia Salomonis inſigniti. Parentur ad pugnæ diem equi, vt à Deo victoria ſit.

FOR-

Digitized by Google

FORTIS MILITIA EX ARMIS.

GRaue teſtimonium huius rei nobis attulit *Plut.* dum Pompeium Magnum à Sylla miſſum in Siciliam, non ſolùm vigilanter ſtrenueq; & magnanimiter militantem refert, ſed etiam quod militum qui hoſtes excurſione agros prædati ſunt, & ab obuiorum oppreſſione refrenarent, gladios annulo proprio ſigillatorio adnotabant, quaſi fortitudinem & victoriam ex armis deducendo. At longè grauius teſtimonium eſt omnipotentis Dei. *Deut.* 33. Scutum virtutis, & gladius gloriæ tuæ, negabunt te inimici tui & tu eorum colla calcabis. Benedicendo Iſraeli loquitur. Sed quis affirmare verebitur fortem victoriam eſſe ex armis? præcipuè

Fortitudo ex armis.
Pompeius gladios ſignabat annulo ſuo.
Scutum virtutis ladgius gloriæ.

Cum gladio feriens hoſtilem virum capiat
Et pedem pedi apponens, & ſcutum ſcuto committens,
Et criſtam criſtæ, galeamq; galeæ,
Et pectus pectori conferens, hoſtem impugnet,
Vel gladij capulum, vel oblongam haſtam apprahendens.

Quomodo pugnandum.

Hinc Leonidas Xerxe mãdante vt ſibi arma mitteret, reſpondit: Veni, cape. Maluit enim armis mori, quàm traditis armis turpiter cum hoſte paciſci. Sed cui fortis victoria ex armis in ſinum reclinabitur. Profectò non huic, qui viſo gladio, aut nouo telo exclamat, perijt viri virtus cũ Archidamo. Sed qui reſpondet cum Epaminonda, an Antigenidas gemet quum Tollen. nouas tibias habeat? hic enim malus, ille optimus erat tibicen. Illi namq; plus præſidij habent in clypeo, quod multipliciter auro & gemmis adornarent: iſti plus habent præſidij in gladio. Nam illi prædam ex hoſtibus cupiunt, iſti certamen & victoriam. Non illis ergo victoria fortis delabitur, ſed qui non laudant in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias: qui non leones in prætorijs, non lepores in prælijs, ſed qui bene norunt ingenium difficilis belli.

Arma hoſti non mittenda.
Fortis victoria cui.
Plut. in Lacon.
Briſoni 17. cap. 2.
Nouis armis non terrendum.
Victoria fortium.

ICONOLOGIA FORTIS MILITIÆ DABOWA.

NE aliquis retorquendo vulgati ſermonis rem afferat, qui ſe ipſum non habet, Samum petit! Quod familia prædictorum armorum ſit prototypus quidam fortis militiæ, ipſumq; ſpecimen, nullo diſcrimine amplector. Quid hæc ſolea? niſi fortem in militia Ducem, militem, audaciam equum, refert. Cruces verò, diſciplinam militarem, vim quoq; fortitudinis in armis ingerunt & expendunt, ſed vltra hæc, quicquid fortem militiam efformat, vel impegit; in hoc nobilitatis ſtemmate magis quam in ſpeculo relucet. Hic enim eſt fortis, quem ornatus cœleſtis vſq; ad plantam equi in bello adornat, hic verè fortis, quem

Samum petere.
Quid ſolea cum crucibus.
Quis fortis in bello.

quem crux ſancta in bello dirigit. Verè fortis, quem decor virtuſque Chriſti contra hoſtem firmat. Verè fortis, qui virtutem ſuam virtuti Chriſti nomenq; proprium nomini eius ſubduxit. Vnde iure meritò inſignia hæc machinam quandam Iconologiam fortis militiæ dixerim. Demetrium Phalerium Plutarchus tantum ingenio arteq; præcelluiſſe in machinis bellicis refert, vt amicis magnitudine ſtuporem, hoſtibus pulchritudine adferrent voluptatem. At inſignia hæc & pulchritudine adferunt voluptatem, & magnitudine omnibus ſtuporem. Sunt namq; prototypus omnium machinarum bellicarum, ſunt imago, ſpeculum, facies fortis militiæ. Vt quidam ex Soc. Ieſu de illis.

Dabowa eſt machina bellica.

Quis tam concordi iunxit duo robora nexu?
Quis ſoleam ſocias iuſſit habere cruces?
---- quia ---- monſtrant inſignia gentis
Certatimq; ſacro laudis honore nitent.

Quam namq; laudem ſolea ornata crucibus, quam cruces aureæ iunctæ albæ ſoleæ non dicent? Dicent virum magni animi, quem nec celer eques, nulluſq; Pogoniorum æquabit. Virum dicent vallatum præſidio cœleſti, roboratum virtute Chriſti, qui gladium contuſum & fractum cruce Domini acuit, cruce Domini firmat. Verè militem pro Deo, patria, libertate, verè ſeruum crucis, pro cruce, Chriſto, Eccleſia. De quibus ita *D. Thomas de Kempis lib. 3. de imit. cap. 61.* Soli ſerui crucis inueniunt viam beatitudinis & veræ lucis. Et ſi ſuper galeam alam cum ſagitta ſpectes, pharetram quandam cogita, nec aliam quàm de qua Horat. canebat.

Serui crucis beati.

Pharetra.

Integer vitæ ſcelerisq; purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.

Aperta pugna, congreſſu lucenti, audax ſimplex & fortis mouere arma, diſtrictos deducere gladios, amat. Hic Longinus de illis, Viri huius familiæ audaces & ſimplices. Dic amabo quales numerabis Koſtkouiciorũ familiæ animos? Quales Zgierſcios? Sceciminſcios? Ianuſewſcios? Budzinſcios? Mlodzanouios? at ſuper alios familiam Kyskorum in Lituania? Staniſlao Kiska Palat. Smolenſcen. Quot ex eis Mag. Duc. Litu. Supremi exercituum Duces, quot vigilantiſsimi Senatores, quot Patriæ defenſores, quorum moribus, virtute, fama, commoti Duces Radziuilij, Comites Chodkieuici, Principes Hołowſcij, Regalis Sanguskorum ſanguis ipſorum ſeſe ſanguini iunxit. Sed in præſens vt referendo tempus inuidis ora patefacere ne ſinamus. Illuſt. D. S. Kiſka Palat. Polocen. M D. Lit. Exercituum Dux Campi, cuius fortitudo contra Moſchum ad Polociam, omnibus nota manet, quam in multis ex-

Koſtka.

Kiſka.

tis ex-

tis expeditionibus virtutem, quam in patriam promptitudinem & amorem non feſtinauit? ſed de familia eorum illuſtri. Hoc vnum coniecturæ ſit, quod *Cic.* 2. *offic.* attulit. Vera gloria radices agit & propagatur, ficta, tanquam floſculi celeriter decidit. A tantis centenarijs orbis reuolutionibus, en peridum temporis non nouit Kiskorum familia. Nam ſinceri pro patria, zelatores pro Deo, pietatis amantes, deuotione, elemoſinis, confeſsione, ſoleam crucibus firmatam, corroborant, & reuiuiſcere faciunt.

Gloria vera.

Kiſkorum familia antiqua.

Fauſtum igitur premitote gradum, & date pectus in hoſtem
Aduerſis poſcit patria preſſa malis.
Auſibus ingentes dabitur deuincere auras,
Fas etiam rutilos laude ferire polos.
Sic vos totius mundi incola noſcet, & almum
Mortales veniet nomen ad Antipodas.

SANCTVARIVM PIETATIS.

Sanctuarium pietatis.

NObilior titulus Armorum Dabouiorum non potuit fieri quàm ſanctuarium pietatis. Nam ſi licuit Sanctorum imagines pro reliquiis ſumere, profectò Nobilium arma in ſpecimen pietatis & cuiuſdam ſanctuarij deducere non pudebit. Vnde *Sedulius*,

Arma Nobilium pietatis ſpecimen.

Inſignes pietate viros, virtutibus arte,
Ingenio, meritis, doctrina, viribus, armis.
Moris erat quondam ſtatuis ornare dicatis,
Viuat vt æternum per poſtera ſæcula nomen,
Olim ſic fertur magnum decoraſſe Platonem,
Rex Ponti meritis ſic Sceuola Clælia clari
In patriam dicto pariter celebrantur honore,
Effigiemq́; ſui Demoſthenis Attica tellus
Exhibet ingenti fabricatum in mole coloſſum.

Statua mortuorum.

Quod non tubicen, figmenta vana faciunt, ſed acer reſpectus familiæ, domus, dignitatis, Armorum virtutis, vt bene Pyrrchus Epirotarum Rex innuebat cum quærentibus inter pocula, vtrum Antigenidas aut Satyrus melior eſſet tibicen, reſpondit: M. h. præſtare veſter Dux Polyſperchon. Docuit quæri oportere & reſponſum hominem, in neceſſaria non in vana & inutilia.

Quæſtio rerū grauium ſit.

Familiam veſtram ô Dabowij Sanctuarium pietatis meritò refero, cùm ex vobis Sanctos Eccleſia ſperat, & congaudent B. Staniſlaum Koſtkam, miraculoſe altaris Sacramento paſtum intendo. Neque abſimilem Illuſtriſſ: Staniſlaum Epiſcopum Samogitiæ Kiſzkam, qui cōiugali matrimonio repudiato, piè, ſanctè, in omni caſtimonia vitam finiuit, vt de illo non dubitauerit quidam Poëtarum hæc dicere, dum in illius Arma ſcribebat. O ce-

B. Koſtka.

Staniſlaus Kiſzka Epiſc. Samog.

O celebres humilesq; nimis, magis inter honorem
Dum nituere latent: dum latuere nitent.

Magnum quid fert ſecum omnis pietas, eſt namque parentibus amica, eſt Deo grata, ſed pietas in Deum præualet, nam ordo rectus ille poſt Deum amare patrem & amicos, ſi vtrumque ſeruari non poteſt, odium in ſuos, pietas eſt in Deum. Quapropter D. Hier. ad Heliod. admonendo Nobilem matrem, vt filiam ſuam in pudicitia conſeruet, ait: *Contriſtabitur pater, ſed lætabitur Chriſtus; lugebit familia, ſed Angeli gratulabuntur.* Ita fecerunt Kiſzkowij, diſparem religione parentem abiecerunt, & Deo vero, vero ritu, veris Sacramentis in S. Romana Eccleſia ſeruire inchoarunt, pluresq; filias Chriſto conſecrandas, Sanctimoniales fieri curarunt, reddiderunt. Alij Eccleſias fundare, Parochias ex Hæreſi reformare, Epiſcopatum Samogitiæ erigere & dotare, Xenodochia militum ampliare, vi propriam virtutem aſſumpſerunt. Mirabilis profectò in ſuo paradoxo *ad Lucil. Sen.* Cum volueris, *inquit*, veram hominis æſtimationem videre, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice, deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipſum exuat, & animum intuere, qualis quantuſque ſit, alieno an ſuo magnus. Obſeruarunt Dabowij talem doctrinam nouam, priſtinæ, propriam alienæ adhibuerunt æſtimationem, vt ſint & pietatis cultores, & pietatis ſanctuarium. Diſcite igitur ex eis, quod

Chriſto non parentibus obedire.

Hominis vera æſtimant.

Non ebore & gemmis non auro vera paratur
Nobilitas, aliquid maius honore decet.

PRÆCVSTODITIONES.

Sic floret decore decus.

ERubeſcere ex eburnea vagina, plumbeum educere gladium, dum ſecunda fortuna arridet ſuperbire noli, aduerſa perſtrepente noli frangi. *Cleobulus.* Præfige tibi certum modum, & characterem quem obſerues. Tum ſolus tecum, tum cum alijs conuerſando, operam da, ne in colloquia plebeia deſcendas, ſed ſi quidem fieri poteſt, orationem transfer ad aliquid decorum, ſin minus, ſilentium age. *Epictetus.*

Pro ſecundo. Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi: Sapientia enim & diſciplina timor Domini, & quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius. *Ecl*: 1.

LINEA FAMILIÆ DABROWA.

KOſtcij *de Strzymberg, in Pruſſia & Maſouia. Ioan: Koſtkà Palat. Pomeraniæ. Ioan: Palat. Sendomirieñ. Candidatus Regni*, 1576.

N. *Capit.*

N. Capit. Golubień. Petrus Koſtká Epiſc. Chelmeń. Ioan: Caſtell. Zakroćimeń. N. Filius eius ex Kryſka.

Łoſij *in Maſouień. Palat.*

Karniewſcij.

Ianuſzowſcij *in Pruſſia.*

Morawſcij *in Ciechánow.*

Budzinſcij *in Makouień. diſtrictu.*

Dąbrowſcij *ibidem.*

Młodziánowſcij *in Ciechanouień.*

Zgierſcij *Domus antiquæ vetuſtatis in Maſouia, ex quibus vnus in Ducat: Litu. fæliciter ſtatiua elegit: vocantur ibi Kiſſkowie. Nupſerat ille cum filia Petri Albi Ducis Exercituum in Lituań.*

Staniſlaum Kiſzka *Miechouius Exercituum Litu. Ducem meminit, Alexand. Regis temporibus, qui infirmitate detentus, Glińſcio commiſerat Regimen, hic victor de hoſtibus, duodecim millia equorum cum præda receperunt.* Et Anno 1508. *Sigiſmundus miſerat cum copijs Stanislaum Kiſſká verſus Moſchorum arcem Woſniam, qui omnia ferro & flamma conſumpſit, ſed venienti Exercitui, Nicolaus Firley Exercituũ Regni Dux, auxiliares detulit. Palat. Witepſceń. & Capitaneum Braclauień. 1551. Epitaph Vilnæ refert. Nicolaus Palatinus Podlaſiæ, Capit. Bielſceń. Drohicineń. Ioan: Kiſſká Capit. Samogit. Generalis. Stanislaus Kiſſká Epiſc. Samogitiæ, in cuius laudem Sarbieiouius Soc. Ieſu, ad Arma:*

Quis tam concordi iunxit duo robora nexu,
Quis Soleam ſocias iuſsit habere Cruces?
An quia Kiſzkanæ monſtrant Inſignia gentis,
Certatimque ſacro laudis honore nitent?
An quia calcari cupiunt, humileſque latere
A Domino morem quem didicere ſuo?
O celebres humileſque nimis, magis inter honorem
Dum nituêre latent, dum latuêre nitent.

His temporibus Palatinum Poloceń. & Campi ductorem Exerc. Litu. grauem conſilio Virum veneramur. Chriſtophorum Kiſſka Pincernam Litua. magnarum litterarum ac virtutum Mæcenatem.

Dabrowſkich

DĄBROWSKICH.



DELINEATIO.

Virgo cum tubis.

VIrgo diductis comis, in veſte candida, Coronam auream geſtans in capite, in tubas binas clangorem promouet, vt vna ſit in leuam, altera in dexteram partem, in Campo rubeo, ſuper Galeam eadem Virgo.

ORIGO.

NIderlandiæ partibus inchoata, ſeu in inferiori Germania, poſtmodum in Pruſsiam deuenere, vbi & clara manent in Polonia Caſimiri temporibus, maiorem dignitatem aſſecuti ſunt. Nam ad Radzinum in Villa Dąbrowka cum ſtatiua honoret, Caſimirus Hectori Dambrowſki pro bene meritis Capitaneatum Radzynenſem contulit, qui nedum ipſe, ſed cum filijs fortiter Patriam decorauerat. Nam Ioannes filius ad Choyniciam inter occiſos vix viuus repertus, Bartholomæus in Vngaria, Nicolaus in Moſchouia, ſtrenuè occubuerunt. Sed qua occaſione talia Arma primitus collata fuerant, authores noſtri non referunt. Crediderim tamen, vel pro virgine Duciſſa bella duxiſſe, vt quondam Vanda Poloniæ, dum contra Rotigerum geſsit bella, vel in victoria, triumphantem Virginem victorijs conduxerat, prædeceſſor ipſorum in triumpho, ſed fiant quacunque ex occaſione, illa tamen erit, quia dexteram tetigerunt tyranni.

H. Dabrowſki.

AMA-

Digitized by Google

AMAZONICVM ROBVR IN DAMBROVIIS.

Amazonicum robur,

MVlierem fortem quis inueniet? *quæſiuit Sapiens.* Eſſet namque precium eius procul & de vltimis finibus,ſed ecce fortis mulier ô Salomon. Mulier magnæ fortitudinis, eximiæ virtutis, inuicti animi, claſsicum vocans, promouens, dicens, tubiſque duabus dicens. Cecinerat quondam Vanda vltima Craci progenies contra Rotigerum, at victoria elata, fortitudinem profluenti condidit. At hæc mulier, vti omnium Amazonum robur, & claſsicum canit, & triumphum. Dextra & ſiniſtra omniſque vaſti orbis plaga, & clangorem buccinæ ſuæ ſentiat, hoc intendit. Lybuſſæ Bohemorum Amazonidi, caſtra virginum habenti, Virginem cum tuba & lagena ex[illegible]bias faciẽti, GeneralisPræmyſlij Bohemorum in manus venerat, vnde ſumma pecuniari redimitus euaſit, ſed tale claſsicum fraus nominatur & indignitas. Sed hæc Virgo Dambrouiorum, familiæ ſignum nobile, aperte duabus præcinens tubis caſtra, Dambrouiorum mares, Martis & Iouis filios procreaſſe, fæminas & matres, Amazones & Vliſſes genuiſſe affirmat. Vnum Hectorem Dambrowski, *Paprocius*, à Rege Caſimiro Poloniæ pro meritis Capitaneatu Radzyneñ. donatum fuiſſe teſtatur, cuius filij quam ſtrenue pugnarunt pro Rege & Patria, audiſti. Quid dicam de Ioanne Dambrowski, Palatino Chelmeñ. eius filio Hugone, illiuſque ſex filijs referam? Spectatum robur Amazonicum reconditum pectoribus, & animis late demonſtrarunt.

Mulier fortis.

Vanda victrix,

Bohemorum Amazones.

Exercenda virtus eſt, & bona fortuna diuinitus petenda:
Nam qui hæc duo habet, beati ſimul
Et boni viri nomine ferens, vitam degere poterit. Stob. ſerm: CIII.

DVCES IVSTI BELLI DAMBROVII.

Duces belli iuſti.

VIrginem & tubam in cælo lectito. Nubes tubæ ſpecie ad dies quadraginta viſa eſt, vt *Niceph. lib*: 15. & *Plin: lib*: 2. *cap*: 57. Annorum crepitus & tubæ ſonitus auditos è cælo, Cimbricis bellis accepimus crebroſque; Virgo verò inter Leonem & Libram ſita, in cælis conſpicitur: forte non aliud quam vices Bellonæ gerens, vt *Exod.* 19. clangor buccinæ vehementius obſtrepebat. Ab hac Virgine hæc edocta eſt, vt non alia bella ducat quam iuſta, hæc namque fortia, ſancta, & beata ſunt, nec Virgo alterius belli quam iuſti dux eſſe dignatur. *Oppmecrus fol*: 411. *rem ita refert*: Car. 7. Francorum Rex, cum ab Anglis vexaretur, venit ad eum puella annorum quaſi 18. dicens ſe diuinitus eſſe miſſam, vt ipſi indicet gladium eſſe in Æde Diuæ Catharinæ Fourbeñ. apud Turones, Aurelianam obſidionem ſoluturã,

Virgo dux belli.

Car. 7. Rex Gall.

Puella dux belli Gall. cōtra Anglos. itaque veſtimentis virilibus induta, Gallicas acies ducebat, & prima inter primos pugnans, victoriam eripuit, & vrbem ab obſidione ſemeſtri liberauit: Iuſti belli Virgo Dux. Tale claſsicum & vobis demonſtrat Virgo ô Dambrouij, pro Deo, Eccleſia, Patria, pro aris & focis, tale bellum Reges, amant, honorant: Deus expoſcit, præmiat, eſt hoc negotium veſtrum proprium Dambrouij, nam Corona Regni Polon. non magis militibus abundat, quam Dambrouijs. Attendite igitur, quid Heſiodus dicat de Iuſtitia, & conſequendo bello iuſto.

Iuſtitia quærimonia contra iniuſtos.

Iuſtitia Virgo eſt Ioue prognata,
Caſta, & veneranda diis cælicolis:
Et quando quis ipſam læſerit, obliquè iniuriam inferens,
Statim apud Iouem patrem Saturnium ſedens,
Iniu[illegible]m narrat hominum mentem, donec luat peccata.

VERÆ NOBILITATIS SYMBOLVM ET STEMMA.

Vere Nobilitatis ſtemma. Luna Romanis nobile ſtēma. Compendium ſtemmatum perdam.

ROmani Nobilitatis veræ Stemma lunulas, quas Patricij in calceis geſtabant, aſſerebant: ſed ſunt varia Stemmata veræ Nobilitatis. Quapropter ne vt Solis rector, deijciar à patre, vt Phaeton, cùm hoc Stemma veræ Nobilitatis Stemma dixerim. Pono rationem, Stemma Dambrouiorum, eſt compendium quoddam multiplicium Stemmatum. Conſtruitur namque ex Virgine, tubis, Corona, candida veſte, quibus multiplicatur veram Nobilitatem, cùm exprimat: *Meritò ſtemma dicetur vera Nobilitatis.* Aliam dicam. *Boetius vt refert Maiol. Col. 7.* Nobilitatem veram ita complexus eſt, ſi quid eſt in Nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, vt impoſita Nobilibus neceſsitudo videatur, ne à Maiorum virtute degenerent. Hoc vides in hoc Dambrowiorum Stemmate, curarunt non degenerare à Maiorum virtute, multos more Maiorum Patriæ ſeruire, ingenio & armis, vidimus, legimus. Adhibeatis igitur ad *Democriti* doctrinam aures ô Dambrouij. Non magis alios homines reuereare, quam te ipſum: neque magis delinquas, ſi nemo reſciturus ſit, quam ſi omnes homines, ſed te ipſum maxime verearis, & hanc animo tuo legem conſtituas, vt nihil abſurdum committas: ita namque veræ Nobilitatis Stemma conſeruabitis.

Nobilitatis bonum.

Homo ſe ipſum vt omnes venereri debet.

LINEA FAMILIÆ DAMBROVIORVM.

HEctor Dambrowski *Caſimiro Rege Sceptra tenente, Capit. Radzinen. vbi & Villa Dabrowka, à qua familiam notant. Eius filius Ioannes ad Choyniciam vulneribus confectus, inter cadauera militum vitam conſeruauit, dum à ſuis inuentus cura chyrurgorum commiſſus fuit. Relique-*

liquerat filium Barthol. in Vngaris expeditionibus mortuus. Nicolaus alter filius in Moſchouia occiſus, Ioannis vero filius, Ioannes Palat. Chelmenſis, Capit. Radzinen. in multis expeditionibus & occaſionibus Regni clarus. Filius eius Heicus ſeu Hugo ex filia Palat. Chelmeń. Catharina Działyńſka, reliquit filios, Ioannem, Nicol. Michael. Staniſl. Andream & Fælicem, filias quatuor. Ioannes alter Capit. Radzin. filius, ex Gluchowſka filios quinq́. Eſt in Podolia ſuperſtes ex hac familia Ioannes Dabrowſki, qui à iuuentute ad ſenectam miles, ad Illuſtres in bello viros, Nicolaum Strus in Moſchouia, Martinum Kazanowſki, Campiductorem Regni, in Pruſſia & Valachia Nicolaum Potocki, contra Scytharum expeditiones multoties clarus. Fert ſigna dexteritatis ſuę in corpore à tormentis bellicis ſub *Stolicá*, & à ſagittis Scytharum.

D Ę B N O.

Dębno.



D E L I N E A T I O.

Crux lata.

EST Crux lata per totum campum deducta, coloris albi, ad latus ſiniſtrum inferius eſt Abdank, coloris albi, in campo rubeo, vt Abdank, ſuper Galeam ſunt duo cornua *Báwole*, intraq́; Crux.

O R I G O.

Dembrotes.

DEmbrotes nomine, genere Scytha, circa Annum 1244. Boleſlao Pudico regnante, incorporatus Regno Poloniæ, & Nobilitatus ob ſtrenuum animum, inter Arma & victores, cum fidem Chriſti amplexus fuiſſet ante nobilitationem, Crux ſancta vt renato ex fonte Baptiſmatis, in inſignia Nobilitatis æuiterna collata ſibi fuêre. Qui virtute, fama, & moribus, cùm in dies proficeret; Virginē, genere,

Digitized by Google

diuitijs & forma ſplendidam de Armis Abdank in coniugem acquiſi-uit, ad cuius rei memorem fortunam, Cruci Abdank aſſociata fuêre. Plurimos referunt Hiſtoriæ, qui originem ſuam & hæreditatem in Dębno & de Dębno ducunt & ſcribunt, Domus & Familia vſque in præſens clariſsima manet. Stricouius hunc non Scytham, ſed Lituanum aſſerit, Douoina dictum *Paproc.* in captiuitatem à Scythis ductum fuiſſe dicit.

Abdank ad Crucem.

Fons benedictionũ Crux.

FONS BENEDICTIONVM.

ALij Abdank ſeu VV. Virginem violatam, addita fuiſſe Cruci, quod Virum de Armis Abdank illudenti ſibi ob genus Paganum, in congreſſu coram Rege vicerit. Quare donari vitam illius ſibi Rex petijt, & Arma Abdank Armis Dembroti adiunxit, ſed fiat ex vtroque Hercules. Anno 1275. in terra Cracouień. natus fuerat puer cum dentibus, qui eadem die loquebatur clarè & diſtinctè, ceu vir maturus, qui ad fontem Baptiſmi, vt deductus & baptizatus fuit, & dentes & loquelam amiſit. *Cromer. iz. edit. lib*: 8. *fol*: 165. *Stricou. lib*: 8. *cap*. 8. Quis Baptiſma eius non fontem benedictionis dicet? Videtur quidem amiſiſſe bonum cum amiſit loquelam, ſed rectè inſpiciendo, amiſit malum & monſtrum, atq; Sathanæ deſijt eſſe inſtrumentum, & bonum ac fontem benedictionum accepit. Et bene Horat.

Baptiſmo amouetur loquela.

Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere
Qui nequit, hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Baptiſmi dignitas.

Nondum viſa nec cognita loquebatur, & commiſſa per naturam, non loqui ſed plangere neſciebat. Fontem benedictionum ex prædictis Armis vobis ſucceſſoribus Dembroti merito ominabor, & ea ex ratione, quia Clodoueus Rex Franc. in horrendo cum Sueuis bello non aliundè fontem benedictionis, victoriæ & fælicitatis arripuit, quam ex Cruce baptiſmali & ſancta. Inuocauerat namque IESVM Chriſtum, quem Clotildis coniunx ipſius pijſsima colebat, vt ſi in tanto diſcrimine faueret, Baptiſma fidemque profiteretur; congreditur, vicit & baptizatur, *in vita S. Remigij, Hincarus de tali fonte Zachariæ.* In die illa erit fons patens domus Dauid, & habitatoribus in Hieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. quod exponendo *Iſidorus l.* 1. *ſent. c.* 24. *ait:* Domus Dauid & Ieruſalem Chriſti Eccleſia eſt, in qua manat fons in ablutionem peccatorum. Hæretici id ſola imaginaria oſtentatione faciunt, ideoque illis Baptiſmus non ad remiſsionem peccatorũ, ſed ad ſupplicij teſtimonium datur. Talem benedictionem veſter Boleſlaus de Oleſnica, fontemque benedictionis Palatinus Sendomirien. *Anno* 1440. expreſsit, cum duodecim filios, & tres filias matrimonio ſuſcepit. Quorum Iacobus erat Archiepiſc. Gneſnen. qui ſancto Adalberto de marmore ſtruxit Mauſeolum, alij omnes ferè dignitatis honores

Clotildis. Fides ex victoria.

Hæreticorum Bapt. differt à Bapt. Cathol.

nores

Digitized by Google

noręs, patrioſque titulos abundè ampliatos, non ſine admiratione & exemplo, poſteris ex ſe tradiderunt.

SPLENDOR ECCLESIÆ SANCTÆ.

Crux ſplendor Eccleſiæ.

B. Nilus Martyr in ſuis Tropologicis ſententijs, ſplendorem Eccleſiæ in duobus conſtituit, in Innocentia & Caſtitate. Innocentia, *inquit*, in corde, Caſtitatem in corpore exerce; vtraque enim Dei templum ædificat, hoc eſt, ſplendentem facit. At nullo ſplendidior facta Eccleſia, quam Cruce Dñi noſtri IESV Chriſti: hinc namq; Crux ſignum Dei, ſignum Chriſti, ſignum Saluatoris, ſignum Eccleſiæ Chriſtianæ, quaſi teſſeram & vexillum Summi Imperatoris S. Patres nominarunt. Quocirca in Antiochenorum dicterijs recenſet *Iulianus*, vt habet *Lipſius in annotationibus de Cruce, lib: tertij, Capitis* 15. Litteræ Chriſti nomen exprimentes Chi & Kappa, ſemper ſplendidas fuiſſe referunt, dicentes: Chi & Kappa, nihil iniuriæ ciuitatibus intulerunt. Sed ad vos ô ſucceſſores Dembroſi diuertere intentum placuit, ſplendorem Eccleſiæ in vobis concipio, nam innocentia in cordibus veſtris apparuit, cùm Iacobus de Sienno Epiſc. Crac. & Dux Seueriæ inuitus, iubente Roma, Epiſcopatum Crac. accipit, cui ex eadem innocentia,& cedere erat promptiſsimus. Apparet talis ſpendor Eccleſiæ, & in Ioanne Sienienſcio, qui, *vt refert Paproc.* ex milite Caſtell. Halicień. ex Caſtellano Archiep. Leopol. factus, Orphanorum tutor, Oppreſſorũ iuuamen, Patriæ columna, Eccleſiæ ſuæ ſplendor. Quid referam de Zbigneo Oleſnicio, Cardinali S. R. E. Epiſc. Crac, & Duce Seueriæ? qui à Duce Teſsineum emit Ducatum Seuerień. pro Eccleſia, & Bernardinos Cracouiæ fundauit, vt *Cathalogus habet & Paprocius.* Non immerito de illo, vt ſplendore Eccl. Chriſt. Kantſcius.

Innocentia & Caſtitas ædificant templũ.

Signum Dei.

Chriſti litera.

Chi, Kappa.

Gradus Sienienſcius.

Oleśnicki Card.

Non hoc ſplendidior, non hoc animoſior alter
Gratior atque ſuo, commodiorq́ gregi:
Quiq́ magis Patriæ, ſacris prodeſſet & aris,
Nomine vel tantum poſſet vbiq́ ſuo,
Dignus Neſtorea, vt ſuperaret ſæcula. Paucos
Huic ſperare potes, Sarmatis ora, pares.

Sed iam prodeſt quid enumerare multos? Effugiam Antalcidæ rumores, qui, vt *Plutarchus refert*, cuidam laudationem Herculis recitaturo, dixit: Quis verò, *inquit*, eum vituperat? Plurimi me hercule veniunt de his Armis laudandi & extollendi, pauci vituperandi.

PATRIÆ SALVS.

Patriæ ſalus.

SAlutis Patriæ genitricem eſſe,laborem & amorem innuit *Val. Max. lib: 5. dum inquit*: Virtutis eſt bona Patriæ auxiſſe, & eius mala in ſe transferre voluiſſe. Primum eſt laboris, alterum amoris. Quapropter

Genitrix ſalutis Patriæ Labor, amor.

propter Hector apud Homerum ſocios ſuos, vt fortiter pro Patria dimicent, nec laborem & mortem pro eius ſalute obire horreant, his verbis hortatur: Ill. O.

Pro Patria mori etiam.

Pro Patria magnum decus eſt, profundere vitam,
Nam reliqui ciues veſtra virtute teguntur:
Et ſaluæ interea matres natiq; manebunt,
Qui ſunt ætatis venturæ ſemina & vrbis,
Templa manent, legesq; bonæ, pietasq; pudorq;
Et tunc quisq; ſuis rebus fundisq; fruetur
Cum pulſi fugient hoſtes in Patria Regna.

Labarum vnde dicitur.

Stemma veſtrum, o ſucceſſores Dembroti, ſalutem Patriæ præſagit; nam Crux quæ ante in Labarum Conſtantini verſa, Labarum dicta non aliunde quam à labore, & labore pro ſalute Patriæ, vt *Greg. Nazianzenus, doctus & fortis Orator, Orat. III. in Iulianum ait.* Laborum leuamen pauſamque eſſe, & à Romanis appellari, quod & Græci innuūt, dum Λάβωρον ſcribunt. Et forte ſublato illo ſigno Imperatorio & conſpecto, miles ad laborem expeditionem vocabatur, quo etiam viſo, acclamabant. Labor, labor. *Ita Lipſ. de Cruce in Annotat. lib: 3. cap: 15.* Etiam Crux veſtra ad laborem ceu Labarum Conſtantini vos incit. pro Patria, ſed nedum ad laborem, verum & ad amorem. Hic in ſucceſſoribus Dembroti hoc annotauit *Longinus*, erant audaces, vehementes, Martis filij. *Paprocius verò*, & ante ipſum *Cromerus*, plurimos Archiep. Epiſc. Palatinos, Caſtellanos, Legatos, Rothmagiſtr. enumerat. Erāt Palatini Sendomirieñ. Dobieſlaus Oleſnicki de Dębno, 1440. Ioan: Dobieſlaus alter Pal. Sendomir. Zbignei Card. Epiſc. Crac. fr. Ioañ. filius. Ioannes Palat. Ruſsiæ Oleſnicki. Zbigneus Oleſnicki Pal. Ruſsiæ. Ioannes Pal. Lublin. filius Io. Głowacz. Iacobus Archiep. Gneſnen. Zbigneus Epiſc. Cracouieñ. Cardinal. Dux Seueriæ. Ioannes Archiep. Leopol. Ioannes Głowacz Marſchalcus Regni Pol. Stephanus Legatus ad Turcas, & alios quos in ſerie videre licebit. Non eſt igitur difficile ſalutem Patriæ vobis aſſcribere, vbi non eſt difficile virum fortem, prudentem, eruditum, & de Repub. optime meritum numerare.

Labor, Amor.

Monitorium virtutis eſt Crux.

MONITORIVM VIRTVTIS.

Crux cum filiis Conſtantini.

COnſtantinus M. auream Crucem cùm efformauerat, ſe, & filios ſuos ibi appoſuit, non in aliud, quam in monumentum virtutis. Sic enim Suidas: Crux ad partem Borealem foris ſtabat, auro illita in extremis rotundis pomis, vbi & ipſe & filij eius conſpiciebantur aurati. Sed aliud quoque me monet, vt crucem monitorium virtutis referam. Deuotus quidam miles Vualterus nomine, B. V. Mariæ cum inuolue-

inuolueretur quodam peccato Cruce communitus fuit. Celebranti namque Sacerdoti Sacrificia incruenta, aurea Crux ſub Calice apparuit cum chartula, in qua hæc. Ex parte Mariæ Matris Chriſti militi Vualtero hanc crucem defer. Facit. compungitur miles, & fune collo impoſito ad altare B. Virg. ſeſe illi mancipauit. *In exemplis Cæſarij.* Plurimis ex vobis Crux veſtra o Succeſſores Dembroti in monitorium æternum fuit: quocirca & in Sanctos pij, & in Patriam officioſi, in Eccleſiam deuoti, in pauperes liberales, in domeſticos beneuoli extiterunt. Hinc dogma creuit Iacobi de Sienno Epiſcopi Cracouien. humilitatis ac virtutis plenum.

Militi B. V. deuoto Crux.

Qui me felicior eſſe
Expetis, ad ſummos ne properato gradus.

Sed quia aliqui ſunt, qui Crucem hanc ad ſimilitudinem Crucis Chriſti efformatam, aduerſo cruci dogmate, fædiſsimoque blatratu Rakouiæ, & alibi locorum conſpuerunt; nec in in monitorium virtutis promouendæ, & Eccleſiarum antiquorum prædeceſſorum morem inuigilare cæperunt, omnis benedictio Dei ab ipſis amota eſt, & miſerè perierunt. Vt bene Plautus notandus reliquis eorum eſſet.

Crucis blaſphemi pereunt.

Tum demum nos homines noſtra intelligimus bona,
Quum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.

Et Pindari.

Antiqua gratia dormit, homines autem ſunt ingrati.

Meritas Perſæ admiſſorum pœnas dedere Zenonis Imperatoris temporibus. Recogitarat enim Perſarum exercitus in Cæſarea ſigna (quibus affixæ pendebant oſtendebanturque pacis inter vtramque gentem initæ conditiones) præceps ruere, ac conuellere, verum ex improuiſo in præparata à Romanis foſſa, Rex & exercitus intercepti, & reliquiæ fuſæ & profligatæ ſunt. *Paradinus in Sym. Heroicis.* Crux veſtra eſt ſignum Cęſaris ſupremi, in quibus pax inter vos & Deū inita cōtinetur, qui ea doloſè conuellit, extirpatur: qui & ſalutaria amplectitur, benedicitur, ſaluatur. Nam etſi ſol & ſceleratis & bonis oritur, & mare piratis & nauigatoribus paret: illorum tamen terminus in exitium, iſtorum verò in vitam.

Pacis conditiones lacerata.

O factum iuſtè: ſic rident lumina iuſtis,
Inuidiâ iniuſtis luminâ fracta, dolent.

FAMILIA ARMORVM DĘBNO.

S*Trenuus miles genere Scytha Dębno, ſeu Dembrotes. Anno* 1244. *Quem Stricouius* lib: 13. Cap: 2. *Dowoinam dicit. Demetrium cuius filius Laſan Iudex terræ Cracouień. multa priuilegia referunt.*

T Oleſniccij

Oleſniccij, *Dobieslaum Palat. Sandomirień. Epitaphium refert in monte S. Crucis caluo,* 1440. *de Oleśnicá, qui ex filia Demetrij de Bożydar Catharina reliquit filios, Ioannem Caſtell. Leopol. Petrum Venatorem Sendomir. Paulum, Iacobum Archiepiſc: Gneſnen. Dauid Archidiac. Sendomir. Demetrium Præpoſitum Scarbimirień. Andream Succamerarium Sendomirień. Matthiam, Sigiſmundum. Victorinum Sbigneum & Martinum. Filias verò, Catharinam, Eliſabeth. & Dorotheam, conſortem Ioannis Koniecpolſki, Cancell. Regni Pol. Ioannes filius Iudicis Cracouień. Pater Reuerendiſſimi Sbignei Cardinalis & Epiſcopi Cracouień. & Ioannis Palatini Sendomirień. Erat horum Pater Marſchalcus Regni,* 1436.

Sinienſcij *de Oleśnicá, Iacobus Archiepiſc. Gneſnenſis ab Oppido Sienno, nominatus genitor ſuus Sienienſki. Hic pro Eccleſia Dei, & ornatu Archiep. ſui plurimum laborauit, cui Ianicius ſubſcripſit.*

Vir pius, & patiens, non longam pronus ad iram,
Qui ſortis varium pertulit imperium:
Struxit Adalberto de marmore Mauſolæum,
Dignus qui tantum conderet vnus opus.

Sbigneus *de Oleśnicá, Artium Magiſter, poſt ViceCancell. Regni, tum Epiſc. Włocłáuień. demum Cracouień. poſtmodum Archiep. Gneſneń. Hic Eccl. Cracouień. terram Seuerień. à Venceslao Duce Teſſineń. pro ſex millibus marcarũ latorum groſſorum emit. RR. Patres Bernardinos in area ſui germani Cracouiæ conſtituit.* Miechouius lib: 4. *Eccleſiam Sadeciæ fundauit. Et plurima alia beneficia contulit. Vnde Ianicius:*

Magnanimus vindex Patriæ, pietatis Aſylum
Pro grege qui geſsit prælia iuſta ſuo,
Huic ſimilem fas eſt nobis ſperare Poloni?
Nunquam Sbigneum qui ſuperabit, erit.

Dobeſlaus *de Oleśnicá, Palat. Sendomir. Ioannem Głowacz Marſchalcum Regni & Palat. Ruſſiæ reliquit, ex illo Andreas & Ioannes. Ioannes reliquit Petrum & Stanislaum, Petrus partita bona Patris cum fratre accepit, Oleſko, Załoſce, Podkámienie, quæ bona cum filiabus ceſſerunt alijs familiis. Stanislaus acceperat bona Złoczow, Lopáczyn, Stolpin, ſed poſtmodum Regi ceſſit, Sienno à quo Sienienſcij in Sienno. Andreas Głowacij filius, Dominus in Rimanow & Chroſtiná ex Kulikowſka hærediſſa in Gologory, reliquit Victorinum & Ioannem, qui Pomorzany emerunt. Victorinus ex hærediſſa in Buczac, reliquit Victorinum & Sbigneum Caſtellanum Sanocenſem, qui reliquit Ioannem Caſtell. Halicienſem, Legatũ ad Imperatorẽ Turcarum. Rothmag. in Moſcouiam; qui vt copias ducit, moritur, relicta prole ex Paniewſka, filia*

ſka, filia Capitanei Zydacouienſis. Alterum filium Nicolaum Succamerarium Sanoceń. Oratorem, occiſus à Kamienieccio, reliquit filium ex Stárzechowſka, filia Palatini Podoliæ, Stanislaum & Sbigneum. Dauid Magnus in Exercitu, haſta ad Obertin vitam finiuit. Nec diſſimilem filium reliquit Ioannem, erat enim & conſilio & virtute, in Legationibus cum Valachis, & in expeditionibus publicis præclarus. Sed quis tam ampliſſimam domum, ac Senatorum dignitate ſplendentem enumerabit. Ab anno 1244. ad annum 1577. continuos Senatores habuit, & habet. Sed inter alios Sienieńſcios, Ioannem Archiep. Leopolienſem referre dignum eſt, cum marmor de illo Leopoli ſic referat.

Dic mihi quo titulo, vel quo ſit nomine dignus
Hic, cuius tumulus nobile corpus habet:
Hic fuit à Sienno, claro de ſanguine cretus
Ipſe Ioannes, dextra animoque potens.
Acer in Arma, Getas, Moſchum, Turcamq; ferocem,
Fudit, Obertini prælia magna tulit:
Qui genitor vidit natos, nataſq; nurusq;
Diues opum magnis, diues amicitijs.
Qui poſt Caſtellanus erat magnuſque Senator
Sarmatiæ, ex oris vrbs Halicia tuis.
Qui deductus erat, grauis hanc Antiſtes in vrbem
Miles erat, Pater, & denique Præſul erat.

Potworowſcij *doctrina & pietate excellentes.*

Sulimowſcij *de Mileiow, ex Dobcslao Głowacz, Marſchalco Regni, procedunt. Rothmagiſter S. R. M. annis multis, ac demum in Turciam Legatus vnus fuit, qui Conſtantinopoli agebat plurima negotia pro captiuis, redimerat & Sacerdotem Ordin. Prædicatorum ex triremibus. Habent ſtatiua ſua in confinibus Regni ad Vinniciam expectationis optimè adoleſcentes.*

Czermienſcij *cum eiſdem Sulimouijs confinia tenent, æmuli in virtute & pharetra.*

Stoiewſcij *in Palatinatu Siradienſi, antiqua familia.*

Pozowſcij *in Palat. Sendomirień. Stanislaus in caſtris Ducibus Exercituum dilectus, & in ſcientijs bene verſatus, conſilio ſano celebris.*

Czáykouij *in Sendomirień. Palat. Ducibus in Oſtrog ſub ſignis militaribus obſequia ponebant, aliqui in captiuitatem Scythicam deducti.*

Nádkowſcij *in Præmyslień. terra. Iuſtitiæ cultores, militarem obſeruăt.*

Czyminſcij *cum Sulimouijs & Potworowſcijs vicini, tàm poſſeſſione, quàm virtute.*

Skronski Pętrus, *ad omne ac ſingulare bonum & honeſtum, aptus & promptus vir.*

Plurimas fortè domos & familias quas non enumerauimus reperies in Regno, ſed his adſcribere Lectori licebit.

DĘBOROG.



DELINEATIO.

EST truncus quercinus vetuſtate conſumptus, terræ radicibus firmatus, ex cuius medio prodeunt duo cornua ceruina.

ORIGO.

AVGVSTVS Rex Poloniæ dum recreat animum venatione, venator illius diligenter dum obſeruat inter arbores & arbuſta feras, conſpexit à longe cornua Cerui, recreatus putabat ſe inueniſſe ceruum, ſed cum diſponit retia, & venaticos canes, non Ceruum, ſed naturæ monſtrum quoddam cornua è trunco quercino producta comperit. Aduocat itaque Sereniſſimum Regem, qui plurimum recreatus tam re nunquam audita nec viſa, Venatori eiuſmodi truncum cum cornibus Ceruinis in ſignum Nobilitatis Regia benignitate contulit.

MAXI-

Digitized by Google

MAXIMA FORTVNARVM.

MAgnis coniecturis ſtatuebant antiqui fortunam, quapropter nedum diuerſis figuris fortunæ potentiam figurabant, ſed diuerſis quoque vocibus, nominibus exprimebant, nunc perpetuam, nunc ſtabilem, nunc talem & tantam vocitantes. Vnde maiores noſtri omnibus rebus agendis præfabantur. *Quod bonum fauſtum fælix fortunatumq́ ſit.* Hinc mos ſolennis Perſis fuit, vt de nulla re graui & ſeria quicquam prius ſtatuant eamque auſpicarentur, quamprius oratio & colloquium religioſe haberetur, *vt refert Cedrinus.* Quapropter & Iſocrates ad Dæmoniacum. Si velis tibi parare (*inquit*) amicos, bonum quid dicito apud illos quod aliquis illis renunciet, nam principium amicitiæ laudatio eſt. Magna equidem tribuebant fortunæ, quam & reuerenter habebant: ſed maxima fortunarum ipſe Deus eſt, omnium creator, conſeruator, auctor. Cur tam mirandum naturæ Cornua è quercu non demonſtrauit alteri venatorum Deus, niſi prædicto ad Regem venatori? Quia Deus tám ſuaui medio diſpoſuit ipſum ad maximam fortunam, honorem, titulos & nobilitatem, vnde Horatius de fortuna: *Fortuna fortunarum Deus.*

Fortuna ſæua læta negotio
Ludum inſclentem ludere pertinax
Tranſmittat in certos honores
Nunc mihi nunc aliis benigna.

Et Chriſtianus Pòëta ita de Deo

Tu Deus ex alto qui proſpicis omnia cælo
Quiq́ vides maneat quanta ruina tuos.
Conſule militibus ſacris & conſule templis
His ducibus prohibe bella cruenta geri.

Quæ familiarum his armis inſigniretur, animaduertere non potui. Sed ſi qua familia ſupereſt, lector æqui boniq́ conſulet.

DOŁĘGA.



DELINEATIO.

Solea cum cruce & ſagitta.

EST ſolea alba ſupra quam crux eiuſdem coloris, In cuius concauitate eſt ſagitta pennis tangens ſoliditatem ſoleæ. In campo ceruleo. Supra galeam vulturis ala, per cuius medium ſagitta.

ORIGO.

HAbet originem ab Iaſtrzembſciorum Armis, ſicut & omnes ſoleæ. Militi ſic vocato Dolega, de armis Pobog collata, dum hoſtem Pruſsicum fortiter dimicando, eorumq; cuneos ceu ſolido incude, forti & inuicto pectore inuadendo, illorum Ducem è baliſta interemit, ac victoriam Boleſlao Kriuouſtio porrexit. Sed in Regno ab Arnoldo Epiſcopo Poſnanienſi circa Annum 1162. & conſanguineos ipſius clara extiterunt. *Addit Paprocius Anno* 1414. Iagello Rex Poloniæ in Comitijs Hrodlenſibus, eadem arma viro Lithuano Monſkwilto conceſsit.

Monſkwilt.

NEMINI CEDO.

FÆlix inſcriptio, at non communis. *Appianus de Caſſio Romanorum refert:* Cum exercitus Parthorum ſagittis cæſus eſſet, Caſ-

ſius

ſius reliquias ad ſe confugientes ſeruare conabatur: *Admonet Chaldeus.* Tantiſper pertrahe tempus, dum luna ſcorpione decurſo ſagittarium attigiſſet. *Cui ille:* Magis ſagittarium metuo, quam ſcorpionem, habuit cui cedat. At Dolega noſter: Nemini cedit, non enim ſcorpio, & ſagittarius nocet, cui præſidio Mars, cui ferreum pectus, cui munitio crux. Omnia poſſum in eo, qui me confortat, dicebat expertus Apoſtolus. Et Dolega nemini cedit, quia omnia poteſt, qui virtutem ſuam fide & cruce firmat. *Paradinus in Simbolis Heroicis:* Virum conſtantem integerrimum & cordatum ita efformauit. Poſuit incudem in quem ſagittæ tentant, ſed franguntur. Quare inſcipſit: INFRINGIT SOLIDO. Me hercule, quiſquis Dolegios cædere coëgerit, infringet ſolido, ſunt namq; & virtutibus clari, & pietate inſignes, & conſilio graues & ſapientia ſtrenui, ſunt ore & re proficientes, Patriæ, Regi, & Regno. Alij namque ex illis erant Cardinales S. R. E. Alij Epiſcopi, & Senatores Regni, alij theſaurarij, alij Palatini, Legati ad Turcas, varijque officiales, vt in ſerie videre licebit, & omnes digniſsimi. Vt de ipſis liceat dicere, quod de Aureliano Venantio dixit Caſsiodorus. In ipſo ætatis, ingenij, virtutis flore, ſpes publicas ſtatim fulcire cæperunt.

Sagittarius & Scorpio.

Incus cum ſagittis.

Spes publica in flore ætatis.

STEMMA VIRTVTIS SOLIDÆ.

SOlidi acuminis rem narrat. N. Clau: Parad. Cum cultellum Philoſophicum, longa mora temporis adinuentum notat. Erat inquit tantæ ſoliditatis & acuminis, vt incudem per medium ſecaret. Ego verò dum ſtemma Dolegiorum conſidero, ſolidæ virtutis ſtemma non immerito dico. An Sancta Crux, non ſtemma virtutis ſolidæ? Agnes virgo de Ordine ſacro Prædicatorio ſancta in teſtimonium ſit, quæ cum oraſſet ſacer habitus rore in modum crucis cælitus conſpargebatur, & violæ ex loco orationis emicabant. Et veſtra crux, quæ ſoleam opponit ardenti ſagittæ, profectò ſtemma virtutis erit. Referebat Licoſtenes de equite quoddam. T. Labieno de præda Gallica ſtrenuo equiti Romano, aurum donauit. Videt Scipio & ait: Habebis donum viri diuitis, & eques aurum abiecit. Audit poſt à Scipione: Imperator te armillis argenteis donat: alacer cum gaudio abijt, accepit. Aurum abiecit, honorem amplexus eſt. quid

Virtus ſolida in milite. Non aliud talia Dolegiorum arma expræſſerunt quam virtutem ſolidam. Quid enim crux, ſolea, ſagitta, ala vulturis cum telo? Sunt hæc pietatis ſpecimina, fortitudinis inſignia, victorum trophea, perennitatis monumenta. His iuſtructi milites Sierakowſcij, Iaſtrzembſcij, Kowalewſcij, Patriæ murus & ante-

Cultellus Philoſophicus.

Crux ſtemma ſolidæ virtutis.

Aurum pro honore abiecit.

Solida virtus in milite.

Digitized by Google

LINEA FAMILIÆ DOLEGIORVM.

ARnolphus *Epiſcop. Poſnanien.* de quo Cathalog. *qui obijt anno* 1162. *Alexander Epiſcopus Plocenſis, qui Eccleſiam ibidem B. V. M. è lapidibus extruxit, obijt* 1166.

Echo è Sarcophago piè demortuorum.

In vita viuum Chriſtum comitabar euntem:
In tumulo poſitum, mortuus ecce ſequor?
Et velut ille polos ſuperata morte meauit,
Scandam cæleſtes ſic rediuiua thronos:
Quisquis es hæc tacitâ tecum qui mente reuolues,
In tumulis etiam tædia nulla feres.

Laſoccij, *Nicolaus Decanus Cracouień. in Concil. Baſilień. legatus. Electus Epiſcopus Poſnanień. De quo* Cromer. lib: 21. *vir ingenio, ſolertia, doctrinaq; ſingulari potens, cuius conſilio Ioannes Huniades plurimum vſus fuit, vt fertur: Vixit anno* 1439. *Nicolaum alterum ibidem* Cromer. *Theſaurarium Curiæ Regalis meminit. Anno* 1443. *Nicolaum tertium Epiſcopum Vroclauienſem, Cardinalem S. R. Eccleſiæ, Epitaphium in Caminenſi Eccleſia offert. Anno* 1450. *Georgium Vexilliferum Dobrzyneń. & Ioannem Contributionum Regni exactorem, ſub anno* 1436. Papr. in Nido *meminit. In Dobrzynenſi terra Laſoccij à Laſotki, Iacobus qui notat familiam à Brzeżie, Caſtell. Lęczyceń. qui ex Leżeńſka reliquit Ioannem, virum ſingularem, virum in ſtudio Martis, & Iacobum Præpoſitum Brzeżineń. Germanus verò Iacobi Stanislaus Succamerarius Lęczyceń. ex Bábſka reliquit Stanislaum, Abrahamum, & Ioannem, qui ex Sacramentali Matrimonio ſuſceperant optimè ſpei prolem, conſiderarunt namq; quod*

Viuere non verum eſt, vitam traducere longam,
Si poſcis verum viuere, viue benè.

Chriſtophorus tertius illorum frater Capit. Goſtineń. reliquit ex Sczawinſka filium & filiam, Myſcouio conſortem. Satis magno decori Reipub. & Patriæ Domus Laſoccia vſq; modò permanet, permanebitq; dum memoria nimisq; celebrabunt illud dogma ſancti Spiritus, 2. Paralip. 20. Si quæſieritis Dominum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

Kretkowſcij *in Dobrzynenſi terra, Ioannes Palat. Breſteń. vt* Priluſcius in ſuo opere, lib: 2. cap: 2. *Nicolaus etiam ibidem Palat. vt* Priluſcius lib: 1. cap: 2. *Reliquerat filium Eraſmum Caſtell. Gneſnenſem, Legatum in Turciam, regnante Auguſto Rege Pol: Vir magnæ æſtimationis,*

Digitized by Google

tionis, virtutis & gloriæ, cælebs obijt. Alij filij eius Andreas & Laſota domi pacem, quam bellum in campis magis elegerunt. Gregorius Germanus Nicolai, Caſtell. Breſteń. Reliquit optimæ educationis, & maiorum gloriæ, zelantes ſucceſſores. Contra Moſchos, Gedanenſes, alioſq́; Patriæ hoſtes, ſtrenuos milites, ſic vinctus & nitidus miles in primo puluere deficit, fortior autem, ex confragoſo venit, ait Seneca. *Eraſmus Kretkowſki, Archidiaconus & Officialis Generalis Cracou. Secretarius S. Regiæ Maieſtatis.*

Srzenſcij *in Palat. Płoceń. notant familiam ſuam à Socolouo. Stanislaus Palat. Maſouiæ, vt Epitaph. in Eccleſia Srzeńſceń.* Illuſt. & Mag. D. Staniſlaus Srzenski, Palat. Maſouiæ, dictus Grad. *Obijt* 30. *Mart.* 1636. *Eius filius Fælix Palat. Płoceń. Malborceń. Viſneń. Lomzenſis Capit. Cuius Epitaph. ibidem.*

Fælix Srzenski à Sokolouo, Palat. Plocenſis, Marieburgenſis, Viſnenſis, Lomzenſis Capit. pietate in religionem ſingularis, ac in Reip. adminiſtratione, prudentia, fide incredibili, &c. *Super Sepulchrum verò inciſum eſt.*

Vixi Patriæ, volui, feci honeſta, vtilia, iuſta, his defunctus poſteriorum exemplo hic quieſco, Clarus auis factiſque meis poſt funera viuam inclyta, defuncto fama ſuperſtes erit. Nec primus, nec vltimus, omnes me anteceſſerunt, omneſq; ſequentur.

Reliquit primam filiam Dźierzgouio, Capitan. Sochacouień. nuptam, quæ filiam Maćieiouio Capit. Zawichoſt. nupſit. Alteram Fierlegio Caſtell. Lublineń. Capitan. Sendomirień. Obſcruet igitur relicta tempori poſteritas, quod Socrates monuit. *Neq; frumentum pulcherrimum iudicamus, quod in pulcherrimo agro natum eſt, ſed quod commodè nutrit: neq; virum bonum & ſtudioſum, aut amicum beneuolum, qui genere clarus, ſed qui moribus egregijs fuerit.*

Narzymſcij *in Zawkrze. Nicolaus Caſtell. Sierbſceń. qui ex Goſtonowſka Palatini Rawen. ſorore reliquit filios Reip. optimè meritos Ioanem & Nicolaum. Thomas eius Vterinus Caſtell. Płoceń. Reliquit ex Mdzewſka bonæ educationis poſteritatem, quæ adulta claris virtutibus familiam adornauit. Manifeſtum enim eſt, quod benè nati, ſi benè etiam educantur, neceſſariò ad virtutem perueniunt, vt* dicebat Plato in Alcib.

Sobieiuſcij *in Cuiaueń. & Płoceń. terra. Notant ſuam familiam à Stározrzeby. Albertus qui iuuentam bellicis ſtudijs exercuit, & Regem Sarmatarum Ioan. Albertum poſt cladem Bucouianam ſtrenuè tutatus eſt. Obijt* 1528. *Hic ex Eliſabeth Lękowſka reliquit Albertum Epiſc. Premyslień. qui obijt* 1580. *Varſauiæ ſepultus. Alterum filium habuit, qui duas filias Craſinſciam & Ciemniewſciam ſuſceperat.*

rat. Martinum & Matthiam Epitaph. dicunt, vt Paproc. adnotauit. Martino & Matthiæ Sobieiuskim à Stározrzęby, fortiſsimis iuuenibus, quorum alter in bello quod Sigiſmundus Rex primus cum Pruſsis grauiſsimum geſsit, dum arcem Gutſtat ſuæ fidei creditam fortiſsimè tuëtur, hoſtium tellis confoſſus occubuit. Alter in Ludouici Regis Vngar. exercitu, vna cum Rege ſuo cecidit. *Adnotet igitur ſuccedens poſteritas, quod virtus recens antiquiore melior eſſe videtur, & vnumquemq; plus à patre ſuo quàm ab auo accepiſſe, præſtat autem, ſi quis ipſe virtutis amator ſit, quàm ſi talem auũ, aut alium ex maioribus habuerit.* Ariſt: in lib: de Nobilit.

Dobrzykowſcij *in Płocenſi Palat. qui cum antiquitate familiæ, clariſſima gloria fulſerunt. Stanislaus, quem mundo edidit Wolſka, Płoceń. Epiſcopi ſoror, in exteris nationibus magna exercitia iuuentutis cum probitate collegit, linguarum Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ peritiſſimus, ad confines Regni Reges ſæpius ab Auguſto Rege legatus, Capitaneatu Pultowſceń. condecoratus fuit. Hinc poſteritas colligat, quod veriſſima nobilitas ſit, ſimilitudo ſecundum virtutem, fortitudinem, & iuſtitiam.*

Mazouieccij *in Dobrzynenſi terra. Hi ob litterarum ſtudia, & grauiſſimos mores, diuerſis dignitatibus fulſerunt: Quocirca Boleslao Principi Anno* 1441.*grati fuerunt, & Iacobus in Bucouiana clade ſtrenuè euaſit, & cum Supremo exercituum Duce Tarnouio ad Orſſam glorioſè pugnauit. Reliquit filios Martinum, qui in Cracouień Palat. matrimonium elegit cum Staſſkowſka, & Bartholomæum diuerſarum nationum ſtudioſiſſimum, qui ex Moſſczynſka Dapiferi Dobrzynen. filia ſuſceperat optimè indolis prolem. Lupum cognomine Mazouieccium Hiſtorici dicunt, qui & hoſtium ſtrages, & virtutum integerrimus obſeruator fuit. Reliquit non diſſimilem poſteritatem.* Ita Aquila non degenerem producit columbam,ſed fortes creantur ex fortibus.

Kámienſcij *in Dobrzynen. terra: Canonicum Vladislauien. ibidem Epitaph. habet. Laurentium Vicecapit. & Iudicem Cauſ. officij, Plonſcium coluit. Exercitus quoq; Regni Pol. ad Cumeyki contra Koſaccos rebelles, ſtrenuum ac infracti animi virum, ſub ſignis Illuſtriſſimi Campiductoris Nicolai Potocki, Kamienſcium conſpexit & admiratus fuit. Non enim inchoabant genus ſuum, ſed longè inchoatum virtute & factis illuſtrabant.*

Dluzniewſcij *in Płocenſi & Ciechanouienſi diſtrictibus & Palat. Demonſtrarunt Patriæ & Sereniſſimis Regibus, & vnde nati, & qui, ac quales fuerint. Nati Nobiles, qui pro Patria & Regia Maieſtate, pugnare & mori, erant parati, & debitores.*

Digitized by Google

Vlinſcij *in Præmyslien. terra. Hi cum antiqua ſua proſapia hoc ſingulare coluerunt, vt quicquid haberent ſcirent & poſſent, id totum Patriæ conſecrarent. Hinc in bello fortiſſimi, in conſilio grauiſſimi, in Senatu prudentiſſimi extiterunt. In terra Cracouienſi ante hæredes in Magna Vlina. Ita litteræ diuiſiones bonorum inter Nicolaum Vice Cuſtodem Eccleſiæ Cathedralis Cracouien. S. Stanislai, & Fratres Petrum & Paulum* 1442. *teſtantur. Petrus Burgrab. Cracouien.* 1454. *Nicolaus Annæ Bal. reformat.* 1462. *Ioannes certam ſortem in Vlina vendidit,* 1492. *Transſtulit ſedem in Sendomirienſem terram, Chriſtophorus reformat Barbara Borowſka,* 1537. *Veniunt in Præmyslien. terram. Ioannes Iudex terræ Præmyslien. Chriſtophorus eius frater, reliquit ex Lipnicka, Petrum, Stanislaum, Procopium. Stanislaus erat Pocillator Præmyslien. Reliquit ex Czerna Ioannem, qui ex Cathar. Potocka Iacobi Palat. Braclau. Gener. Podoliæ filia optimæ ſpei reliquit filios. Altero matrimonio ex Sulimianká, quæ ante Ducis in Zbáráż conſors fuit, ſuſcepit filium Georgium. aptum tum ad Martem, tum ad graue conſilium, celebrauit cum Tyrávſka Anna matrimonium.*

Kobierniccij *in Plocenſi Palat. Quoniam nulla nobilitas inter malos eſt, ſed tantum inter viros bonos, Kobierniccij id quod pulchrum & honeſtum erat adamarunt. Hoc Sebaſtianus optimè demonſtrauit, dum militarem ſtrenuè amplecteretur, iſtud etiam alij oſtendunt, dum honeſtis dotibus vitam condecorant.*

Gálemſcij *in Dobrzyneń. terra. Dicebat quondam Sophocles:* In hominum genere vna produxit ex patre & matre lux nos omnes: neq; præſtantior alius alio natus eſt. *Hoc tamen affirmandum ſemper venit, dicam ego: quod vnus alio nobilius naſcitur, & præſtantius viuendo nobilior efficitur. Vnde Gálemſcij arte & armis præſtantiores effecti.*

Mákowieccij *in Dobrzynenſi terra laudatiſſimi, Patriæ & Reipub. conſilio, opibus, & viribus plurimum proficui, in Magno Ducatu Lithuaniæ gubernatores obuentionum Regalium fideles & vigiles.*

Moſtowſcij *in Plocenſi Palat. Erat familia hæc in qua vir viro præſtantior fuit. Neq; laudatur Nobilis qui vtitur dominis indignis, nec laudabitur vir, qui dies amittit otio ignaui.*

Kowalewſcij *ibidem. Dicebat Euripides:* Ex conuerſatione homines iudicabitis, & ex moribus Nobiles. *Illorum conuerſatio in caſtris, quapropter & in captiuitatem Scythicam deuenerunt, mores autem compti illorum, in honores & titulos ſpecioſos illos deduxerunt.*

Sluccij *in Ploceń. Palat.* Nobilitas in prudentia ſita eſt. *Docti Sluccij in campo Martio, ſapientes in Areopago, prudentes in Reipub. & Patriæ negotijs.*

Babiccij

Digitized by Google

Babiccij *ad Varſauiam. Aduertite quod manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate.* Eſdr. 8.

Sluzowieccij *Quidam ea differunt quæ differri non expedit, vbiq; ſunt præcipites, vbi res ſaniore conſilio indigent. Non differunt Sluzowieccij à teneris annis in bello & caſtris, demum quietam & honeſtam vitam obſeruarunt.*

Zaleſcij *in Łęczycen. terra. Qui conſilio ſe & ſua diſponendo, in aula Regia ſpecioſi, in Caſtris vigilantiſſimi nedum fuerunt, ſed & familiam ſuam adornauerunt.*

Mliccij *alias* Iármultowie, *in Płocenſi Palat. Mora omnis odio eſt, eſt tamen mora quæ facit ſapientiam,* ait Seneca. *Nam deliberare vtilia, mora tutiſſima eſt. Vtilia & honeſta elegerunt Mliccij, animum fidelem erga Regem, infractum erga hoſtem Patriæ.*

Kliczewſcij *in Zákrzewo, Stanislaus & fortiſſimus, & probatiſſimus miles. qui hoſtes fidei, ſimul duabus militaribus haſtis, & inuadebat, & expugnabat.* Optimè Eurip. in Electra.

——— haſtam.
Fortè brachium magis expectat, quàm imbecillum,
Nam in animo iſtud ſitum eſt, & alacritate.

Otoccij *in Siradień. terra. Aſſerebat Menander quod in agendo fælicitas, nobilitate præſtantior eſt. Non equidem improbandum eſt, ſi actio eſt nobilis, non mechanica, nam hæc corpora & animum corrumpunt, actio verò nobilis, & fælix & præſtantiſſima eſt. Qualis erit ſi patriam armis defendit, & conſilio adiuuat.*

Iáſtrzębſcij *in Goſtineń. Palat. Optimum quidem eſt ex parentibus clariſſimis naſci, ſed clariſſimos quoq; habere vitæ ſuæ fructus, multò nobilius eſt. Vnde Antigonus patris ſtipendia petenti filio, dixit: At qui ego non paternæ, ſed propriæ fortitudini mercedem ac præmia largior.* Homerus Odiſſ. 2.

Oſſowſcij *in Dobrzyneń. terra. Hi animo reuoluentes parentum nobilitatem, moribus ſuis proficiunt.*

Kozierowſcij *in Dobrzyneń. terra, & in Palat. Cracouień. cùm antiqua familia ſua meditantur excelſa. Egregia enim & inſignis nota eſt inter homines, bona ſtirpe naſci, nam & ſucceſſu augetur propter nobilitatis nomen hominibus dignis.*

Dyminſcij *in Siradień. Palat. Ipſa generis nobilitas ſpem facit quod futuri ſint, & Reipub. & militiæ amatores.* Eurip.

Sierakowſcij *in Dobrzyneń.* Dicebat Eurip. *Vidi generoſo parente natum, nullius eſſe pretij, & rurſus ex malis boni filij generantur. Hoc tamen educatio bona & exercitium virtutum efficit.*

Digitized by Google

Grábſcij. *Formoſus puer etiam ex malis parentibus gigni poteſt, at generoſus & virtuoſus, non gignitur.*

Rycharſcii *in Płoceń. Palat. numerant merita ſua. Nam quicunq; natura nullum habuerit ſibi bonum proprium, illi confugiunt ad monumenta auorum,* ait Menander.

Sklotowſcij. *Quia nullus locus vnquam diffinitus eſt, in quo omnes aut probi aut improbi gignantur, ideo probi Martem, improbi Saturnum, eligerunt.*

Oſtrouıccii *in Dobrzyneń. terra. Hi quamuis pauperes, non amittunt tamen patris ingenuitatem.*

Iaſienſcii *in Dobrzyneń. terra. Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo.*

Dziublewſcii *in Siradienſi Palat. Hi in exteris nationibus præcipuè Turcarum verſati, qualis erat Ioannes, Iuonia Valachiam tenente. Neque domeſticis curis contenti, ſed magis militari delectati, ſub Palat. Bractau. Stephani Potoccij ſignis militarem exercebant. Optimè ſpei progeniem in Pocutia reliquerunt.*

Zabienſcii *in Cuiauia. Qualis ſit vnuſquiſq; ſermone indicat. Sermo illorum verus, amicitiam colens, & paci conſulens.*

Wáldowſcii *in Pruſſia. Mens eſt hominibus magnum animæ frenum. Sit ergo vobis mens ſana & animus rectus.*

Ierzmánowſcii *ibidem. Optimum eſt honeſta cuncta nouiſſe. Nota eſt vobis & caſtrorum honeſtas, & iuriſprudentiæ authoritas, & decor pietatis.*

Bycháwſcii *in Lublineń. Palat. Antiquæ obſeruantiæ in papilionibus contra hoſtes Patriæ, legittimi executores. Hinc ſua Tyrocinia, ad Illuſtriſſimos Campiductores elegerunt.*

Czyndaccii *in Płocenſi & Rauenſi Palat. Faciunt ea quæ illis nihil obſunt, & ante factum deliberant, ideò probi, & exemplares, bonos affectus meruerunt.*

Roskowſcii *in Płoceń. Si rectè ſapias per omnia beatus eris.*

Radzimowſcii *in Płoceń. & Zákrzewſceń. diſtrictu. Cum nemo mentem alterius nouit, facta eius inſpicit. Clari igitur ſuis factis, & in actionibus præſtantiſſimi ſunt & fuerunt.*

Turſcii *in Mlauenſi terra. Qui aſueſcit ſeipſum, vt nuſquam ſit imprudens, & vir inſignis, & probus euadit.*

Bartniccii *in Ciechanouień. diſtrictu. Robur & murum & arma ſapienti prudentia præſtat,* dixit Pythago. *Eſtis prudentes in caſtris, prudentes in conſilijs, eſtote prudentes & in vita, ſic enim eritis prudentes & in morte.*

Dziedziccii

Digitized by Google

Dziedziccii *in Płocenſi Palat. Si ſapientiam iactas, vel vires, vel diuitias, ſcito quod vnus Deus eſt ſapiens potens, & omnifaciam diues. Sit vobis in his, Deus Dux gubernator & meta.*

Goreccii *in Siradień. Palat. Aggredere tardus agenda, aggreſſus age conſtans,* ſuadebat Biantes. *Sic veſtra fortitudinem aſſumunt facta.*

Hic vt colligere, ita addere licebit familias vlteriores, florentes virtutibus, vt Cruces & Sagittæ.

DOLIWA.

Doliua.



DELINEATIO.

SVnt tres Roſæ rubeæ ex quatuor foliis conſtantes, in campo ſtricto albo, inter duas quaſi lineas diametrales ductas per campum ceruleum: ſuper galeam, inter duas tubas, tres roſæ vna ſupra aliam, in modum lineæ perpendicularis.

Roſa tres rubea. Linea cum roſis.

ORIGO.

ACquiſita fuerant in Regno Poloniæ in Ducatu Maſouiæ, ſub arce Liua, vt *Longinus & Papr. referunt,* in bello contra Mazouiæ Duces. Nec mirandum, quod in bello cruento, non ſcutum, gladius, ſagittæ, vel aliqua bellici nominis inſignia conceſſa; nam antiquis Romanis conſuetudo erat, vt obſeſſi ab hoſtili manu, ſuis liberatoribus, coronas radderent de herbis, quales illo in loco tunc

Corona obſeſſorum.

me id quadrat de veſtris roſis tribus. Candidi in Baptiſmo facti, rubei permanetis amore Dei & proximi flagrantes in Chriſto, in vita media, virides verò de hoc onere carnis ad vitam decedendo. Vnde de Petro Falcouio Epiſcopo Crac: Chriſtoph Kantski habet.

Hic ſua dum peragit Regniq; negotia Romæ:
Perfunctus vita, cælica regna petit.
Quid ruis in lachrimas, ô Patria? quis magis illo
Felix? qui tua dum commoda quærit, obit.
Hoc etiam ſacris, quod ſit tumulatus in oris
Optatum magnis, contigit ante viris.

Ad odorem igitur veſtrum, Plinius in deſcriptione effectuum roſæ, ſit à vobis recenti memoria obſeruatus, ea quippe & in vobis obſeruanda veniunt: Roſa per ſe medicas artes præbet, emplaſtris atque collariis inſeritur, mordaci ſubtilitate ſuſurrum ad aures, oris vlcera, tonſillas, capitis dolores, febres & alia ingentia mala pellit, quibus corpus humanum ſolet ab interno calore conflictari. *Roſa medicinalis.*

REGVM DELICIÆ.

Regum deliciæ.

FLos roſæ, longe præſtat aliis floribus, quapropter inter flores Rex nuncupatur. Vnde Anacreontes: *Roſa rex inter flores.*

Si floribus vellet
Iupiter imponere regnum
Excellit roſa flores
Eſt veri Roſa curæ
Et gratæ ſunt ſuperis roſæ.

Merito igitur Roſas in delicias regales ponimus, atque per hæc inſignitos roſis in regales delicias vocamus & aſsignamus. Habent namque roſæ innatam & latentem vim conciliandi ſibi animos Principũ vt Pier. Valer. lib. 55. Cap. de Roſa refert: Habent & Doliuii edocti maiorum progreſsibus ac virtutum odore, vt in delicias regales veniant, in eisque primatum teneant, vt vix reperiatur ſurculus Doliuiorum qui inter delicias Regum non reſpiret. Hinc tantis Titulis Archiepiſ. Epiſcop. Palatinorum, Theſaurariorum &c. ornati: inſuper donis æuiternis donati fuerunt, vt Cathalogus Doliuiorum receſſet in Paprocio. Nec alicui vt fortuna proſpera roſa admiranda. Additum namque habet quoddam diuinum ad naturam roſa, vt cum pulchritudine ſanctitatem conferat. Refert Aelianus varia: Hiſt: lib: 12. hoc modo. Aſpaſiæ Virgini tumor teterrimus enatus, quem dum curare præ in opia non poteſt, in ſomnis viſio oblata in hæc verba, protulit. Valeant medici cum ſuis Pharmacis, tu verò roſea ſerta quæ iam attriuerint, cape, eaq; contrita tuberi impone. Executa eſt *Roſa conciliat animos Principum.* *Doliuii regum delitiæ.* *Roſa ſicca ſanat, ſanctificat.* *Tuber ſanatur roſa.*

Digitized by Google

Medicina à Deo. Roſa ſanata Regum ſpõſa.

tuber euanuit & Aſpaſia inter omnes adeo forma, vitæ honeſtate, & incorruptis moribus emicuit, vt primum Cyro Perſarum Regi, & eo interfecto Artaxerxi nupta ſit. Ea ſane ratione Doliuii, cum ſe roſeas animaduertunt, adhuc & virentes ætate, ſalutarem medicinam Patriæ, in bellis, tumultibus, offerunt; nam in eis natura, virtus, & fortuna facit compendium, & attriti ſenectute, Rempub. conſilio graui ſanant & medentur. Turpe namque putant in virtutis quæſtu negligentes eſſe, idcirco in regum delicias venerunt, ac regum delitijs augentur & creſcunt. Quaſi dicente Catullo.

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber.

Mors in vitam.

MORS IN VITAM.

Citatam ac celerem mortem ſatius roſa ſignificare videtur, ô Auditores. Caduca enim eſt gloria roſarum. Quocirca Virg.

Roſa cito decidit.

Quam longa vna dies, ætas tam longa roſarum
Quas pubeſcentes iuncta ſenecta premit.
Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.

Cita mors duplciter. *Bonis mors omnis bona.* *Cita mors malis terribilis.*

Sed eſt quod me horruit ne mortem citatam ominarer. Cita namque mors dicitur, quia vel vix natos & puberes eripit, vel quia improuiſa & ſubitanea eſt: vtrumque enim bonis & iuſtis viam vita porrigit Eccleſiaſtes: *Iuſtus quacūq; morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Vnde oranti quoque Deos matri pro filiis qui eam in Phanum reduxerunt ſuis viribus trahendo currum. Mors cita data eſt tanquam bonum & optimum mercedis. Sed peccatoribus & animo fracto abſtruſis curis cita mors & horrenda. Vnde in vitis Epiſcop. Cracou. de *Io. Luteco. Kantſcius* habet:

Sunt tibi cum ſocio plurima ———
Vt pote mors ſubita, æs alienum grande, ſuprema
Abſque ſalutifero pene peracta via:
Sic ceſſit vobis iniuria facta Iacobo
Fortia pro iuſtis, ſic gerit arma Deus.

Mortem igitur vobis ex fragili Roſa ominor, quæ omnes manet, quidem, vt *Ouidius Elegia* 8.

Fata manent omnes, omnes expectat auarus
Portitor.

Quibus mors ad vitam. *Flos campi.*

Sed non omnes manet ad vitam! at illos qui in vita exaltati ſunt vt Roſa in Iericho, hoc eſt, qui odorem ſuauem ſparſerunt ore, manu, corde, ad Deum, ſanctos, & proximos. Vobis, ô Doliuii, omen hoc:

Aurea fulgeat roſeis aurora capillis.

Aquila,

Digitized by Google

Aquila exponendo locum *Ego flos campi*, in Cant: dicit: Legunt Hebræi *Ego ſum Saron.* Saron eſt campus inter Ioppen & Cæſaream, cuius roſæ pulchritudinis decore, & odoris fragrantia, omnes longe antecellebant. Campus veſter nihil habet præter roſas, curandum & vigilandum erit, vt pulchritudine & odore excellatis, ſicut tot tantisque viris & titulis excelluiſtis. Ita Mors erit in vitam Roſasque ſpargemus veſtris ſepulchris.

LINEA FAMILIÆ DOLIVIORVM

PHilippum *Epiſc. Plocen. Cathalog. refert Vladislai primi temporibus, Anno* 1100. *Erat maximus elemoſinarius, vitæ ſanctitate, & munere paſtorali inſignis. Martinum Epiſcopum Poſnanienſem idem ad Annum* 1102. *refert. Laurentium Epiſcopum Wrocla-uień.* Dlugoſſus meminit: *Anno* 1231. *Ioannem Epiſcopum Poſnań.* Cathalog. dicit, *virum humanitate eximium, Anno* 1270. *Alterum Ioannem Epiſcopum Poſnanienſem, refert* Cathal. 1323. *Petrum Epiſcopum Cracouień.* refert Cathal. *Anno* 1347. *Vice-Cancellarium Regni. Erat vir tam nobilitate, quàm virtuoſis operibus inſignis. A Caſimiro Rege legatus ad Sanctiſſimum in Galliam. Auinione mortuus* 1348. *Kantſcius verò Romæ mortuum dicit, quem ordine* 27. *refert, & Falcouium cognominat. Ioannem Luteciumſeu Lutco* Kantſcius refert, *Anno* 1464. *Epiſcopum Crac. Vincentium Cardinalem Archiepiſc. Gneſneń.* 1438. *plurimi referunt. De quo Ianicius:*

Effuſus donator opum, ſumptuque ſuperbo,
A menſa ſtomachi languidioris erat.
Hunc noua Cardineo texit fortuna galero,
Sarmatico nulli quod dedit ante viro.

Scythſcij, *de Ioanne* Cromer. lib: 17. *In expeditione ad Coronouiam, euocantem ſuperbè ad duellum Conradum Nemcium Sileſium equo deiecit, captiuum reddidit, & victoriæ futuræ ſigna non immodica commonſtrauit.*

Sreckowſcij, *De Ioanne Albo* Miechouius lib: 4. Anno 1463. *Hic dum Militum Dux in Exercitu Matthiæ Regis Vngarorum eſſet, quatuor millia Turcarum fudit.* Cap: 62. *Notabant familiam à Sreczkow.*

Mieloſláwſki *Petrus cum Vitoldo contra Scythas fortiſſimè pugnando, occubuit.* Dlugoſſus Anno 1391.

Rozrażewſcij. *Quorum familiam antiquiſſimam & ſplendidiſſimam litteris ſuis Stephanus Dei Gratia Rex Poloniæ magnificè declarauit.*

X 2 Primum

Digitized by Google

Primum ex litteris authenticis Illuſtriſſimi Boleslai Ducis olim Poloniæ de data 1270. *vbi titulo Comitum familia illorum inſignita eſt, & nominatur Suentomirius bonorum Rozrazeuo Dominus, Boſnone Comite natus, & Comes eſſe exprimitur. Ab his igitur Comitibus, continua generationum ſerie, Rozráżewſcij deſcendunt. Vnde colligere licet quod ante Boſnonem eorum familia cæpit, ſed vetuſtioribus illis & priſcis temporibus quia peregrinus erat litterarum vſus, difficile cognitu quis primitus eorum tali titulo inſignitus eſſet.* Datum Grodnæ 22. Febru. 1579. Regni 3. *Stanislaus Comes Caſtell. Rogozineń. qui reliquit filios tres, Hieronymum Epiſcopum Cuiauiæ lumen ob virtutem & dexteritatem rectitudini iunctam Eccleſiæ, Ioannem Comitem in exteris nationibus, & Regum aulis clariſſimum, virum morum grauitate, ingenio, doctrina inſignem, Chriſtophorum Capitan. Lęczyceń. ſtrenuum Rothmagiſtrum Sereniſſimi Regis Stephani, in multis expeditionibus clariſſimus fuit. Ornamentum & familiæ & Patriæ. In Moſchouia, ad Záwołoćie è tormento bellico vita priuatus eſt. Nec diſſimiles fratres patrueles, ſed virtuti, pietati, doctrinæ & fortitudini incumbentes, hinc Succamerarij Poſnanień. Capitanei, Palatini &c. in Maiori Polonia, quorum poſteritas commendata Eccleſiæ, Deo, & Patriæ, vſque nunc benedictione ab alto fulcitur & gaudet. Faueat vobis Dominus, vt quodcunque bonum & honeſtum imperat vobis animus, obtineatis.*

Soboccij *Magni in Regno & Senatu, Thomas Iudex terrarum Lęczycyæ, cuius filij Thomas Cancell. Regni, & Briccius Caſtell. Goſtineń. qui ex Brudzewſka reliquit Heduigim Comitis de Gorká, Palat. Poſnanień. coniugem.*

Lubienſcij *in Cuiauia. Marcum Palat. Breſteń. ibidem Epitaph. refert. Notant familiam de Lubin,* 1441. *ſuſceperat filios ſex & filias duas. Ieremias Lubieńſki, vir præcellentis induſtriæ, in Regia Auguſti Regis adoleſcentiam excoluit. Ex Lubieniecka, quæ ante coniunx Boruccij Caſtell. Conarień. fuit, reliquit prolem eximiæ ſpei. Adam florentiſſimum ſeculum Polonum, quem Sigiſmundo III. & Vladislao IV. regnante Lubieńſcij magnifice adornarunt, Matthiam Epiſcopum Cuiauienſem, & Germanum eius Stanislaum Epiſcopum Plocenſem, maximos in pietate, graues in Senatu. Monebat Periand.* Ea facito quorum te non pæniteat.

Stepczenſcij, *qui cum Lubieńſcijs ijdem ſunt, ſed quia maiores illorum Stępczenum ex diuiſione acceperunt, ideo ab illo denominati Stepczeńſcij fuére.*

Rzeſzowſcij *de Armis Pułkożic propriè ſunt. Sed cum linea paterna defeciſſet, & ſuperſtes de linea materna, illorum mariti vna cum poſ-*
ſeſſioni-

Digitized by Google

ſeſſionibus Rzeſſow, à plebe Rzeſſowſcij appellati ſunt, quocirca & armis Doliua, pro armis |*Pułkozic vti cæperunt. Kmithá namq́ in vxorem dum habet filiam Auguſtini Rzeſſouij, & ex illa ſolum vnicam dum ſuſcepit filiam, quam Moſciſſ de magna Coſmin de Armis Oſtoiá in coniugem habuit, atq́ hic etiam filiam ſolùm dum habet, quam Nicolao de Dębno in matrimonium conceſſit, poſteritas illius Rzeſſowſcij nuncupata fuit. Modernis igitur Rzeſſowſcijs, Nicolaus Caſtell. Miedzirzyceń. origo eſt, qui reliquerat Ioannem, Hic reliquit filios tres, ex quibus Nicolaus cum Láſká Palatinide Siradienſi reliquit Adamum, & filias, Zophiam Sepichowſcio Capit. Leżeyſcenſi matrimonio iunctam, poſtmodum Bieckowſcio, & Catharina Niewiárowſcij coniugem.*

Kłoczewſcii *in Sendom. Palat. Erant exercitatiſſimi & laudis auidiſſimi milites. Hinc Caſtell. Zauichoyſten. Capitanei Małogoſten. in bello Gedano vt cum Moſchis ſtrenui, vbi & vitam pro patria ponebant*

Zydowſcii *in Pałucis maioris Poloniæ Nicolaum Epiſ. Naturien. Suffra. Gneſnen. Abbatem Mogielnen. Epitah. dicit* 1560. *Vbi additur*: Perſuaſum habens ſummam ſapientiam eſſe memoriam mortis, viuens ſibi monumentum poſuit.

Adamus Zydowſki *magnus in Conſilio vir, & Iuris prudentiæ nobilis, exactiſſimus indagator, relicta opuſcula in iure teſtantur. Litterarum ſacrarum amantiſſimum, qui Theologiam & Phyſicam legendam iuxta mentem S. Thomæ Lublini curauit apud Prædicatores, & fundauit. Eius germanus reliquit prolem grauis armaturæ militem, ad ſigna Illuſtriſſimi Campiductoris Potoccii.*

Rikowſcij *de Riki in Radomneń. terra. Petrus reliquit Ioannem qui reliquit Fælicem, & Stanislaum homines vt moribus, ita conuerſatione omnibus affabiles. Bona tam parentis quam aui, inter ſe diuiſerunt. vt in Radomn.* 1554 *patet. Philippus Stanislai filius, ſortem ſuam paternam & maternam vterino fratri Ioanni donauit* 1597. *vt in Actis Radomn. Nam cum Philippus militarem à iuuentute elegiſſet, demum in Ruſſia ad Leopolim & Iauorow elegit ſua ſtatiua, & magnus æconomus, de bonis ſuis fundauit Conuentum Ordinis fratrum Prædicatorum & Eccleſiam de muro erigere cæpit. Reliquit ex Helizabeth Kráſuſka Venceslaum filium, quem à iuuentute Marti ſub ſignis Margrabij Myſkowſki conſecrauit.*

Sielniccij *in Palat. Crac. Quorum cum antiquitate familiæ hoc vnum menti fuit. Imitare honeſtum, vt optimi inter homines maneant. Plurimos ſeculum hoc ſtrenuos milites vidit, & Chotiniæ arcis præfectos ſtudioſiſſimos, & Reip. Polonæ optimè meritos.*

Digitized by Google

Goyſcij *in Podlaſia. Nec caſtra Regia nec aulæ magnificæ ſine his fuerunt. Optimum eſt enim eſſe ſocios illorum qui bene ſapiant.*

Bobrowniccij *in Sendomirien. Palat: Clariſſima domus & domi & in expeditionibus Caſtrenſibus. Optime quidam in Stob: reliquit: Vbi vitam honeſtam agis, illic mane, & omnia tibi fæliciter ſuccedent.*

Dzik *in Sendomirien. Palat. Pribislaum Caſtell. Zarnouien. referunt acta*, 1436. *Contra inſoleſcentes Coſacos miſſus cum exercitu auguſtæ memoriæ Illuſtr. D. Thomæ Zamoyſki ad Starzec, Dzik Vexillifer Braclau. Vir militia clarus & magnæ humanitatis.*

Trzeccij *in Maiori Pol. Hi per illuſtrem familiam dum adornare cupierunt, in Podoliam vbi continuus Scytharum incurſus, celeberriorem efficit virum, deuenerunt; poſt modum & manſiones ac matrimonia ſibi ibidem conſtituerunt.*

Wrzebſcii *in Brecen. terra. Inſtruebat quidam ex ſe genitum filium. Hoc tibi placeat, ne quid indecorum aut petulans committas, vt per omnem vitam tranquillitate fruaris. Tale ſtudium nobilem decet.*

Gorziccij *in Caliſien. terra. Lex & generatio ex claris parentibus, monitoria nobili primæua. Sed præcipua eſt lex Deus. Vnde quidam: Deus lex eſt, hanc omnino ſemper cole. Quod quidem Gorzyccius ſingulare.*

Skępſcii *ibidem, In omnibus quæ decora ſunt, obſeruatorem te ipſum ſtatue, ita namq; profectus virtutum accumulabitur.*

Zacharzewſcij *Reip. proficui tam in pace quam in bello. Mathias Rothmag. celeberrimus ad Orſam, & feliciſſimus. Rectè ſapientem, dolor fugit.*

Iamiołkowſcij *in Sierad. Sed verè ſunt Stronſcij. Sed à poſſeſſione Iamiołki, quam vnus Stronſciorum cum Liſowſka coniuge hærediſſa acceperat, Iamiolkowſcij nuncupati.*

Stronſcij *de Silnica Ioannes ex Maſłowięcka reliquit Aaronem, qui ex Victoria Lyſkowſka reliquit Ioannem ſalinarum in Wielicka adminiſtratorem. Lucam Notarium ibidem Petrum & Stanislaum Notarium in Cancell. Minori. Martinum qui cum Laſcio ad Oczakouiam vna cum Andrea fratre ſtrenuè decertauit.*

Zieleccij *in Sieradien. Palat. Sbigneum Caſtell. Rudcen. Habet priuilegium Anno* 1380. *Martianus qui cum Rothmag. Męzyk ad Polociam & in Moſchouia, audacem fortunam, viribus intrepidis ſubleuabat. Eius vterinus erat Carolus. Quorum poſteritas obſeruabit ob immortalitatis famam. Quod vtilium atq; inutilium termini ſunt, iucundum & iniucundum.*

Błotniccij *in Sendom. Palat.* Præmonuit Theognid. *Nunquam laudaueris priuſquam videris hominis ignoti affectum, animum & mores.*

At cla-

Digitized by Google

At clarum nomen Błotnicciorum ea facit, quorum non eos pœniteat.

Dzieczenſcij *in Caliſſ. Palat. Deus vnicuiq; animali arma dedit, àëream naturam auibus, magnã celeritatem roburque leonibus, tauris cornua, aculeos apibus. At hominibus rationem. Altum ingenium veſtrum, alta fert conſilia.*

Sleſzynſcii *in Belzen. Palat. Fortitudinem & prudentiam amplectũtur. Fortitudo enim cum prudentia iuuat, ſine prudentia verò magis lædit habentes.*

Kadłubſcij *in Maſouia. Multi falluntur ſuo conſilio, ſed qui conſiderat rem & poſtea aggreditur ipſam, non fallit,* ait Biantes. *Circumſpecti eſtis, ideo & in iure peritiſſimi, & in moribus laude digni.*

Głęboccij *in Cuiauia. Georgius ſtrenuus bellator cum Scythis & Turcis. In captiuitate detentum, Legatus Regni apud Sulimanum Andreas Taranowſki, liberum fecit. Albertus Pocillator Caliſſ. & Sec. Regius, ex magnanimo viro in campis, pientiſſimus in vita. Nobiles enim ex virtute & vbiq; nobiles ſunt, & ſemper.*

Klechowſcij *in Caliſſ. Prodit quod ex bono genere, id nobile eſt.* dicit Ariſt. de natura animalium, *ſed nobilius agunt, qui virtutibus natiuitatem illuſtrarunt.*

Dobroth *in Radomien. Cuiuſq; mentem tempus prodit. Veſtram in rebus agendis mentem, grauia conſilia, iuſta iudicia produnt.*

Boruchowſcij *Ioan. Archidiac. Crac. Canon. Gneſnen. Cui Kárnkowſcij tale Epitaph. poſuerunt. Iuris pontij ſcientia claro, ac morum integritate conſpicuo, ingeniorum ac virtutum fautori præcipuo, inopum & pauperum ſubſiduo, perpetuo religionis Chriſtianæ cultori.*

Brzezinſcij *in Cuiauia. Vt boni gubernatoris eſt, ventorum ſe mutationibus accommodare, ita ſapientis viri fortunæ. Nam fortuna reuerenter habenda.*

Paſzek de Goſtdwice. Huic Epitaph. Crac. 1572. *Canon. Crac. Montanus tale poſuit: Nicolao Canon. Wratislauien. viro acri, prompto ingenio, laborum patientiſſimo, negotiorum ſacroſancti Tribunalis Romani perito, Anno* 1572. *mortuo.*

DRIA,

Dria.

DRIA, aliàs MVTINA.



DELINEATIO.

Tres lapides.

SVnt in campo ſtricto rubeo tres lapides coloris flaui, quaſi inter duas lineas diametrales à dextra ad ſiniſtram deſcendendo, ſuper galeam ſunt in Corona tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

VEniſſe ex Burgundia per Bohæmiam in Regionem Poloniæ, *Hiſt. teſtatur*, cum milite Mutina dicto Bohæmornm Hiſtoriæ Germanos duos Comites Vilhelmum & Germanum ad Fratrem Regis Angliæ Richardum nominant, 1264. Alij Comites Cornubiæ fuiſſe dicunt, *vt Adrianus*. Verùm ſub Pudico Rege Polon. per Stanislaum Comitem, Anno 1266. in Regnum allata fuiſſe. *Anonimus memorat.*

VALOR

Digitized by Google

VALOR INSIGNIS.

MAximus valor eſt, & inæſtimabile pretium vnionum & lapidum pretioſiſsimorum. Cleopatræ Reginæ Aegypti, vnio *Valor inſignis* *Cleopatra lapides.* quam Veneri appenderat auribus Romæ, ducenta Quinquaginta Millia valebat, *Plutarch: lib*: 9. *Cap* 35. Nonii Senatoris proſcripti ab Antonio Opalis in annulo ſeſtertiis viginti millibus æſtimatus fuit *Plinius lib*: 37. *Cap*. 6. Sunt adamantini prætioſiſsimi lapides & diuerſi, ſed in comparatione ad lapides veſtros nulli. Illis namque & Venus impudica vti potuit: Veſtris ſola virtus. Illi vniones mortem inferre, & bellum poſſunt; veſtri vitam & pacem. Vnde Leoni Quarto *Leo 4. Imperator.* Imperatori Conſtantinop. cum gemmatum ferret caput, margaritarum vis, & Apoplexiam, & impræmeditatam attulit mortem, vt *Gemmatum caput mortem att.* *Plat in Paul*: 2. *Pont*: *Max*. Et Conradus Neapolitanus Princeps à Carolo Rege Neapolitanorum victus, etiam Agaſonum veſte indutus fugiendo, vitam ob gemmam in annulo turpiſsimè amiſit. Mortui ſunt & inanes omnes lapides; at veſtri ſunt viui, & valoris inſignis, omniumque pretioſorum lapidum & vnionum in ſe virtutem continentes. *Annulus cauſa mortis.* *Lapides pretioſi virtutem habent.* Colorem lapidum veſtrorum dum inſpicio flauum, offert ſe cogitationi lapis fuluus Perſicus, cui nomen Pyrites. De quo *Plinius lib*: 37. *Cap*: 11. *Solin*. *Cap*: 38. *Iſid*. 16. *Cap*: 4. & 11. Huic plurimus ineſt ignis, ita vt ſcintillet, & prementem ſe vehementius adurat. Similes nedū colore ſed virtute veſtros lapides video. Igniti namque ſunt in hoſtes Patriæ, & Regum ſuorum. Hinc plurimi ad Regum domicilia educati eſtis, hinc multi Comites ex vobis nominati. Alij in Patronos Regum Regnique diuinitus aſsignati. Nam Sanctiſsimum Bernardum illum mellifluum & deuotum cæleſtium contemplatorem, de Armis veſtris fuiſſe dicunt. Gemmarum igitur harum veſtrarum meritò inſignis valor anunciabitur.

ORNAMENTA PATRIÆ.

LApis Memmonis mirandus ſanè videtur, nam vt refert *Rodoginus lib*: 22. *Cap*: 5. Calculo percuſſus inſonabat, vt Lyra. Statua ex ipſo facta, ſole oriente, dum radijs percutiebatur, dabat voces: habet *Euſeb*. *Cæſar in Chron*. Lapides inſigniorum veſtrorum non minorem ſtuporem ferunt: obiecta namque cuiuſcunque oculis, ſonum imò voces proferunt. Illa quidem ſtatua, quas proferebat voces ſcriptores non referunt, at fortè ſuſpectas & calcandas, nam nato Chriſto piſce taciturnior effecta. At lapides veſtri omnium oculis obuerſi, voces has proferunt: Ornamenta Patriæ ſumus, filij Martis. Refert *Plutar. in Græcorum Apophț.* Cùm in

theatro recitarentur apud Athenienſem, hi verſus Aeſchilli:

Neq; enim videri, at eſſe ſtudet vir optimus,
Segetem profundam mente ſtudioſa colens:
Conſilia quando hic germinant ſalubria.

Oculos vertere. Totus populus in Ariſtidem vertit oculos, agnoſcens hoc laudis in eum competere. Non excipiendus profectò ab his inſignijs aliquis, cui illa non competant: at omnibus tribuenda hæc laus, quod ornamenta Patriæ, filij Martis ſint. Non enim ad Pudicum Regem, non ad titulos Comitum acceſsiſſe, eſt præſtantior via. Tales erant Oſieccij Comitum Tarnouien. amor, tales Orzelſcij, tales Radeccij, & alij quos enumerare ſuperuacuum eſt, niſi fortè illud Senecæ de fortuna volubili accidat:

O fortuna viris inuida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia diuidis.

CARDO DIVITIARVM.

Cardo diuitiarum.

Diuitiarum domus.

GVido Bonatus ita theſaurum diuitiarum ominatus fuerat Iupiter in domo quarta ſignificat augmentationem bonorum ex hæreditatibus, ex prædijs, ex theſauris abſconditis & inopinatis, vel ex rebus antiquis, & auferentur mærores ab hominibus, & venient eis res, de quibus poterunt lætari & gaudere, ceſſabuntque rixæ, & omne horribile. Vnde non immeritò lapidibus prætioſis in veſtris armis conſpectis, theſaurum nominabo. Tres namque hi lapides ſunt, quaſi domus tres, quarta verò poſſeſſor earum eſt. In hac ergo domo quarta, ſi Iuppiter ſtatoria poſuerit, diuitias theſauroſque innumerabiles ſperandos non dubito. Vnde *Prouerbiorum* 10. Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur eis aflictio. At vanæ ſunt hæ diuitiæ huius mundi. Argumentum eorum foris proijcietur, & aurum eorum in ſterquilinio erit, *dicit Ezech.* 4. Quapropter inſtruit D. Paulus *Timoth: 1. Cap: 6.* Diuitibus huius ſæculi præcipe, diuites fieri in bonis operibus, exponit intentum *D. Bernard. in ſerm.* nam veræ diuitiæ non opes ſunt, ſed virtutes, quas ſecum conſcientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Addit *Chriſoſt.* Illæ enim diuitiæ hæc conſequentia ducunt luxuriam, iram, intemperantiam, furorem, iniuſtitiam, arrogantiam, ſuperbiam, & omnes irrationabiles motus. Hæ verò diuitiæ, ſunt ſalutis, ex quibus ſapientia, ſcientia, & timor Domini, omnium theſaurus eſt. *Iſaiæ* 33. Tales diuitias commendo, qui his armis adornati eſtis, nam tres lapides has diuitias non alias ſignificant. Vnde deuoti virgini Margarithæ, de Ordine ſacro S. Dominici, ad diuitias animæ declaratas, tres lapides in corde diuinitus præcioſiſ-

Digitized by Google

præcioſiſsimi conceſsi, in quorum vno erat Imago Saluatoris, in altero B. V. Mariæ, in tertio Sanctiſsimi Patriarchæ Iozeph, quorum ſi vnus in ſtatera poſitus fuiſſet, tantum ponderis habebat, quantum duo. Mirabilis ſtatera, quia mirabile opus lapidum. His diuitijs locupletes, à morte non dilacerabuntur, dicebant Stoici optimè: Omnes ſunt diuites, qui cælo & terra frui poſſunt, *Cic*: 1. *offic*.

LINEA FAMILIÆ MVTINORVM, SEV TRIVM LAPIDVM.

WIlhelmum *&* *Hermannm fratres, Hiſtoria Reg. Bohæmici, ad initia religionis Chriſtianæ in dicto Regno meminit. Qui ædificarunt Monaſterium ſub titulo S. Wilhelmi. Apud Ricardum Comitem Cornubiæ, fratrem Regis Angliæ, ex hac familia Adrianus, qui & curauit in electione Cæſaris, Maieſtatis lauream, in perſonam Ricardi. Suatislaum Comitem* Anonimos Anno 1266. refert. *qui Ducis Pudici Cracou: in die Geruaſii & Protaſii, contra Suarnonem Ducem Ruſſiæ, Curiæ Regalis Præfectus exercitus fuit.*

Ziernіecki *in maiori Pol: de Zerniki. Ioannes Vexill: Poſnan:* 1467. *Petrum Caſtell: Cracou: qui reliquit Ioan: & Martinum ac filiam Margaretham matrem Philippi Padniewſki, Epiſ: Cracou: & fratris eius. Martino Sigiſmun: Rex priuilegium in Zerniki pro nundinis conceſſit. Ioan: & Petrus Canonici Gneſnen:* 1553.

Grodzieccij *Adamus Caſtellanus Miedżyrzecenſis.*

Orzelſcij *Swidntoslaus Iudex Terrarum Caliſſień. vir doctrina, ingenio, eloquentia inſignis: ex Dabrowſka Armorum Drogoſtaw ſuſcepit prolem. Nicolaus Pocill. Caliſſień. Matthias Iudex Terræ Nakielſceń. Ioannes miles ſtrenuus, & Andreas eius frater. Habuerunt ſorores, Annam Wierzeyſka, & Margaretham Palecka.*

Wyſoccij *de Budźiſtaw, Caſtell. Lęczyceń. Stanislaus ſeu Ladenſis, vt* Epitaph. *in Budźiſtaw*, 1575. *Diceb at* Appian. de bello Hiſp. *Nihil eſt tam arduum, quod animi fortitudine ſuperari non poſſit. Fortis in vobis animus, ô Wyſoccij, infractus virtute & pietate permanebit.*

Chłápowſcij *in Poſnanièń. Maxima tentat nobilis animus pro conſeruanda familia, ſed Plutarchi doctrina conſeruanda* in Moral. *Prudentiæ Canones, quibus ad vtramq; vtendum eſt fortunam, quatuor ſunt: Bona adipiſci, tueri, adaugere, & prudenter vti.*

Bozeiewſcij *in Caliſienſi Palat. vir nobilis, admiratione dignus eſt. ſed qui talis haberi vult, in ſacrificando ſtudioſus ſit,* ait Theophraſt.

Digitized by Google

non quod ſumptuosè, ſed quod crebro hunc honorem numini tribuat. Illud enim diuitiarum, hoc pietatis ſignum eſt.

Radeccij *in Caliſienſi Palat. Homines in exercitu valoroſi. Fortiſſimos enim eſſe oportet, qui fortiſſimos vicerunt,* dixit Tucidid.

Modliſzewſcij, *de paruo Modliſſowo, in Caliſſień. viri pietatis cultores*: vt optimè Ariſt. *Fælicitas non in magnitudine poſſeſſionis eſt ſita, ſed in bono ſtatu animæ.*

Liſieccij *in Caliſſ: Palat: & Militiæ, & Iuriſprudentiæ dediti Milites, & nunc cum Illuſtriſſ: Campiductore Regni Nicolao Potoccio. Munus verò Inſtigatoris Regni, & ſcripta de dignitate Tribunalis ſeu Parlamento Lublinen: editi, teſtantur.*

Olieccij *ibidem. Multis honoribus, & perilluſtri ſanguinis coniunctione, ſpeciosè adornati. Anima ſi bene fuerit inſtituta, & illa, & homo, per illam beatus.*

Trapcenſcij *ibidem. Cogitatio eſt orationis fons. Nobilis verò animi, fons educatio, terminus exercitium virtutis.*

Runowſcij *ex Cerſcenſi & Chelmenſi, Andreas ex Małowieſka, Stanislai Iudicis Terræ Chelmeń. filius, qui ex Modrzyuſka Ioannem & Bernardum reliquit.*

Czyżowſcij. *Notarius in aula Regia Bartholomæus. Nobilem oportet eſſe prudèntem. Duo autem ſunt quæ prudentis habitum gignunt,* ait Architas: *alterum eſt, vt mens diſciplinis & cognitione ſit munita, alterum ſpectacula & negotia multa, quæ partim ipſimet ſpectaſſe oportet, partim alio modo percepiſſe.*

Gorecci *à Gorká Targowa, in Poſnanień. Palat. Viri humanitatis ſtudioſi.* Sed Epictetus adnotabat. *Philantropos, id eſt, humanus dicitur ille, qui honeſta amat.*

Dziechtárſcij *in Confinibus Regni, virtutis & militiæ cultores. Sed virtutes ad præſcriptum & rationem prudentiæ conſtituuntur.*

Aliis familiis calamum adhibere lectori licebit.

DROGO-

Digitized by Google



DELINEATIO.

CAput Aprugnum in campo laneo, culmis horrentibus rigeſcit: galea verò deſuper Regio diademate præcincta aprum medium erecto collo oſtendit, lanceis duabus hinc & inde ab ima parte per caput confoſſum.

ORIGO.

STemma hoc quod à nobis jam deſcriptum eſt, cùm in orbe noſtro Sarmatico non ſit natum, ſed exemplo Illuſtriſsimarum familiarum Regni, quarum aliundè ingens numerus eſt, aduentitium. de vera eius origine difficilior eſt inueſtigatio. Certum eſt eò antiquiùs eſſe, quò minus patet: recentium eſt monſtrari poſſe. Hoc non eſt dubium olim ante multa ſæcula viguiſſe hoc Stemma illuſtre in nobiliſsima Imperij

Digitized by Google

Primum ex litteris authenticis Illuſtriſſimi Boleſlai Ducis olim Poloniæ de data 1270. *vbi titulo Comitum familia illorum inſignita eſt, & nominatur Suentomirius bonorum Rozrazeuo Dominus, Boſnone Comite natus, & Comes eſſe exprimitur. Ab his igitur Comitibus, continua generationum ſerie, Rozrážewſcij deſcendunt. Vnde colligere licet quod ante Boſnonem eorum familia cæpit, ſed vetuſtioribus illis & priſcis temporibus quia peregrinus erat litterarum vſus, difficile cognitu quis primitus eorum tali titulo inſignitus eſſet.* Datum Grodnæ 22. Febru. 1579. Regni 3. *Stanislaus Comes Caſtell. Rogozineń. qui reliquit filios tres, Hieronymum Epiſcopum Cuiauiæ lumen ob virtutem & dexteritatem rectitudini iunctam Eccleſiæ, Ioannem Comitem in exteris nationibus, & Regum aulis clariſſimum, virum morum grauitate, ingenio, doctrina inſignem, Chriſtophorum Capitan. Lęczyceń. ſtrenuum Rothmagiſtrum Sereniſſimi Regis Stephani, in multis expeditionibus clariſſimus fuit. Ornamentum & familiæ & Patriæ. In Moſchouia, ad Zawołočie è tormento bellico vita priuatus eſt. Nec diſſimiles fratres patrueles, ſed virtuti, pietati, doctrinæ & fortitudini incumbentes, hinc Succamerarij Poſnanień. Capitanei, Palatini &c. in Maiori Polonia, quorum poſteritas commendata Eccleſiæ, Deo, & Patriæ, vſque nunc benedictione ab alto fulcitur & gaudet. Faueat vobis Dominus, vt quodcunque bonum & honeſtum imperat vobis animus, obtineatis.*

Soboccij *Magni in Regno & Senatu, Thomas Iudex terrarum Lęczyciæ, cuius filij Thomas Cancell. Regni, & Briccius Caſtell. Goſtineń. qui ex Brudzewſka reliquit Heduigim Comitis de Gorká, Palat. Poſnanień. coniugem.*

Lubienſcij *in Cuiauia. Marcum Palat. Breſteń. ibidem Epitaph. refert. Notant familiam de Lubin,* 1441. *ſuſceperat filios ſex & filias duas. Ieremias Lubieńſki, vir præcellentis induſtria, in Regia Auguſti Regis adoleſcentiam excoluit. Ex Lubieniecka, quæ ante coniunx Boruccij Caſtell. Conarień. fuit, reliquit prolem eximiæ ſpei. Adam florentiſſimum ſeculum Polonum, quem Sigiſmundo III. & Vladislao IV. regnante Lubieńſcij magnifice adornarunt, Matthiam Epiſcopum Cuiauienſem, & Germanum eius Stanislaum Epiſcopum Plocenſem, maximos in pietate, graues in Senatu. Monebat Periand.* Ea facito quorum te non pæniteat.

Stepczenſcij, *qui cum Lubieńſcijs ijdem ſunt, ſed quia maiores illorum Stępczenum ex diuiſione acceperunt, ideo ab illo denominati Stepczeńſcij fuêre.*

Rzeſzowſcij *de Armis Pułkožic propriè ſunt. Sed cum linea paterna defeciſſet, & ſuperſtes de linea materna, illorum mariti vna cum poſ-*

ſeſſioni-

Digitized by Google

ſeſſionibus Rzeſſow, à plebe Rzeſſowſcij appellati ſunt, quocirca & armis Doliua, pro armis Pułkożic uti cæperunt. Kmithá namq; in uxorem dum habet filiam Auguſtini Rzeſſouij, & ex illa ſolum unicam dum ſuſcepit filiam, quam Moſciſʒ de magna Coſmin de Armis Oſtoiá in coniugem habuit, atq; hic etiam filiam ſolùm dum habet, quam Nicolao de Dębno in matrimonium conceſſit, poſteritas illius Rzeſſowſcij nuncupata fuit. Modernis igitur Rzeſſowſcijs, Nicolaus Caſtell. Miedzirzyceñ. origo eſt, qui reliquerat Ioannem, Hic reliquit filios tres, ex quibus Nicolaus cum Láſká Palatini de Siradienſi reliquit Adamum, & filias, Zophiam Sepichowſcio Capit. Leżeyſcenſi matrimonio iunctam, poſtmodum Bieckowſcio, & Catharina Niewiárowſcij coniugem.

Kłoczewſcii *in Sendom. Palat. Erant exercitatiſſimi & laudis auidiſſimi milites. Hinc Caſtell. Zauichoyſten. Capitanei Małogoſten. in bello Gedano ut cum Moſchis ſtrenui, ubi & vitam pro patria ponebant*

Zydowſcii *in Palucis maioris Poloniæ Nicolaum Epiſ. Naturien. Suffra. Gneſnen. Abbatem Mogielnen. Epitab. dicit* 1560. *Vbi additur:* Perſuaſum habens ſummam ſapientiam eſſe memoriam mortis, viuens ſibi monumentum poſuit.

Adamus Zydowſki *magnus in Conſilio vir, & Iuris prudentiæ nobilis, exactiſſimus indagator, relicta opuſcula in iure teſtantur. Litterarum ſacrarum amantiſſimum, qui Theologiam & Phyſicam legendam iuxta mentem S. Thomæ Lublini curauit apud Prædicatores, & fundauit. Eius germanus reliquit prolem grauis armaturæ militem, ad ſigna Illuſtriſſimi Campiductoris Potoccii.*

Rikowſcij *de Riki in Radomneñ. terra. Petrus reliquit Ioannem qui reliquit Fælicem, & Stanislaum homines ut moribus, ita conuerſatione omnibus affabiles. Bona tam parentis quam aui, inter ſe diuiſerunt. ut in Radomn.* 1554. *patet. Philippus Stanislai filius, ſortem ſuam paternam & maternam uterino fratri Ioanni donauit* 1597. *ut in Actis Radomn. Nam cum Philippus militarem à iuuentute elegiſſet, demum in Ruſſia ad Leopolim & Iauorow elegit ſua ſtatiua, & magnus æconomus, de bonis ſuis fundauit Conuentum Ordinis fratrum Prædicatorum & Eccleſiam de muro erigere cæpit. Reliquit ex Helizabeth Kráſuſká Venceslaum filium, quem à iuuentute Marti ſub ſignis Margrabij Myſkowſki conſecrauit.*

Sielniccij *in Palat. Crac. Quorum cum antiquitate familiæ hoc unum menti fuit. Imitare honeſtum, ut optimi inter homines maneant. Plurimos ſæculum hoc ſtrenuos milites vidit, & Chotiniæ arcis præfectos ſtudioſiſſimos, & Reip. Polonæ optimè meritos.*

Digitized by Google

Goyſcij *in Podlaſia. Nec caſtra Regia nec aulæ magnificæ ſine his fuerunt. Optimum eſt enim eſſe ſocios illorum qui benè ſapiant.*

Bobrownіccij *in Sendomirien. Palat: Clariſſina domus & domi & in expeditionibus Caſtrenſibus. Optime quidam in Stob: reliquit: Vbi vitam honeſtam agis, illic mane, & omnia tibi fæliciter ſuccedent.*

Dzik *in Sendomirien. Palat. Pribislaum Caſtell. Zarnouien. referunt acta, 1436. Contra inſoleſcentes Coſacos miſſus cum exercitu auguſtæ memoriæ Illuſtr. D. Thomæ Zamoyſki ad Starzec, Dzik Vexillifer Braclau. Vir militia clarus & magnæ humanitatis.*

Trzeccij *in Maiori Pol. Hi per illuſtrem familiam dum adornare cupierunt, in Podoliam vbi continuus Scytharum incurſus, celeberriorem efficit virum, deuenerunt; poſt modum & manſiones ac matrimonia ſibi ibidem conſtituerunt.*

Wrzebſcii *in Biecen. terra. Inſtruebat quidam ex ſe genitum filium. Hoc tibi placeat, ne quid indecorum aut petulans committas, vt per omnem vitam tranquillitate fruaris. Tale ſtudium nobilem decet.*

Gorziccij *in Caliſien. terra. Lex & generatio ex claris parentibus, monitoria nobili primæua. Sed præcipua eſt lex Deus. Vnde quidam: Deus lex eſt, hanc omnino ſemper cole. Quod quidem Gorzyccijs ſingulare.*

Skępſcii *ibidem, In omnibus quæ decora ſunt, obſeruatorem te ipſum ſtatue, ita namq; profectus virtutum accumulabitur.*

Zacharzewſcij *Reip. proficui tam in pace quam in bello. Mathias Rothmag. celeberrimus ad Orſſam, & feliciſſimus. Rectè ſapientem, dolor fugit.*

Iamiolkowſcij *in Sierad. Sed verè ſunt Stronſcij. Sed à poſſeſſione Iamiolki, quam vnus Stronſciorum cum Liſſowſka coniuge hærediſſa acceperat, Iamiolkowſcij nuncupati.*

Stronſcij *de Silnica Ioannes ex Maſłowięcka reliquit Aaronem, qui ex Victoria Lyſkowſka reliquit Ioannem ſalinarum in Wielicka adminiſtratorem. Lucam Notarium ibidem Petrum & Stanislaum Notarium in Cancell. Minori. Martinum qui cum Laſcio ad Oczakouiam vna cum Andrea fratre ſtrenuè decertauit.*

Zieleccij *in Sieradien. Palat. Sbigneum Caſtell. Rudcen. Habet priuilegium Anno* 1380. *Martianus qui cum Rothmag. Męzyk ad Polociam & in Moſchouia, audacem fortunam, viribus intrepidis ſubleuabat. Eius vterinus erat Carolus. Quorum poſteritas obſeruabit ob immortalitatis famam. Quod vtilium atq; inutilium termini ſunt, iucundum & iniucundum.*

Błotniccij *in Sendom. Palat.* Præmonuit Theognid. *Nunquam laudaueris priuſquam videris hominis ignoti affectum, animum & mores.*

At cla-

Digitized by Google

At clarum nomen Blotnicciorum ea facit, quorum non eos pæniteat.

Dzieczenſcij *in Caliſſ. Palat. Deus vnicuiq; animali arma dedit, àèream naturam auibus, magnã celeritatem, roburque leonibus, tauris cornua, aculeos apibus. At hominibus rationem. Altum ingenium veſtrum, alta fert conſilia.*

Sleßynſcii *in Belzen. Palat. Fortitudinem & prudentiam amplectũtur. Fortitudo enim cum prudentia iuuat, ſine prudentia verò magis lædit habentes.*

Kadlubſcij *in Maſouia. Multi falluntur ſuo conſilio, ſed qui conſiderat rem & poſtea aggreditur ipſam, non fallit*, ait Biantes. *Circumſpecti eſtis, ideo & in iure peritiſſimi, & in moribus laude digni.*

Głęboccij *in Cuiauia. Georgius ſtrenuus bellator cum Scythis & Turcis. In captiuitate detentum, Legatus Regni apud Sulimanum Andreas Taranowſki, liberum fecit. Albertus Pocillator Caliſſ. & Sec. Regius, ex magnanimo viro in campis, pientiſſimus in vita. Nobiles enim ex virtute & vbiq; nobiles ſunt, & ſemper.*

Klechowſcij *in Caliſſ. Prodit quod ex bono genere, id nobile eſt.* dicit Ariſt. de natura animalium, *ſed nobilius agunt, qui virtutibus natiuitatem illuſtrarunt.*

Dobroth *in Radomien. Cuiuſq; mentem tempus prodit. Veſtram in rebus agendis mentem, grauia conſilia, iuſta iudicia produnt.*

Boruchowſcij *Ioan. Archidiac. Crac. Canon. Gneſnen. Cui Kárnkowſcij tale Epitaph. poſuerunt. Iuris pontij ſcientia claro, ac morum integritate conſpicuo, ingeniorum ac virtutum fautori præcipuo, inopum & pauperum ſubſiduo, perpetuo religionis Chriſtianæ cultori.*

Brzezinſcij *in Cuiauia. Vt boni gubernatoris eſt, ventorum ſe mutationibus accommodare, ita ſapientis viri fortunæ. Nam fortuna reuerenter habenda.*

Paßek de Goſtdwice. Huic Epitaph. Crac. 1572. Canon. Crac. Montanus tale poſuit: Nicolao Canon. Wratislauien. viro acri, prompto ingenio, laborum patientiſſimo, negotiorum ſacroſancti Tribunalis Romani perito, Anno 1572. mortuo.

DRIA,

Dria.

DRIA, aliàs MVTINA.



DELINEATIO.

Tres lapides.

SVnt in campo ſtricto rubeo tres lapides coloris flaui, quaſi inter duas lineas diametrales à dextra ad ſiniſtram deſcendendo, ſuper galeam ſunt in Corona tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

VEniſſe ex Burgundia per Bohæmiam in Regionem Poloniæ, *Hiſt. teſtatur*, cum milite Mutina dicto Bohæmornm Hiſtoriæ Germanos duos Comites Vilhelmum & Germanum ad Fratrem Regis Angliæ Richardum nominant, 1264. Alij Comites Cornubiæ fuiſſe dicunt, *vt Adrianus*. Verùm ſub Pudico Rege Polon. per Stanislaum Comitem, Anno 1266. in Regnum allata fuiſſe. *Anonimus memorat*.

VALOR

Digitized by Google

VALOR INSIGNIS.

Valor inſignis

MAximus valor eſt, & inæſtimabile pretium vnionum & lapidum pretioſiſsimorum. Cleopatræ Reginæ Aegypti, vnio quam Veneri appenderat auribus Romæ, ducenta Quinquaginta Millia valebat, *Plutarch: lib*: 9. *Cap* 35. Nonii Senatoris proſcripti ab Antonio Opalis in annulo ſeſtertiis viginti millibus æſtimatus fuit *Plinius lib*: 37. *Cap*. 6. Sunt adamantini prætioſiſsimi lapides & diuerſi, ſed in comparatione ad lapides veſtros nulli. Illis namque & Venus impudica vti potuit: Veſtris ſola virtus. Illi vniones mortem inferre, & bellum poſſunt; veſtri vitam & pacem. Vnde Leoni Quarto Imperatori Conſtantinop. cum gemmatum ferret caput, margaritarum vis, & Apoplexiam, & impræmeditatam attulit mortem, vt *Plat in Paul*: 2. *Pont*: *Max*. Et Conradus Neapolitanus Princeps à Carolo Rege Neapolitanorum victus, etiam Agaſonum veſte indutus fugiendo, vitam ob gemmam in annulo turpiſsimè amiſit. Mortui ſunt & inanes omnes lapides; at veſtri ſunt viui, & valoris inſignis, omniumque pretioſorum lapidum & vnionum in ſe virtutem continentes. Colorem lapidum veſtrorum dum inſpicio flauum, offert ſe cogitationi lapis fuluus Perſicus, cui nomen Pyrites. De quo *Plinius lib*: 37. *Cap*: 11. *Solin*. *Cap*: 38. *Iſid*. 16. *Cap*: 4. & 11. Huic plurimus ineſt ignis, ita vt ſcintillet, & prementem ſe vehementius adurat. Similes nedũ colore ſed virtute veſtros lapides video. Igniti namque ſunt in hoſtes Patriæ, & Regum ſuorum. Hinc plurimi ad Regum domicilia educati eſtis, hinc multi Comites ex vobis nominati. Alij in Patronos Regum Regnique diuinitus aſsignati. Nam Sanctiſsimum Bernardum illum mellifluum & deuotum cæleſtium contemplatorem, de Armis veſtris fuiſſe dicunt. Gemmarum igitur harum veſtrarum meritò inſignis valor anunciabitur.

Cleopatra lapides.

Leo 4. Imperator.

Gemmatum caput mortem att.

Annulus cauſa mortis.

Lapides pretioſi virtutem habent.

ORNAMENTA PATRIÆ.

LApis Memmonis mirandus ſanè videtur, nam vt refert *Rodoginus lib*: 22. *Cap*: 5. Calculo percuſſus inſonabat, vt Lyra. Statua ex ipſo facta, ſole oriente, dum radijs percutiebatur, dabat voces: habet *Euſeb. Caſar in Chron.* Lapides inſigniorum veſtrorum non minorem ſtuporem ferunt: obiecta namque cuiuſcunque oculis, ſonum imò voces proferunt. Illa quidem ſtatua, quas proferebat voces, ſcriptores non referunt, at fortè ſuſpectas & calcandas, nam nato Chriſto piſce taciturnior effecta. At lapides veſtri omnium oculis obuerſi, voces has proferunt: Ornamenta Patriæ ſumus, filij Martis. Refert *Plutar. in Græcorum Apophth.* Cùm in

Digitized by Google

theatro recitarentur apud Athenienſem, hi verſus Aeſchilli:

Neq; enim videri, at eſſe ſtudet vir optimus,
Segetem profundam mente ſtudioſa colens:
Conſilia quando hic germinant ſalubria.

Oculos vertere. Totus populus in Ariſtidem vertit oculos, agnoſcens hoc laudis in eum competere. Non excipiendus profectò ab his inſignijs aliquis, cui illa non competant: at omnibus tribuenda hæc laus, quod ornamenta Patriæ, filij Martis ſint. Non enim ad Pudicum Regem, non ad titulos Comitum acceſsiſſe, eſt præſtantior via. Tales erant Oſieccij Comitum Tarnouien. amor, tales Orzelſcij, tales Radeccij, & alij quos enumerare ſuperuacuum eſt, niſi fortè illud Senecæ de fortuna volubili accidat:

O fortuna viris inuida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia diuidis.

CARDO DIVITIARVM.

Cardo diuitiarum. *Diuitiarum domus.*

GVido Bonatus ita theſaurum diuitiarum ominatus fuerat Iupiter in domo quarta ſignificat augmentationem bonorum ex hæreditatibus, ex prædijs, ex theſauris abſconditis & inopinatis, vel ex rebus antiquis, & auferentur mærores ab hominibus, & venient eis res, de quibus poterunt lætari & gaudere, ceſſabuntque rixæ, & omne horribile. Vnde non immeritò lapidibus prætioſis in veſtris armis conſpectis, theſaurum nominabo. Tres namque hi lapides ſunt, quaſi domus tres, quarta verò poſſeſſor earum eſt. In hac ergo domo quarta, ſi Iuppiter ſtatoria poſuerit, diuitias theſauroſque innumerabiles ſperandos non dubito. Vnde *Prouerbiorum* 10. Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur eis aflictio. At vanæ ſunt hæ diuitiæ huius mundi. Argumentum eorum foris proijcietur, & aurum eorum in ſterquilinio erit, *dicit Ezech.* 4. Quapropter inſtruit D. Paulus *Timoth:* 1. *Cap:* 6. Diuitibus huius ſæculi præcipe, diuites fieri in bonis operibus, exponit intentum *D. Bernard. in ſerm.* nam veræ diuitiæ non opes ſunt, ſed virtutes, quas ſecum conſcientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Addit *Chriſoſt.* Illæ enim diuitiæ hæc conſequentia ducunt luxuriam, iram, intemperantiam, furorem, iniuſtitiam, arrogantiam, ſuperbiam, & omnes irrationabiles motus. Hæ verò diuitiæ, ſunt ſalutis, ex quibus ſapientia, ſcientia, & timor Domini, omnium theſaurus eſt. *Iſaiæ* 33. Tales diuitias commendo, qui his armis adornati eſtis, nam tres lapides has diuitias non alias ſignificant. Vnde deuoti virgini Margarithæ, de Ordine ſacro S. Dominici, ad diuitias animæ declaratas, tres lapides in corde diuinitus

præcioſiſ-

Digitized by Google

præcioſiſsimi conceſsi, in quorum vno erat Imago Saluatoris, in altero B. V. Mariæ, in tertio Sanctiſsimi Patriarchæ Iozeph, quorum ſi vnus in ſtatera poſitus fuiſſet, tantum ponderis habebat, quantum duo. Mirabilis ſtatera, quia mirabile opus lapidum. His diuitijs locupletes, à morte non dilacerabuntur, dicebant Stoici optimè: Omnes ſunt diuites, qui cælo & terra frui poſſunt, *Cic*: 1. *offic.*

LINEA FAMILIÆ MVTINORVM, SEV TRIVM LAPIDVM.

WIlhelmum *& Hermannum fratres, Hiſtoria Reg. Bohæmici, ad initia religionis Chriſtianæ in dicto Regno meminit. Qui ædificarunt Monaſterium ſub titulo S. Wilhelmi. Apud Ricardum Comitem Cornubiæ, fratrem Regis Angliæ, ex hac familia Adrianus, qui & curauit in electione Cæſaris, Maieſtatis lauream, in perſonam Ricardi. Suatislaum Comitem* Anonimos Anno 1266. refert. *qui Ducis Pudici Cracou: in die Geruaſii & Protaſii, contra Suarnonem Ducem Ruſſiæ, Curiæ Regalis Præfectus exercitus fuit.*

Ziernìecki *in maiori Pol: de Zerniki. Ioannes Vexill: Poſnan:* 1467. *Petrum Caſtell: Cracou: qui reliquit Ioan: & Martinum ac filiam Margaretham matrem Philippi Padniewſki, Epiſ: Cracou: & fratris eius. Martino Sigiſmun: Rex priuilegium in Zerniki pro nundinis conceſſit. Ioan: & Petrus Canonici Gneſnen:* 1553.

Grodzieccij *Adamus Caſtellanus Miedżyrzecenſis.*

Orzelſcij *Swidntoslaus Iudex Terrarum Caliſſień. vir doctrina, ingenio, eloquentia inſignis: ex Dabrowſka Armorum Drogoſtaw ſuſcepit prolem. Nicolaus Pocill. Caliſſień. Matthias Iudex Terræ Nakielſceń. Ioannes miles ſtrenuus, & Andreas eius frater. Habuerunt ſorores, Annam Wierzeyſka, & Margaretham Palecka.*

Wyſoccij *de Budźiſtaw, Caſtell. Lęczyceń. Stanislaus ſeu Ladenſis, vt* Epitaph. *in Budźiſtaw*, 1575. *Dicebat* Appian. de bello Hiſp. *Nihil eſt tam arduum, quod animi fortitudine ſuperari non poſſit. Fortis in vobis animus, ô Wyſoccij, infractus virtute & pietate permanebit.*

Chlápowſcij *in Poſnanièń. Maxima tentat nobilis animus pro conſeruanda familia, ſed Plutarchi doctrina conſeruanda* in Moral. *Prudentiæ Canones, quibus ad vtramq; vtendum eſt fortunam, quatuor ſunt: Bona adipiſci, tueri, adaugere, & prudenter vti.*

Bozeiewſcij *in Caliſienſi Palat. vir nobilis, admiratione dignus eſt: ſed qui talis haberi vult, in ſacrificando ſtudioſus ſit,* ait Theophraſt.

 non quod



DELINEATIO.

CAput Aprugnum in campo laneo, culmis horrentibus rigeſcit: galea verò deſuper Regio diademate præcincta aprum medium erecto collo oſtendit, lanceis duabus hinc & inde ab ima parte per caput confoſſum.

ORIGO.

STemma hoc quod à nobis jam deſcriptum eſt, cùm in orbe noſtro Sarmatico non ſit natum, ſed exemplo Illuſtriſsimarum familiarum Regni, quarum aliundè ingens numerus eſt, aduentitium. de vera eius origine difficilior eſt inueſtigatio. Certum eſt eò antiquiùs eſſe, quò minus patet: recentium eſt monſtrari poſſe. Hoc non eſt dubium olim ante multa ſæcula viguiſſe hoc Stemma illuſtre in nobiliſsima Imperij

Digitized by Google

prouincia Franconia, veræ Nobilitatis Germanæ ſeminario. Omnium enim Francones liberrimi ſunt, nec Germaniæ Regulos, ſed ipſum caput Imperij Imperatorem recognoſcunt. Quod nomen ipſum indigitat; quod enim Germanis Franck/ Latinis libertas eſt. Manent adhuc veſtigia magnæ Domus, Palatium ad Moſam fluuium, Cui Donhof cum familia nomen. Quod noſtri dum iam in Liuonia agerent, habebant in poſſeſsione, ac noſtro demum ſeculo ob loci intercapedinem ingentem, in alterius gentilis manum ceſſerunt. Sic è prouincia omnium liberrima oriundi, ipſi liberi id egerunt, vt è ſeruitute paganâ in libertatem Chriſtianam vindicarent populos ac nationes. Ac vt Hercules quondam beneficio generis humani natus, purgarent monſtris fœdi gentiliſmi orbem terrarum. Bono ſydere ac ſummi Numinis deſtinato, inciderunt in Liuoniam errore Paganiſmi magis deteſtandam an miſeram, incertum. Quas res ibi geſſerint aliquot ſæculis, quot triumphos Chriſto ſuo, cui militabant, erexerint; vt aliquid eſt petere ex Pruſſorum ac Liuonum Annalibus, ita exactam earum notitiam haurire non erit in promptu. Sterilia enim illa ſæcula erant literarum bonarum, ac inter arma languebant ſtudia. Magis quiſq; quàm bene pro Chriſto faceret, quàm pro ſe ſcriberet, attendebat. Si tamen è monumentis ſingula colligere non licet, at bene in vniuerſum meritam de re Chriſtiana familiam hanc res docet magis, quàm Hiſtoria. Vidimus enim lucratam Liuoniam, ac in Prouinciam redactam ope eorum Regi Regum. Vidimus ampliſſimis fortunis, ſummis coniunctionibus eos ipſos ab æuo ornatos, dum adhuc res Liuonicæ integræ eſſent. Quod ignauis & immeritis non obtigiſſet. Attulerunt demum illi integram Prouinciam, ſplendidas fortunas ſuas, Regno Poloniæ. Auguſti Sigiſmundi temporibus, quibus Prouincia hæc Regno incorporata, vt ſuis iuribus ac legibus viueret. A quo tempore non plures homines quàm ſago aut toga claros dedit Patriæ hæc illuſtris familia. Sic enim iudicabant, vt ſtrenuè cælo olim vindicarunt animas Maiores eorum; ita poſteris integra fide, forti animo ſeruiendum Principi ac Reipublicæ. Hinc ſummis in Regno ornati honoribus, euecti magiſtratibus, plerique meritorum ſuorum tulerunt gratiam.

ORNAMENTA DOMVS DONHOFFIORVM.

QVid priores Donhoffij ante aliquot ſæcula geſſerint, dum adhuc res Liuonum diſcretæ à Repub. eſſent, in proprijs eorum ac Pruſſorum inueſtigandum annalibus. Ex quo acceſſerunt Regno, foris armis, domi conſilio dextrè tractabant Rempublicam. Quos inter Otto

Donhof-

Digitized by Google

Donhoff.

Donhoffius, vir militia acer, multis pro Republica tam belli quàm pacis exantlatis laboribus, extrema iam ætate, dum per ſenectam impar militiæ eſſet, ne conſilio quoque Rempublicam orbaret, in numerum Senatorum adoptatus, Palatinus Pernauienſis renunciatus, cùm manu non poſſet, conſilio Patriam ſuſtentabat. Hunc excepit frater Theodorus, par virtute, par meritis, parem à Principe habuit gratiam, Palatinus Vendenſis creatus. Erneſtus Donhoff, qui ſtudia vt literatus, arma vt miles tractauit, ad diuerſos Principes Legatus. Fortis militum contra vim Othomanicam Tribunus, Magnus idem pacis paranus, qui pacem inter Regnum Polonicum ac Sueciç,tam dextrè compoſuit,quàm fortiter, dum bellum eſſet, Succos ſæpiùs cecidit. Is idem Palatinatu Pernauienſi, virtutis ſuæ debito Encomio ornatus. Hermanus verè Martis pullus, nondum iuuenis, & iam miles, mox Turmarum ductor, ea animi fuit fortitudine, vt ab Imperatore ſuo Zolkieuio audiuit encomium: Vir fortis pignus Martis. dum ad Cecoram clade noſtra, nobilem qua exercitum & Imperatores perdideramus, fortiter pugnando pro patria occubuit. Eò maior quò minùs ei per fatum licuit eniteſcere magis. Gerrardus Legionum per plures annos ductor, quantum bello poſſet, Patria probauit. Sed & exteris Principibus virtus eius innotuit, vt orbus primâ vxore Opaliniâ, voto ſecundo duceret Piaſtidam, Regum ſanguinem. Paterno genere Ducis Georgij Brigenſium filiam; materno neptem Ioachimi Electoris Brandeburgici. Capitaneus Koſcierenſis, & rei familiaris in fructu Mariæburgenſi ſuæ Maieſtatis adminiſtrator. Caſparus Palatinus Siradienſis, Senator ſine exemplo prudentiæ, quâ iuuenis adhuc apud exercitum annis Principem Sigiſmundum Tertium, eam meruit gratiam, vt primus in ea eſſet, quâ tamen ita vſus temperanter, vt & publicè Rempub. tractaret vt bonus ciuis, & priuatim Principem vt miniſter fidelis. Hinc publicas & priuatorum vitauit offenſas; vt poſt deceſſum Domini ſui raro Intimorum Principibus exemplo, eandem retinuit amicitiam, & eadem ſui ad filium Regni ſucceſſorem propagauit charitatem. A quo è Derpatenſi Palatinatu ad Siradienſem euectus, miſſus ad Imperatorem Ferdinandum III. Legatus Magnus, Cæciliam Renatam Conſortem Regi Domino deduxit. Cui ab eodem Aulæ Magiſter ſupremus datus, ſumma dexteritate munus ſuum obit, & vt in eo diuturnet, intereſt & Regiæ domui & Patriæ. Stanislaus Donhoff Capitaneus Velunenſis filius, Sigiſmundus & Alexander, ad maxima quæque nati. Filia vnica Anna, Illuſtris Boguslai Leſzczynſki Palatinidis Belzenſis conſors.

Quibus omnibus & quicunque de hac familia in Curia, Caſtris, &

Patria ſuperſunt vel erunt magis fælicia optare, & à Superis precari, quàm præmonitione ſtimulare congruum iudico. Non enim ſine præmeditata admonitione Sophocles in Stobæo reliquit: *Nullus bonorum bonam de ſe famam dehoneſtare vult.* Vnde his inſtillanda virtus cum amore Patriæ, quibus honeſtum & generis ſplendor non ſufficit. Quare Menander:

Tu quidem admones, quæ tui ſunt officij monuiſſe,
Me verò ad faciendum quod decet, non tua
Oratio, crede mihi, ſed proprij mores perſuadent.

Dum ergo Apharantes Libyes, qui Soli orienti conuiciantur, quod multa mala conſpectui offerat, natura vos & educatio nobilis non diſpoſuerit: præcari vobis & exoptare fælicia ardet animus, vt ſicut omni tempore & quauis inclinatione fortunæ hominum bonorum curam ſuſcipit etiam ipſe Deus: ita vobis quos ſuæ Eccleſiæ ſanctæ promotores & patronos, Patriæ & Reipub. noſtræ ornamenta & conſultores, Regum & Maieſtatis Regiæ religioſos obſeruatores deſtinauit & elegit, alta protectione ſua foueat, conſeruet, beatificet. Addere his tantisque victoriarum trophæis, quibus ad præſens quoque gloriam Regni tueri & victricem lauream reportare per ſupremum Oberſterum militiæ Alemanæ in caſtris ad confinia Regni non negligitis, parumper velim liceat. Veſtris armis, familiæ grauiſsimæ & illuſtriſsimæ inſigniri dum ducunt honori: imò Regnum hoc florentiſsimum Poloniæ condecorari lætatur: commonere faciam in laudem familiæ veſtræ, quibus gloria eſt & fuit Aprugni vertice illuſtrari. Alexander II. Pontifex Max. ex familia Pedaciana Mediolanenſi, Reges inuicti Perſarum, familia Gradockieorum & Treuartheniorum in Britannia, Grenſingiorum in Miſnia: ita Petraſanta Societatis IESV, in Teſſeris gentilitijs nuper Romæ editis. Tantorum ergo Heroum cùm in delitias caput Aprugni & honorem claræ nobilitatis venerunt, quid iam magis animare, audaciam & vires addere, affectum in gloriæ & honoris veſtigium maiorem excitare tantorum imaginum defenſores & exornatores debebit? His concludo verſibus.

Qui tibi fuſus Aper lauros Meleagre parauit,
Quanta DONHOFFIACÆ portio laudis erit.
Tu telis armisq; potens fera monſtra petiſti,
Sentit at hic nudam, beſtia dira manum.
O fortem dextram! potuit ſi talia inermis
Armatam in bello, quid potuiſſe putem?

Drogo-

Digitized by Google

DROGOMIR.

Drogomir.



DELINEATIO.

PEdes tres in ocreis fereis cum calcaribus, in campo rubeo diſ-poſiti, quaſi ad crucem, ſed à dextra vacuus campus cruribus iunguntur, vt plantæ cum calcaribus in extremitates fiant, ſuper galeam corona, ex qua tres pennæ ſtrutionis. *Pedes tres cũ ocreis.*

ORIGO.

MIliti Drogomir dicto, à Boleſlao Kriuouſtio ſunt data. Dum enim hic miles ſecum in bello pro Rege quinque filios habuiſſet, & duo fortiter occubuiſſent, tres verò amiſiſſet, pedes vſque ad genua afflictus Regi præſentauit, infortunium & paupertatem deplorando, niſi ſubueniſſet miſeriæ. Pius Rex dominus. Bono animo eſſe iubetur: aſsignatoque Patrimonio de libertate Regia, pedes armatos cum ocreis amiſſos, pro armis & nobilitatis ſuæ veſtigijs illis conceſsit. *Paproc. & alii.*

MAXIMA LAVDE DIGNI.

Laus maxima

MAxima laude dignus fuit. *T. Manlius*. Cum enim Galli Anno ab vrbe condita 394. ad tertium lapidem Salaria via trans pontem caſtra habuêre, & Dictator *T. Quintius*. in ripa citeriori caſtra poſuiſſet. Pons in medio erat, neutris eum rumpenti- *T. Manlius Torquatus.*

bus, ne timoris indicium eſſet. Prælia de occupando ponte crebra erant. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus proceſsit, & inclamauit. Quem nunc Roma fortiſsimum virum habet, procedat ad pugnam, vt noſter duorum euentus oſtendat, vtra gens bello ſit melior. Diu inter Primores iuuenum Romanorum ſilentium fuit, *T. Manlius* ex ſtatione ad Dictatorem pergens, vltro ſeſe dimicationi offert. Quem Dictator laude proſequens, fælici auſpicio ad certamen progredi iubet. Proceſsit, vbi conſtituere ambo inter duas acies. Gallus velut molles ſuperne eminens, proiecto leua ſcuto in aduenientis arma hoſtis, validum cum ingenti ſonitu éſem deiecit. Romanus mucrone ſubrepto, cum ſcutum ſcuto percuſiſſet, & ſine vulnere factuseſſet, inter corpus armaque vno & altero ictu, ventrem & inguina Galli hauſit, ruentem porrexit hoſtem, & torquem ablatum reſperſũ cruore ipſius, collo circumdedit ſuo: huc perducto, ad ſe Dictatore Coronam auream addidit. Cognomenque Torquati, illi & poſteris dedit, *Liuius lib:* 7. Non minori laude Drogomirij iudicio Regis bellicoſiſsimi digni fuerunt, licet ad Regem non hoſtium capita aut pedes, ſed ſuorum attuliſſet. Pro Patria enim, Rege, & Regno, fortiter dimicando, pectora non dorſum porrexerunt. Quapropter, vt Zeliſlao Bylinæ amiſſa dextera, aurea in inſigne data fuit, ita his pedes amiſsi. Hinc laudat *Plutar. in Lacon.* Lacenam matrem, quæ filium in bello ita vulneratum, vt ingredi non potuiſſet, ſed quadrupedum more ambularet, irriſum & erubeſcentem, ita animauerat: Quanto præſtat fili de fortitudine gaudere, quam de ſtulto riſu pudeſcere? Hic decor eſt veſter, ô Drogomirij, licet veſtrorum pedes feratis inſignia. Pedes enim veſtri ad bonum non ad malum erant, *vt Prouerb. 1. dicitur:* Nec minor inde laus vobis debetur, cùm non minoris ſit virtutis, parta tueri.

In bello vulnera honor.

Armorum ſpiritualium ſacrarium.

SACRARIVM ARMORVM SPIRITVALIVM.

Littera & ſyllaba carent ſenſu.

Minimum in armis nobilitatis fert ſignificationem magnam.

Varia arma ſpiritualia.

Littera & Syllaba carent ſenſu, *ait Priſcianus.* Hoc eſt, ſignificatione vltimata, vt expoſuit *Ven. Beda*, ſed minimum in Armis nobilitatis, fert ſecum maximum ſenſum & ſignificationem. Vnde cùm armatos pedes, cùm ocreas conſidero, & ſigna nobilitatis eſſe conijectór. Armorum ſpiritualium inuincibilium ratio ſignificatiua venit in mentem; quæ quidem arma, non minori obſeruantia hac in domo viſentur. Varia ſunt arma Spiritualia, in quibus amans Chriſtum ſeruus, ante cameram cordis ſui inuigilare debet, cùm illud videt, ſentit, cupit, delectatur, inhabitare Deum. Eſt galea ſpei,

Digitized by Google

lea ſpei, quæ ad *Theſſ*: 1. *Cap*: 5. *dicitur*: Salutis eſt lorica fidei & charitatis, lorica non ex circulis connecta, ita fideles charitate connectuntur & fide, eſt thorax iuſtitiæ, *Sap*: 5. Induti pro thorace iuſticia, ſunt ocreæ ferreæ, humilitas duplex: interior in corde, exterior in conuerſatione, eſt lancea prudentiæ. Ioas triplicem in cor Abſolonis infixit, quia prima prudentia lancea eſt, memoria præteritorum. Secunda intelligentia præſentium. Tertia prouidentia futurorum, eſt enſis continentiæ, *Cant*: 3. Vniuſcuiuſque enſis circa femur ſuum. Eſt canis latrans, qui dormientem excitet, conſcientia ſcilicet animæ peccatrici improperans vitia. Vobis conueniunt, ô Drogomirij talia arma, nam nobiles & diuites facti eſtis, munificentia Regis, cùm non eſſetis apti amplius, niſi ad talia arma acuenda, & miniſtranda alijs, ex veſtro caſu, ac mutilatione: vt Orator pro vobis parens ad benignum Regem inducebat. Hinc eſtis natura affabiles, ad virtutes proni, ad honeſtum promptiſsimi: hinc Religio, auſteritas, ſeruitus Chriſti vobis electa & dilecta remanſerunt, certum habentes: *Quod dulcia non meruit, qui non guſtauit amara.*

GENEROSITAS TITVLORVM.

Titulorum generoſitas.

GEneroſi tituli, vt ex magno proueniunt, ita magnis conueniunt. Vnde Porus Indorum Rex, dicentibus amicis, ſi ſupplex Alexandro ceſsiſſes, non fuiſſes victus, reſpondit: Si Alexandro ſupplex ceſsiſſem, futurum erat, vt ipſe me ignauum ſeruum, ſi armatus reſtitiſſem, generoſum Regem iudicaret. *Bruſon. lib*: 2. *Cap*: 43. Vobis qui ſic hoſti reſtitiſtis, meritò iam Generoſi Tituli conuenient. Aſtrologi ex Marte generoſitatem, ex Saturno ignauiam colligunt: vnde Haly: *Saturnus in duodecima domo infortunatus, ſignat quod litigabunt homines, & habebunt multas inimicitias, odia, & damna ex litibus. Et Donatus*: Mars in domo octaua, acquiſitionem ex ſubſtantijs mortuorum in aliquibus hominibus. Vobis Mars fauit, ideò Generoſis, Generoſorumque titulis magnificandi eſtis. Romani in ſummis malis & periculis Regni, refugium habebant vltimum Dictatorem (cuius fama mentiri non auderet) eligendi, *dicit Liuius*: Dictator, non quidem nomine, ſed re factus fuerat in hoc bello, qui cum quinque filijs fortiter inuadentibus pugnauit accedendo, non recedendo ab hoſte Drogomirius, quapropter Generoſi nomen meritò illis conſentit. Erat quæſtio non parui momenti, an ablutio pedum poſt Baptiſmum ſit neceſſaria ad ſalutem? D. Ambroſius neceſſariam eſſe aſſerit *lib*: 3. *de Sacramentis*: *vbi habet ſermonem Chriſti cum Petro, de lotione pedum.* Qui lotus eſt, non habet neceſſe, niſi vt pedes lauet, vt habeat partem me-

Cedere in bello non ſemper iuuat.

Generoſitas ex Marte.

Dictator.

Abluere pedes poſt Baptiſmum.

tem mecum: Quare hoc? In Baptiſmate cùm omnis culpa diluatur, recedit culpa; ſed quia Adam ſupplantatus à Diabolo, venenum ſenſit effuſum ſupra pedes, ideò lauat Chriſtus pedes, vt maius ſubſidium ſanctificationis accedat. Laua ergo pedes, vt laues venena ſerpentis. *Six. Senen. lib*: *6. Bibl. 5. Annot. CCIX. reſoluit:* In Baptiſmo eodem temporis momento, omnia peccata dimitti, & nullum remanet, ſedeſt humilitatis Chriſti propoſitum Apoſt. exemplũ, vel fomes peccati, deleta culpa per Baptiſmum, remanet: *vt D. Paulus*. Scio, quia peccatum in me habitat. Per ablutionem ergò pedum, ſanctificationis in Baptiſmo ſuſceptæ, fit præſidium & incrementum. Tunc ad noſtrum propoſitum, & Drogomiriorum generoſitatem, ſi pro Chriſto, Eccleſia, & Rege, ſanguine proprio abluerunt pedes, Generoſitas eſt, vel ſi aliter: Cùm generoſitas in milite non apparet niſi ex ſanguine, in cuius modi rem T. Manlius in ſanguine torquem tinctum hoſtili, collo ſuo impoſuit, & hoc generoſitatis erit, vt cùm vellent in ſanguine hoſtili lauare manus, Bellona inuida in proprio ſanguine pedes eorum lauit, vt ſic fortes & generoſi ex principio fiant ſolo, ſed dimidium facti, qui bene cæpit, habet.

Generoſitas militis in ſanguine.

BELLVM EXPERTVM.

Dulce bellum milit.

Omnium bellorum ſunt exitus incerti, attamen bellantibus dulce bellum eſt: differenter tamen, quia ſunt bellantes, differentem quoque dulcedinem tenent. Dulce namque bellum eſt inexpertis, ſed eo dulcè, quia efferunt eos equus, gladius, licẽtia, rapina, cenſus. Dulce verò eſt expertis, quia agunt pro aris & focis, ſcilicet Deo, Eccleſia, Patria. Hinc iſti audito hoſte, non quærunt quot ſunt, ſed vbi, quia quærunt, vt congrediantur. Illi verò quærunt, quot ſunt? & audito numero fugiunt: ſic experti fiunt victores pugnando, inexperti fugiendo. Experti poſt pugnam oſtendunt ſigna in facie & pectore, inexperti in tergo & ſcapulis. Hinc titulus horum Euiſceratores, ob rapinam, illorum protectores, ob vitutem. Conſcripſerat quidam bellum Gramaticale, vbi verbum ducit exercitum contra Anomalia, in quo Anomalia mutilata & truncata, à verbis adiectiuis & ſubſtantiuis, recedunt. Eſt inexpertorum verborum, in ſcholis bellum inexpertum in acie, quos ſi parentes non tam virtute, quàm verecundia moti, caſtris ingerũt. Hic intentio eorum venit audire, non belli voces, vocales duces, non ſemiuocales tubas, aut mutas, vexilla: ſed vocales turbæ, quare redeuntibus & infælicia dicentibus parentes reſpondent: Anomalia, id eſt Anomali. Syn moy, mogłby był pozbydź ręki/nogi/ id eſt: Si contingat filium meum amittere manum, pedem, aret

Inexpertis quomodo dulce bellum.

Anomala verba.

mecum,

mecum, ſic mutilatus non erit. Expertus verò non aliud ob oculos verſandum admittit, quam quod Rutilius dixit:

Iuſtis bellorum cauſis, nec pace ſuperba
Nobilis ad ſummas gloriá venit opes.

LINEA FAMILIÆ DROGOMIRIORVM.

DRogomierzy. *In Volhinia. Domui & famæ optimè conſulunt. His Thales conſilium reliquit:* Ama diſciplinam, temperantiam, prudentiam, veritatem, fidem, experientiam, dexteritatem, ſocietatem, diligentiam, æconomiam, artem, pietatem.

Potrikowſcij, *ad iuſtitam vigiles. Docebat Cleobulus:* Virtutis eſt proprium, iniuſtitiam odiſſe, pietatem cuſtodire. Patriæ, & proximo optima conſulere.

Romatowſcij, *Ex his vnus in Cracou. terra reliquerat filios & filiam Lutoſłáwſka, Notarij Caſtren. Sadecen. coniugem.*

Sádowſcij, *in Cracou. Palat. Prudentiſſimi domi in iudiciis, & in bello. Dicebat Architas:* Vir prudens hoc pacto naſcetur. Primum nactus ſit oportet ingenium ſolers, memor, & laborioſum. Deinde à puero animum exerceat circa ſpeculationes & rectam Philoſophiam. Poſtea de dijs legibus & vitis hominum experientiam adipiſcatur.

Kulik, *in Pruſſia. Eſt Biantis dogma:* Si pulcher videaris, pulchra facito: ſin deformis, naturæ defectum morum pulchritudine penſato.

Alias hic Familias vigilantior penna adnotabit.

Drogoſlaw.

DROGOSŁAW.



DELINEATIO.

Annuli medium & ſagitta.

EST medietas annuli in modum iridis diſpoſita, in cujus vertice eſt Sagitta, cuſpide ſurſum obuerſa: eſt coloris albi, Annulus in campo ceruleo, ſuper coronam ſunt quinque pennæ Strutionis.

ORIGO.

ORiginem ex Sileſiæ partibus ponunt, quaſi omnes, qui Arma nobilium notabant, ſed quâ occaſione, nullus refert; nec quo pacto illata ſunt in Regnum, affirmant. Verùm tamen non aliud prætendunt, quam præclarorum geſtorum monimentum: Exiſtimo medium Annulum cum Sagitta veniſſe, quod fortiter ab hoſte vallatos (quos foris vaſtabat gladius, & intus pauor, *vt Deut: 32. dicitur*:) ab obſidione & morte liberauerit. Rupit ſcilicet annulum fidelem hoſtis ſagitta, & diſiecit.

FORTV-

Digitized by Google

FORTVNA INVIOLATA.

Fortuna inuiolata.

PRæſtantior nobilitas eſt, *inquit Caſſiod. lib*: 3. *Epiſt. cuius origo theſauris prudentiæ locuples inuenitur*. Cùm Arma Drogoslai conſidero, nedum originem prudentiæ, ſed inuiolatam fortunam in eo animaduerto. Quid enim ſemicirculus iſte cum telo, quid annulus cum ſagitta deſignant? cuiuſdam prudentiæ theſauros indubiè, ac fortunæ inuiolatæ vices. Dum namque conſidero exercitum Zipangrinorum, illi aduerſus hoſtes, non alia fortuna & vi vtebantur, quam annulis, quorum ea vis erat, vt inuiolabiles permanerent, *vt Paul. Venet. de Tart. geſtis refert*: *Ita Polyciates Samnius, Fortuna quaſi Hieroglиphicum, fortunam inuiolatam annulo demonſtrabat*: Hic namque ſuaſu Amaſis Aegyptiorum Regis, vt fauorem fortunæ experiretur, annulum ſignatorium prætioſum in profundum maris abiecit. Capiunt poſtmodum piſcem, inueniunt in eo annulum, & loco muneris obtulerunt: *Habet Plin.* Etiam Giges Indiarum Rex tam ſecretæ fortunæ annulum tenebat, vt in eo omnes videret, ipſum verò nullus. Multo præſtantiùs in his armis fortunæ inuiolatæ vis apparuit. Zipangrinorum namque fortuna, ſi detracti fuerint annuli, cadebat: ac eorum geſta, leges, mores, intelligebantur; *vt addit nominatus author*: Hic verò annulus, licet medius, detrahi ab eis non poteſt, ſed manebit, donec ſucceſſores permanſerint. Et vt dicebat Caius vxori: *Ego Caius, tu Caia*, ita naſcentes ex Drogoſlais vocabuntur: *Ego Drogoslaus, tu Drogoslaa*. Polycratis fortunam ſummum infortunium ſubſecutum fuit, nam ad extremum cruci ignominioſè affixus, Drogoſlai verò annulus, gloriam ſempiternam ſecum ducit: Laudabilis enim vena ſuam ſeruat originem, & fideliter poſteris tradit, quæ in ſe glorioſa tranſmiſsione promeruit, *Caſſiod. lib*: 3. *Epiſt.* Giges cùm multos videret annuli virtute, & illum nullus, perſimilis erat homini profundè incarcerato, qui alios videt, illum nullus. Drogoſlai verò annulus tantæ dignitatis & fortunæ eſt, vt in eo ſe quidem non videt, ſed ab hominibus in illo videtur. Habet enim hoc optimum generoſus animus, quod concitatur ad honeſta, proſpera tentabit, aduerſa comminuet, & aliis admiranda deſpiciet. *Sen*: 37. *Epiſt.*

Annulo exercitus vincebatur.

Zypangini Polyciates.

Annulus, fortunæ inuiolatæ ſymbolū.

Annulus, Gigis Regis Indorum.

Caius Caia.

Generoſi animi ſigna.

CVSTODIA PACIS.

Cuſtodia pacis.

AD perpetuò ſtabiliendam pacem Deus cum terra, poſt illud videlicet lamentum, *Pænitet me hominem feciſſe*, ac diluuium vniuerſale, hac cuſtodia vſus fuerat. Poſuit medium annulum

ſuper cælos, quem ex arcu iræ ſuæ formauit, & ſuper eum ſaggittam verſus cælum telo affixit, dixitque: *Hoc erit ſignum fæderis inter me & terram.* Hinc iridem cuſtodiam pacis dicimus. Similia ſunt veſtra arma ô Drogoſlai ſucceſſores, non alio vt apparet fine, quam ad defferendum & offerendum vobis officium cuſtodiæ pacis.

Annulus Pompeii in ſignum militi.

Vt ſicut Pompeius magnus, quondam à Sylla in Siciliam miſſus, cuſtodes pacis, annulo ſignatorio in eorum gladijs præficiebat: ita vos à veſtro Rege hoc annulo & ſagitta, in cuſtodiam ac defenſionem pacis, procreari & eligi, notum & perſpectum vobis tenetis. Tales habuit quondam de Familia veſtra Rothmagiſtros, ſub inuicto Ioanne Zamoyſcio, Więckouios in Podolia, tales ſub Staniſlao Zolkieuio, Bukouiecios, &c. pacis videlicet cuſtodes in Caſtris, ergâ Michaelum Palatinum Multaniæ, & incurrentes Scythas in Regnum & confinia Regni Poloniæ: Reſumite igitur vires, memores quod virtus nudo homine contenta ſit. Et vt non fuit vobis rubor, more Romanorum eburneo Scipione depoſito, agreſtem aratri ſtiuam repetere: ita Attilij exemplo, manus ruſtico opere attritæ, ſalutem publicam ſtabiliant. Hoc namque principalius arma veſtra præſagiunt, quæ quandam formam in ſe calcaris equitum referunt, & quandam ocream figurant.

Virtus nudo homine contenta.

Ponere ſcipionem Aratrū ſumere.

FIDA AMICITIA.

Aureo nummo amicitia fida.

EX medietate fidam & veram amicitiam plurimi colligebant, Ita Childericus Gall. Rex quartus, pulſus Regno, fidam amicitiam Guinei Senatoris, aureo nummo in duas partes ſecto, conteſtatam accepit de certa & vera reconciliatione. *Paul. Æmilius.* Etiam parentes tali medietate, fidam amicitiam cum ſuis filijs cognouiſſe referunt. Mater vnicum habendo filium, ſocietatem eius multi expetebant in mercimonijs; dedit illa filium, atque in diſceſſu dat tria poma filio, mandatque vt in via eſuriens, ea amicis ſcindenda & diſtribuenda offerat, quid ſit primus, partitur pomum in duas partes inæquales, ac partem minorem dedit filio, alter diuiſit in partes inæquales, & partem maiorem dedit filio, tertius in partes æquales ſcindit, quibus ad matrem relatis, monet vt tertium eligat in ſocium mercimoniarum, quia primus iniuſtus fuerat alteri, ſecundus ſibi ipſi, tertius æqualiter egit. *Author menſæ Theophiloſophicæ.* Non aliud quoque ex veſtra medietate annuli colligo, quam fidam amicitiam, nam pro amicis ſummos & hos iucundiſſimos ſuſtinuiſtis labores. Amica vobis veritas, amica Patria, amica libertas. Vnde quod Achilles quærenti Aiaci reſpondebat, hoc quoque vobis eſt in reſpondendo: Quæſiuit Aiax, quos ſuſtines Achil-

In medio pomo verus amicus.

Labor iucundus & maximus.

nes Achiles omnium maximos labores. Reſpondit, ſuſceptos pro amicis: & quos iucundiſsimos ſuſtines! eoſdem reſpondit. Significabat heroicum virum flagrare immenſa quadam amicos iuuandi cupiditate. Optime *Franc. Petrarcha:*

Verus amicitiæ cultor pręcioſior auro eſt.
Et gemmis, ſed eum dic mihi vbi inuenias?

En quæruloſe Petrarcha habes Drogoſlaos, hoc eſt care famoſos, ita namque ex eius proprio idiomate interpretatur. Vt namque Parenteſis Oratoribus eſt certum ſignum viuæ intelligentiæ & rationis, ſenſus præcedentis & ſubſequentis: ita Arma eorum Parenteſim è cælo inchoatam, cum in ſe exprimant, non alium in ſe ſenſum, quam fidum amicumque fideliter generabunt. Ita namque Ennius: *Amicus certus, in re certa cernitur.* **Parentheſis.**

LINEA FAMILIÆ DRO-GOSLAVIORVM.

BVkowieccij, *in Poſnan. Palat. Comparant in adoleſcentia bonam fortunam, in ſenectute verò ſapientiam. Sunt Bukowieccij & in Pocutia militarem obſeruantes.*

Herſtopcij, *in Poſnan. Optimam Drogoslauiis Biantes reliquit regulam*, vt Stob. *Curandum eſt, vt habeas in factis memoriam, in tempore cautionem, in moribus ingenuitatem, in labore patientiam, in metu fortitudinem, in diuitiis amicitiam, in oratione perſuaſionem, in ſilentio decorum, in mente iuſtitiam, in audacia fortitudinem, in actione potentiam, in gloria principatum, in natura ingenuitatem.*

Dąbrowſcij, *Cum antiquitate familiæ, virtutum amatores. His optimè* Soſiades *vnus è ſeptem ſapientibus, commonſtrauit iter. Modeſtus eſto in pueritia, & adoleſcens quidem ſis temperans, vigente ætate iuſtus, ſenex autem prudens, vt moriaris abſq; triſtitia.*

Wieczkowſcij *ibidem, Demum militando cum Scythis, facti ſunt incolæ in Podolia. Dederunt operam, vt viuendo laudabiles, defuncti verò beati exiſtimarentur.*

Gorziccij, *Cultores ſapientiæ. Cultor ſapientiæ maximi exiſtimatur: quid de ſapientia Chriſtiana referam. Talis ſapiens, pauca de virtute verba facit; multa interim re ipſa & opere declarat; & verbis ſuis authoritatem vitæ honeſtate conciliat.*

Srzemſcij, *in Maiori Pol. Honeſtæ & ſapientis vitæ neruos diligenter obſeruant.* De quibus Epicharmus: *Eſto ſobrius memorq; diffidere.*

Truſko, *in Pruſſia & Sileſia. Maiores tuos corona, pro patria mortem oppetas. Non pugna aduerſus vitam: Non quauis de cauſſa triſteris, Diuitijs non confide. Hæc præcepta* Soſiades *nobili ac virtuoſo præſcripſit.*

Digitized by Google

Druzyna.

D R V Z Y N A.



DELINEATIO.

Fluuius albus

EST fluuius albus à leua ad dextram deſcendens, quaſi ex alto, per lineam curuam, in campo rubeo, ſine cruce, ad differentiam Armorum Srzeniáwá, ſuper galeam duæ tubæ, intra quarum medietatem eſt Leo decubans.

ORIGO.

MIliti ſic vocato Druzyná, cùm fortem dextram ad claſsica vocanti hoſti porrexiſſet, atque tam fælici initio, fæliciorem finem pugnæ ad fluuium Srzeniáwá reddidiſſet: in Regno Poloniæ donata fuerant. Verius quod toti Companiæ ſtrenuè militanti, cum ſuo duce conceſſa ſint, At duci eorum fluuius cum cruce.

Oceanus Famæ.

OCEANVS FAMÆ.

DVlce pellitis ouibus Gelaſi flumen, *dicebat Horat: 2. Carm.* at dulcius flumen Druzyniorum flumine eſſe nequit, pellit namque ad ipſos famam, & inſtar Oceani abundantem, quam ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet omnes famant, & exclamant: Habent Septemtrionales hiſtoriæ, quod iuxta maritima littora Oſtrogottorum fluuius, qui alluebat vrbem Horcopiam, contineat in alueo ſuo omnium rerum formas ſaxeas, ac ſi eſſent arte confectæ, ſed in confuſo, nunc porrigit formam manus, nunc pedis &c. *Maiol. Colloq.* 11. Magna vis fluminis, ſed in comparatione ad Druzyniorum flumen nullum. Horum namque flumen reddidit decentem, & perfectiſsimam formam Druzyniorum, qua euiterna poſteritas fulget & ſplendet. Lego admirandum flumen in nouo orbe, cui nomen Zenen, quod cum pluuiis augetur, aureas glebas inſtar oui gallinacei defert. *Refert Petr. Hiſp. p.* 5. *Cap.* 17. Verè nobiliſsimum & admirandum flumen; ſed non minoris dignitatis eſt Druzyniorum flumen, in eo namque redundante ſanguine hoſtili, piſcati ſunt famam & gloriam prætioſiorem omni auro, quæ nulla ré diuelli poteſt, aut auferri: at domino benedicente tempora Oceani æquare poteſt. Vt verò benedictio domini vobis faueat, attendite, *quod Iſidorus lib.* 13. *Cap.* 15. *remedium ponat*: In Teſſalia, *inquit*, fluuij duo ſunt eiuſmodi, vt ſi biberint ex vno oues, erunt albæ, ſi ex altero, erunt nigræ, ſi ex vtroque variæ. Fluuius veſter Srzeniawá, præbuit vobis Druzynij aquam candidam, curate igitur ne in aduerſum fluuium famâ, conuerſatione, vitâ, declinetis; nam ita ex candidis atri, ex benedictis maledictioni obnoxij eritis. Hinc Pſal: *Flumen Dei repletum eſt aquis, quoniam ita eſt præparatio eius.* Cuius eius? Hominis, Cor namque hominis diſponit viam ſuam, domini autem eſt dirigere greſſum *Prouerb.* 16. Obſeruate igitur animis veſtris doctrinam *Iob.* 25. Iuſtificationem meam quam cæpi tenere non deſeram, neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

Flumen formas ſaxeas retinet.

Flumen in quo aurum.

Fluuius reddit album & nigrum.

Flumen Dei.

FLVVIVS FORTITVDINIS.

Fluuius fortitudinis.

INfirma mundi elegit Deus, vt fortia quæque confundat, *dicit Scriptura:* Nil infirmius aqua, nam diluendo, atteritur; ſed nil quoque firmius aqua, quæ auellit montes à radicibus. Vnde meritò, fluuius fortitudinis, aliquod flumen nuncupabitur. Sed habent innatam vim ac fortitudinem flumina. *Plin. lib.* 31. *Cap.* 2. In Scyretico flumine quæcunque arbores abluantur, ſaxa fieri cum ramis. Idem in Etruria ad Senas, iuxta Collenſe oppidum, Leander dicit de flumine, vt columnæ conficiantur. Aliam quoque vim fluminis apud Bocatium noui Lyparam Ciliciæ, in quo qui lauatur vel natet, pervngi vt oleo ac adipe. Habet Symbolum igitur aqua fortitudinis, nam antiquitus luctatores oleo ob fortitudinis experimentum inungebantur. Sed quicquid ſit de aliarum regionum

Arbores in ſaxa ob fluuium vertuntur.

Aqua vt oleũ

Aqua Symbolum fortitudinis.

Digitized by Google

gionum fluuijs. Fluuius Druzyniorum eſt merito fluuius fortitudinis nuncupandus; nam teſtimonium & calcar inſigne ſummæ fortitudinis gradus à Srzeniawa fluuio retinuerunt. Verum altero moueor, de Familia veſtra, *referente Bielſcio in ſtemmatibus.* Marcus nomine Reus innocentis ſanguinis ſancti, ac Deo dilecti Epiſcopi Crac: Staniſlai degenerauerat à nobilitate Druzyniorum. Huic ſuus fluuius in Stygem Achaiæ conuerſus, qui *vt inquit Senat. lib.* 3. *Cap.* 25. epotus illico interficit, nec aliquo poteſt vaſe contineri, niſi aſini cornibus. Naſcuntur enim in Scythia aſini cum cornibus *vt Ælian lib.* 10. *Cap.* 41. Recordatus igitur priſtini ſui fluminis, tantam pænitentiæ ex oculis effudit aquam, vt Romam præcurrendo ne dum abſolutionem meruit, ſed etiam in Curia Romana, Prothonarius factus, poſt modum Epiſcopus Plocen. electus confirmaretur. Crediderim aſini cornu in tam feruidam aquam non ſolum habuiſſe vim retinendi, ſed immutandi etiam. Immutatus profecto & Druzynius, qui aquam generantem mortem, diſpoſuit ad generandam ſibi gloriam & coronam.

Druzynij malitia in bonitatem per pænitentiã verſa.

Fluuius epotus interficit.

Fluuius in cornu aſini continetur.

Pænitentia vera recompenſatur.

TEMPORIS LVCRVM.

Temporis lucrum.

DVx & moderator temporum ſicut à multis aſsignatur eſſe Sol. (*Ita enim Plinius lib.* 2. *Nat. Hiſt: Cap.* 2. *Et Haben ragela:* Gubernator & factor tẽporum magnus eſt Sol, & rationem aſſignat. *lib.* 3. *de diebus Critic. Cap.* 2. Sol eſt author veris, æſtatis, autumni, & Hyemis) ita à multis in lucrum temporis aſsignatur hominum. *Ita Sen. lib:* 1. *Epiſt.* 1. Omnia abeunt, tempus noſtrum eſt. *Et D. Bernar. ſerm. ad ſcholarum:* Nihil prætioſius tempore, Hinc Veſpaſianus, diem perdidimus. Sed ô heu, rectè lamentabatur S. Bernar. Hodie nihil tempore vilius inuenitur. Tranſeunt enim dies ſalutis & nemo conſiderat. Ad temporis lucrum citò præterfluens Srzeniawá, vos admonet Druzynij, vt ſicut arripere lucrum nobilis virtutis in præterfluente non neglexiſtis, ita nullum tempus, nullamque occaſionem ſine lucro admittatis. Neque temerè per fluuium veſtrum temporis lucrum ſignifico, cum Deus ipſe ter Opt. Max. temporis iacturam & lucrum per aquas & flumina ſignificare dignatus ſit, iacturam quidem, Diluuio Noe, & in vndatione Conſtantinopolitana temporibus Copronimi & Iuliani Apoſtatæ: Lucrum verò multoties pluribus, at præcipuè etiam Pelagij 2. Pont, Max. temporibus, cum fluuius Athæſis ad Veronam excreſcens ad Beati Zenonis Eccleſiam venit, nec eius Eccleſiæ ianuas apertas ingreſſus eſt, ſed velut aggere fores occluſit, atque hominibus in Eccleſia ma-

Sol dux & moderator tẽporum.

Homo lucrum temporis curet.

Tempus noſtrum.

Flumina & aqua iactura & lucri temporis ſignata.

Athæſis fluuius non obruit fores Eccleſiæ.

clesia ma-

cleſia manentibus officio erat. Quod non alio reſpectu, quàm ob meritum ſancti Pontificis, qui lucrum temporis vt viuens obſeruauit, ita Sanctus in adiutorium populo conuertit.

Sic vobis ſuperi faueant: ſic rector Olympi
Vos faciat tempus, lucro potiri ſuum.

LINEA FAMILIÆ DRVZYNA.

STadniccij *à Zmigrod. Martinus Palat: Cracou.* 1286. *De quo & Dlugoſſius. Iacobus Caſtell: Sanocen. qui cum Cruciferis pugnando pro patria obijt.* 1331. Bielſcius lib. 3. *Marcus Caſtell: Sadecen.* 1480. *Nicolaum littera Caſimiri in Conuentione Opatouicn. data* 1473. *meminerunt & Iacobum Vladislai Regis litteræ, cui & bona tribuit in diſtrictu Biecen: Siechowo. & Bukowina,* 1440. Marcus *ex Barbara Zborowſka Caſtell. Crac. filia, reliquit Stanislaũ Rothmag. & in militari ob experientiam & audacem fortunam Decium nominatum, Regis Stephani temporibus.* Anno 1577. *ſub Gedano. In Moſchouia contra Tartaros à Luki cum Nicolao Iazłowiecki Capitan. Sniatinen. à Rege miſſus, Sub Ianuſio Duce in Zbaraz Palat. Braclauien. & in varijs expeditionibus Moſchouiticis, & Vngaricis ſub Agero & Berino. Reliquit & alios filios in bellicis rebus milites ſtrenuos, Martinum, Ioannem, Samuelem, & Andream. Erat me hercule domus clariſſima Stadnicciorum, malleus & bipennis hoſtium: murus & antemurale patriæ. Faxit Deus, vt & illa probitas morum, & egregia honeſtaque virtus refloreat, & ſemina poſteritatis adornata pietate, triumphante fortuna, excellant. Adamus de Zmigrod Stadnicki Palat: Belzen. Præmislien. Strien. Colen. Capit: Andreas frater ſuus, quem nemo amicus in beneficentia, inimicus in ferenda iniuria ſuperauit. Hic poſt reditum ex Moſchouia vbi nomine S. R. M. Sigiſmundi Tertij Nuncius interfuerat pro ſolemnitate Nuptiarum inter Demetrium Magnum Ducem Moſchouitarum, & Marinam Illuſtr. D. Georgij Mniſſek Palatini Sendomirien. filiam, Cracouiæ ſubita morte oppreſſus ac ibid: in Eccleſia SS. Trinitatis apud PP. Ord. Prædicat. ſubtus Capellam S. Hyacinthi ſepultus eſt, in cuius Epitaphio ibidem hæc inſculpta ſunt.*

Magnifico Domino Andreæ Petro Stadnicki, de Zmigrod. perantiqua & clariſsima ſtirpe oriundo, viro pietate, & prudentia eximia, atque animi magnitudine, morumque facilitate ſingulari, de Rege, Republica, amicis, optimè merito, Religionis auitæ, Ordiniſque Sacri propugnatori acerrimo. Qui vix ex Moſcouia reuerſus, mane rebus diuinis Cracouiæ peractis, ſubita vi morbi oppreſſus, ex hac

mortali vita ad illam æternam commigrauit. Vixit annis XLVIII. Moritur Anno Dñi. 1608. die. 19. Octobris. Zephia Senni ſka hoc amoris & deſiderij monumentum Coniugi Cariſsimo, mœrens cum lachrimis poſuit.

Lubomirſcij *antiquiſſima familia. Iacobus Iudex Terræ Crac. Ioachimus filius Præfectus exercituum Curiæ Auguſti Regis, Capit. Iaslen. Sebaſtianus Comes à Wisnicz Lubomirſki, Caſtellanus Woynicen. Sandomirienſis, Scepuſienſis, Dobcycenſis &c. &c. Capitaneus, de quo Epitaphium Cracouiæ in Eccleſia SS. Trinitatis, ante fores Capellæ eiuſdem, pro ſui ſuorumq́ ſepultura, ex marmore affabre extructæ, & dotatæ per villam dictam Wolica, hæc poſteris tradit:*

SEBASTIANVS Comes à Wisnicz LVBOMIRSKI
Caſtellanus Woynicen. Sandomirienſis, &c. &c. Capitaneus.
Antiqua fide & virtute Senator
Religione in DEVM ſumma,
Ideoq; in Clerum & Religioſorum Ordines effuſè propenſus.
Reipublicæ integritatis ſtudioſiſsimus,
Obſequio in Reges Maioribus ſuis par,
Bello & pace clarus
Humanitate & officiis certare ſolitus
Atque ideo omnibus amabilis.
HVIC
Nihil defuit, præterquam quod mortalis fuit.
Vixit annos 76. obijt 20. Iulij, Anno 1613.
Tu qui legis viator, dic, precor, Animæ
Parce DEVS.

Hic ex Anna de Ruſſca Branicka ſuſcepit magnificam prolem: Filium Stanislaum, ante Palatinum Ruſſiæ, modò feliciter Palatinum & Generalem Crac. Scepuſien. Zatorien. Niepolomicen. Dobczycen. &c Capitaneum, ſemper in neceſſitates Patriæ intentum, pluribus pro ea expeditionibus perfunctum probatumq́, miro omnium fauore, quem ipſi comparat Comitas & Beneficentia in omnes, naturæ dotes & magnæ in regendo artes, ad obtinenda occupandaq́ officia & famam accommodatæ; quippe nemo in litteris armiſq́ inaudit commendatior, quem non aggrediatur, ſuaq́ ipſum ſibi non adiungat componatq́ beneuolentia & virtute. Adhæc nulla in toto regno ſedes hoſpitalior, ad quam frequentius vel ab externis Principibus miſſi Legati diuertant, vel Primores nobileſq́ domeſtici excipiantur magnificentius, quàm Lubomirſcij Domus. Hic Anno 1621. præfectus Exercituum Regni contra Oſmanum Turcarum Imperatorem in caſtris Chocimen. primum quidem Iunior, at poſt mortem Caroli Chodkieuicij Supremus & Generalis extitit. Quo

in munere

in munere, quantum virtutis & fortitudinis ſuæ ſpecimen ediderit, hoſtis profligatus ſenſit, & patria liberata teſtatur: Et cum in omnibus aliis expeditionibus (quarum nullam omittit) Regni fuiſſet victorioſus, in Chocimenſi glorioſus apparuit; in aliis vocatur patriæ amator, in hac vocatus eſt Pater & Seruator. Nec mirum! ope enim cæleſti poſt mortem Chodkieuicij iure omni belli paciſq; ſuſcepto, regimen ac totum imperium ſuum Diuinæ adminiſtrationi addixerat, vt ſalutem totius exercitus cum fortuna ſua ſartam tectamque cuſtodiret. Inſuper pro victoria obtinenda inter precandum auditus eſt votum ſupremo bellorum adminiſtratori tale emiſiſſe, vt ſi fælix, ſi victorioſus cum ſuis ex prælio recederet, monumentum æternitati poneret ſempiternum, Baſilicamq; aliquam ſumptuoſam, quam poſtmodum confecto feliciter bello in Wiſnic, ea magnificentia à fundamentis erexit, quam Regiæ opes vix amplius ornarent, augerentq;, & reddidit dedicauitq; cum Cænobio Carmelitarum Diſcalceatorum ſacrum IESV CHRISTO SALVATORI, quaſi Exercitus ſui glorioſo Imperatori ac Victori monumentum. Extruxit & aliud Fratribus Ordinis Prædicatorum Monaſterium ſimul cum Eccleſia in Ruſſiæ oppido dicto Lubartow, additis ad hoc poſſeſſionibus, piſcaturis & redditibus annuis, ipſaq; Eccleſia ſuppellectili ampla, apparamentis elegantibus, auroq; & argento condecorata: Monialibus quoque eiuſdem Ordinis Cracouiæ ad Eccleſiam S. Mariæ ad Nives, ex liberali munificentia ſua, contulit poſſeſſionem, cupiens, vt æterna ſui nominis apud Deum in illo monaſterio à ſua parente Anna de Ruſca conſtructo, maneret memoria. Nec hic deſtitit ſua liberalis pietas erga Deum, nam præter dicta multas Eccleſias Parochiales erexit, fundauit, & ſufficienter dotauit, inter quas eſt Præpoſitura Wiſnien. cui ille in dotem contulit villam dictam Stradomia. Hic ex Sophia Duciſſa in Oſtrog ſuſcepit Michaelem Alexandrum Capitaneum Sandomirien: Sebaſtianum Georgium Capitaneum Sadecen. & Conſtantinum Hyacinthum Capitaneum Białocerkien: & Filiam Conſtantiam, quam Franciſco Czarnkouio Capitaneo Miedzyrzecen. in matrimonium fæliciter locauit, Alteram Chriſtinam Illuſtriſſimo S. R. Imperij Principi ac D. D. Alberto Stanislao Radziuil: Duci in Olyka & Nieſwiez. Magni Ducat. Lithuaniæ Cancellario: Pinſcenſi, Meuen. Caunen. Tucholien. Vielonen. &c. Capitaneo nuptam. Alter Ioachimus Comes de Wiſnic. Lubomirſki, eiuſdem Sebaſtiani Caſtellani Woynicen. filius, ac Stanislai Palatini Crac. germanus Frater, Dobcicen. Lipcicen. Timbarcen. &c. Capitaneus, vir in toga ſagoq; celeberrimus: qui in obſidione Smolenſciana cum S. memoriæ Sigiſmundo Tertio Rege Poloniæ, omnibus bonis mærentibus, immatura morte præuentus, dum exuuias ſui corporis Cracouiæ in Eccleſia SS. Trinitatis deponeret, tali Epitaphio eſt donatus.

D. O. M.

Illuſtris & Generoſæ ſpei proles
IOACHIMVS Comes de Wiſnic LVBOMIRSKI
Dobcicen. Lipnicen. Timbarcen. &c. &c. Capitaneus,
Dum obſidioni Smolenſcianæ excubat, occumbit.
Et qui manu hoſtis occidi non potuit,
Vi febris victus occidit.
O mors immatura, nî inuidiſſes,
Magnum decus Patria vidiſſet:
Eheu ſpes mortalium inanes
Quæ inter manus amplectentium
Quaſi vmbra diſsiliunt;
Nemo fuit, nemo erit fælix,
Priuſquam ex hoc errorum tugurio migrauerit.
Valete amici, & viuite morituri,
En vix edoctus viuere, morior,
Et plenus fortunis. Hoc vnum
Quod virtute paraui, ſecurè teneo,
Vixit annos 22. moritur 16. Iulij Anno 1610.

Idem Sebaſtianus Lubomirſki, ex eadem Anna de Ruſsca, reliquit filias, vt Catherinam Ioanni Duci in Oſtrog, Caſtellano Crac. in matrimonium datam. Annam, quæ Religioſa facta in Monaſterio Stániatecen. ante profeſſionem mortua eſt. Zophiam quæ Nicolao Oleſnicio Palatino Lublinen. nupta erat. Barbaram, Ioanni Zebrzydouio Enſifero Regni, Capitaneo Korcinen. & Lántſkoron: &c. nuptam. Chriſtinam Illuſtriſſ: D. Stanislao Koniècpolſcio, Caſtellano Crac. Præfecto Generali exercituum Regni in matrimonium locatam, & Leonoram, quæ in virginitate, cum magna opinione ſanctitatis mortua Cracouiæ in ſepulchro patris ſepulta quieſcit.

Wieruſcij *de Wieruſzyce in Palat. Crac. Ioannes Auguſto ſceptra tenente, Vexillifer Regiæ Curiæ & Capit. Sadecen. Horum vitæ teſtis, virtus.*

Skotnicij *in Palat Crac. Hos celſa virtus, & magnanimus honos, in immenſum euexit. Martinum Caſtell. Zauichoſten. ſub Anno* 1500. *Regni Priuilegia recenſent. Paulum in Reipub. negotiis ſtrenuum, Caſtell. Halicien. Anno* 1578. *ſcriptores referunt: eius familiæ poſteritas Illuſtriſſimæ domui Kalinowſciorum coniuncta fuit. Animaduertant obſecro, quod optimus ciuis patriæ, vt in ſermone eſt littera, ita ille elementum eſt Regni.*

Łapkowie *Alexandrum Epitaphium refert Crac. in Eccleſia S. Catharinæ Vi-*

Digitized by Google

rinæ Virum vt peritia litterarum, ita iurium apicibus, decenter ornatum. Regiſtrarunt aliqui, Germani fratres luxui dediti, dum bona paterna & materna in peſſum ire fecerunt, graſſante peſte Cracouiæ, Thobiam iuſtum imitati, ſepelire è vita decedentes elegerunt. Erat Annus 1537. *Suſcepit intentum Deus, ſuperſtites conſeruauit, & collectis bonis deceſſorum, ſuauiter vti permiſit. Petrus contra Moſchos, Scythas, Valachos ad Senium vſq; cum magnis exercituum Ducibus Zolkieuio & Koniecpolſcio indefeſſus miles, à Sereniſſimo Rege Sigiſmundo III. ad Barium villa prouiſus.*

Rupniewſcij *in Crac. Pala. Cum antiquitate familiæ, multis meritis, tàm in conſiliis Reipub. quàm in militaribus tropheis, præmia meruerunt.*

Charzewſcij *in Sendomir. terra & in Lublinenſi. Hæc antiquitus obſeruarunt præcepta, vt ſint & inter homines clari, & accepti Deo.*

Laſkowſcij *in Sendomir. & Cracou: Terra. Amabiles multis: Si cupis? Imitare. Nemini detrahere velis, & rarò in vita tua inimicum habebis.*

Mſtowſcij, *Erant ex his digniſſimi viri, Canonici Cracouien. Subiudices Cracouien. Terræ, Aulici Regum, & ſtrenui milites. His equidem memoria paratur æterna, nam degeneres lux arguit, probatos fouet.*

Tęgoborſcij *in Crac. Palat. Andreas. In Podgoria ad Sadeciam, homo virtuoſus, fugiens laudem, ac vituperium abhorrens.*

Láſoccij *Krzeſowie dicti, Viti meminit Epitaphium in Czyrzic. vbi dum Hæretici Eccleſiam Catholicam deuaſtarunt ac igne conſumpſerunt, ſub aere in campis ſepulturæ Chriſtianæ remanſerunt. Eius filia Dorothea Andreæ Rozembarſki, nupta demortua ibidem cum Epitaph. ſepulta fuit.*

Drzewica.

DRZEWICA.



DELINEATIO.

Luna cum ſtellis.

EST luna cornibus ſurſum obuerſa, ſubtus habet ſtellam,& intra lunam alteram coloris flaui, in campo cæruleo, ſuper galeam pennæ ſtrutionis.

ORIGO.

IN Regno Poloniæ ſunt acquiſita per alienigenam Arcadium nomine, à Principe Sieradienſi; eo quod Arcadius noctis cuſtodiam dum perageret in bello contra Lithuanos, agmen hoſtium fuderit, & ſigno dato ad Caſtra Principis, hoſtem Princeps proſtrauit. A Villa Drzewica nuncupata ſunt.. *Papr. in Stem. Nob.: Polon.* Sed in Nido aliam originem notat, Leſchus Niger cùm electus in Regem Polon. fuiſſet Procopius Drzewica, primus ei nuntia detulit, cui Rex in ſignum lætitiæ, hæc arma cum Patrimonio prouiſo contulit. Addit tamen, quod cum pro armis ſtella vteretur, Rex illi Lunam cum ſtella appoſuit.

FAVOR

Digitized by Google

FAVOR CÆLI.

Fauor cæli.

FAuor cæli ſummus in multis apparet, ſed maximè quod eius lumina diuidant diem & noctem: animaduertebat id Plato in Tymæo, dum inquit: Hac ratione conſilioque Dei tempus creare volentis, ſol & luna, & aliæ ſtellæ, quæ vocantur erraticæ, factæ ſunt, quo temporis numerus diſtinguatur & obſeruetur. Sed tanti fauoris cæli, ſunt non modicæ conſequentiæ, prima, vt cum tali tēpore, veniat prouentus alimoniæ, ſecunda, vt fortunate ac fæliciter veniat. Vos, ô incliti Drzeuicij, talis fauor cæli manebat, quo fauente luna & ſtellæ in hoſtes fauebant, & dum luna cum ſtellis ſtabit, vobis fauere cùm volueritis non tardabit. Eſt namque fauor cæli non immodicus & in hoc, cùm ſol qui curſu properat ab oriente in occidentem omni die, quaſi obliuiſcitur curſus ſui & ſtat, vt Iosue diebus. Eſt fauor cæli, cùm Luna mutabilis, immutabilis, decreſcens, ſemper creſcens alicui erit. Talis profecto eſt luna veſtra, quæ ne quando decreſcat vobis, at ſemper creſcat, lumen ſtellarum ſuperadditum ei cum ſua pulchritudine & virtute; atque ceu ouanti, pennæ Strutionis applauſerunt. Sed media quædam obſeruanda, ob fauorem cæli permanendum. Luna decreſcens atque ecclypſans alicui eo modo fit, & eo modo Illiada malorum nobis præſagiunt, cùm legem Dei relinquimus & deſerimus, cum moribus noſtris improbis & ſceleratis, quibus à Deo ad Satanam deficimus, gloriam Diuinam obſcuramus, & ſanguinem Ieſu Chriſti pedibus calcamus. Vide alias decreſcentias lunæ, & Ecclipſes hominibus cauendas, apud *Maiol. colloquio Tom: 4. Col: 1. De ludibrijs fortunæ.*

Sol & luminaria creat. vt tempus diſtinguatur.

Luna non decreſcens.

Cui luna decreſcit.

LVSVS FORTVNÆ STABILIS.

Luſus fortunæ ſtabilis.

SÆpè ſæpius luſum fortunæ legimus, at inſtabilis. Hinc quidam fortunæ imaginem Lunam aſsignabat.

Ludus fortunæ variatur in imagine lunæ
Creſcit, decreſcit, in eodem ſiſtere neſcit.

At luna veſtra ita ſtellis munita & ornata ſtabilem fortunam licet ludentem inducit. Illi namque eſt luſus fortunæ ſtabilis, qui colludente ſibi fortuna, coram Deo ludit. Ita enim Sap: *Delectabar per ſingulos dies ludens coram eo omni tempore*, quod & S. Dauid imitatus fuerat, pro ſtabili fortuna ſcilicet aduocanda, ludum coram Leo. X. Pont. Max. pro ſalute Camilli Archipoetæ ob ebrietatem

Luſus coram Leone X. Pont. Max.

podagrici,

podagrici talem luſum inſtituerat: Decantabat ad lyram Archipoeta:

Archipoeta facit verſus pro mille Poetis.

Cui Leo Pont: Max.

Et pro mille aliis Archipoeta bibit.

Cecinit iterum Archipoeta.

Porrige quod faciat mihi carmina docta Falernum.

Et Pontifex.

Hoc etiam eneruat debilitatq́ pedes.

Dum ergo ludit in humanis diuina potētia rebus, tu quoq; lude corā *Lunatici homines.* Deo cum Sanctis, & ſtabilis luſus tuæ fortunæ erit. Homines lunatici, communiter ſunt homines leues, inconſtantes, futiles, verſipelles, luna ipſa mutabiliores. Quapropter non conceditur in inſignia ſtrenue militantibus ſola luna, nam ſola luna habet monitorium inſtabilitatis rerum, ſicut in Numa inſtitutum erat Patricijs Romanis *Luna cum ſtella, cruce, gladio.* lunulas in calceamentis ferre, ſed conceditur luna cum cruce, gladijs, ſtella, & vobis cum ſtellis, ne ſcilicet ſitis luſus fortunæ mutabilis, at virtutibus & profectu fortunam vobis ſtabilem conſtituatis. Antoninus Pius dum Conſulatum Romanum quarto ageret, repræſenta- *Fortuna ſtabilis Antonini Pij Imperatoris.* ta fuit fortuna, ſtabilis & obſequens, tali pacto. Fæmina ſtans, dextra manu deflectens ad timonem currus, ſiniſtra verò tenens cornu copia, circum circa litteræ erant. *Coſ: IIII.* Fortuna obſequens. S. C. Eſt viro in Chriſto renato non vnicum medium quo ſibi clementem & obſequentem fortunam faciat, & magis perennem quam Antoninus prædictus, ſed præcipuum habete ludente fortuna, coram Deo ſanctè ludere. Hoc namq́ue veſtra luna nubibus obuerſa cum ſtellis apertè docuit: Eſt enim litteræ C. ſimilis, vnde docet luſum coram Deo prouenire ex conſcientia munda, & bonis operibus lucente. *Hinc 1. ad Timot 2.* Milita bonam militiam retinens fidem, & bonam conſcientiam. Vnde ingenioſum Diſtichon.

Omnibus antiſtat recti mens conſcia rebus:
Hoc benè emi vita, tu quoq́ crede decus.

FAMILIA DRZEVICIORVM.

PRocopius *a Drzewicá Drzewicki, Leſcone Nigro ſceptra dirigente. Huic arma hæc collata fuêre.*

Zaiaçkowſcij *ad Piotrkouiam, Cum antiquitate domus ornamenta poſterorum effecti. Nemini dictis, vel factis, aut ſtudiis nocuêrunt.*

Poplawſcij *in Crac: Palat. Hi ad Generoſam indolem, exterorum nationum peritiam in politia, & militari addiderunt. Collectis demum in tutum ſtudiis, in Cæſareæ Maieſt. aula digniſſimi, doctiſſimi.*

Muiſkow-

Mniſkowſcij *in Belzenſi Terra: Nobili latenter non viuendum.* Sed vt perſuadet Sophocles:

Namque æris inſtar, quod longo poſt tempore
Vſu refulget attritum, virtus viri
Comperta fulget actionibus puris.

D V B ſeu Q V E R C V S.



DELINEATIO.

EST arbuſculum ſeu ramus querci, coloris flaui, in quo ſunt glandes tres, ita diſpoſitæ, vt medius ſit duabus altior, ſubter quas ſunt folia duo, ſummitatibus ſurſum tendentia, in campo rubeo, ſuper galeam ſunt ijdem glandes.

ORIGO.

EX Bohemia in Regnum illata fuerant, per Procopium Zoładz de Prázice, qui Cracouiæ ducta vxore in matrimonium, Ducem exercitus Pragenſis egit, ac in bello mortuus. *Anno* 1518. Reliqui fratres in Regno Poloniæ remanſerunt.

CLARISSIMORVM TITVLI.

CVM Dominium Iupiter nactus Anni fuerit, *refert Ptol. in ſuo Quadrip.* generaliter rebus incrementa confert, ſed pecu-

 liariter

Digitized by Google

liariter in áëre temperamentũ bonum ſalubre, ventoſum, humidum, alens res è terra naſcentes, profectò planeta inter omnes clariſsimus. Familiam horum armorum meritò quoq; clariſsimorum titulis donandam venit, ac fælicitati Iouis applicandam. Nam quercus Ioui dicata erat, *vt Virg. 3. Georg.* Magna Iouis antiquo robore quercus. Imò antiqui Iouem quercinum vocabant, quia antiquitus quer-

Aquila ſuper quercum. cus hominibus (vt iuxta eorum mentem Iouis) victum dabat. Quapropter ad ſignificandam ſecuritatem, aquilam ſuper quercum depingebant, cum inſcriptione: *Requies tutiſſima.* Sed longè altiori

Res tutiſſima. ratione mouebor ad tantos titulos, viſa veſtra quercu, vobis aſcri-

Myſteria ſub quercu. bendos. Nam ſi Deum eiuſque myſteria conſpicio, ſummam myſteriorum ſub quercu fecit, vt de quercu Mambre *Gen*: 17. & 18. & de quercu Sychem *Gen*: 35. ſcriptura ſacra refert. Imò ſalutem hominis in ligno quercino creditur Chriſtus perfeciſſe, cùm & particulæ crucis, quæ videntur, ſimiles ſunt forma, colore, fortitudine, ſolidatæ quercui. *Et Iſaiæ 6. dicitur:* Erit in oſtenſionem ſicut Terebinthus & quercus. Vnde Falconia clariſsima fæmina cecinit:

Zoladziy.

Tollitur in cælum clamor, cunctiq; repente
Corripuere ſacram effigiem, manibuſq; cruentis
Ingentem quercum deciſis vndiq; ramis
Conſtituunt. ——————

Neque degeneres tam clariſsimorum titulorum vos video, cùm alterum Ducem exercitus Pragen. alterum Ducem Naualis prælij, & triremium apud Hiſpaniarum Regem *in Paprocio lego.* Vnde Pragæ Epitaphium tale legitur de vno veſtrum: *Mortuus miles ſtrenuus, Regibus multis notus.* Vobis igitur, quibus familia tam clara præceſsit, ſummopere ſatagendum eſt, vt motus contrarij non ſint ſuper veſtrum polum, prout *Ariſtot*: 2. *Meth. dicit.*

FIRMITATIS CENTRVM.

CÆſar Ripa in ſua Iconologia parte ſecunda, Prouinciam Marcæ Triuiſanæ dum delineat, eam dextra manu ſuſtenta-

Prouincia ſuper quercu fulcitur. tam, ad quercum dicit. Et hac ratione, quia eſt Prouincia fortis, potentiſsima in Italia, per terram & mare dominium tenens, multiſque Principibus honori, amori, timori. Et vt apparet, centrum ac firmitatem Italiæ voluit habere: Quapropter addit, ex hoc

Idolatria alligata ad quercum. quercu pendet roſtrum nauis. Neque abnuo, nam glandiferam teſtem & quandam ſecretariã diuinorum fuiſſe ſcio, & Idolatriam inſanam & ferocem, Iacob Patriarcha quercui, vti cuidam firmitatis centro alligauit: cùm idola & inaures ſub quercu in Sychẽ, vt aboleret, defodit.

Digitized by Google

defodit: Terebinthum enim hoc loco Iudæi quercum legunt. Arborem Caſsiæ, præditam ſingulari prærogatiua, *refert ex Ouet. ſum. Cap*: 79. *Maiol. de Plantis*. Radices eius ſemper rectè profundum petunt, nec deſinunt penetrare, donec aquam comperiant, etiam ſi plurima à ſuperficie foret diſtantia. Verùm potius habet imitationem Centri, at quercus ipſe eſt firmitatis centrum; ſuperat enim omnia firmitate & duratione. Collegiſtis tantam firmitatem, ô Zoladzij & Quercini, ex fortitudine plurimorum Regnorum, ex Sauromatico in Polonia, ex Catholiciſsimo in Hiſpania, ex Bellicoſiſsimo in Vngaria, ex Florentiſsimo in Bohemia, ex Sereniſsimo in Dania. Vndè irrefragrabile firmitatis centrum meritò nuncupamini. Nobilior enim expertus, ſciente. Vnde ex folijs & fructibus quercuum ſeruati ciuis gratia, corona ciuica dabatur ciui, ex eo, quod priſcis hominibus non aliunde cibus quoque & alimentum, quam ex quercu ſuppeditabatur, vti fortitudine quadam vitæ humanæ.

Caſſia penetrat terram, donec aquam inueniat.

Corona quercina cur?

Cibus ex quercu.

AMBROSIÆ FRVCTVS.

Ambroſia fructus ex quercu.

GRæcum computabitis, quercum germinaſſe tam ſaccareum fructum? Equidem non me latuit, arbores mirabiles & mirandas eſſe in Inſula Zebul. comperta arbor Coccus nomine, *refert Petrus Hiſp. in ſylua par.* 5. *Cap*: 17. cuius fructus Peponibus ſimilis, ſuccus eorum butiro perſimilis, poſtmodum vertitur in oleum, quod aquæ ſuperfuſum videtur ſaccarum, ſoli expoſitum fit acetum; ex eius germinibus percommodum fit filum, à ſtipite aqueus humor perfluit ad bibendum ſuauis, ex trunco fiunt nauigia, ex ramis funes, vela, malus, claui. *Ludou. Barthol. rerum Indicar. lib*: 2. *Cap*: 15. Sunt præterea arbores, è cuius medulla educitur præcipua farina ad hominum alimentum. Sunt ex quibus balſamus guttatim profluit ad vulnera & cicatrices obducendas. Sunt mella ferentes. Leguntur in Vrbitanenſium Ducum arborem eſſe, quæ loco pomorum gemmas & lapides habet, *vt Maiol. de lapidibus non procul à fine*, vera, an artificialis, non diſputo. Nulli tamen arborum Ambroſiæ fructus conuenit, quam arbori quercinæ conuenientius. Nam & Ioſue cùm renouaret fœdus cum Domino Deo, & populo Hebræo, ſuper quercum illud innouauit. *Gen*: 35. Tulit lapidem pergrandem, & poſuit ſuper quercum, quæ erat in Sanctuario Domini. Et Saluator noſter IESVS ſuper communem arborem & vilem quercum affigi voluit, & B. V. Mariam miraculis clariſsimam in ſua imagine, non procul à Roma ſancta ſuper quercum inuocamus. Angelis ſedes ſuper quercum, *Iudic*: 6. & Deboræ inſigni ſepulchrum ſubter quercum. Quis igitur Ambroſiæ fructus ex

Arbores ſaccarum generant.

Farina ex arbore.

Balſamus.

Mel ex arbore.

Gemma ex arbore.

Digitized by Google

quercu prouenire negabit? quis quercui appenſas non dicet? Dicebat Martialis:

O cui Tarpeias licuit contingere quercus.

ſic nobis dicendum:

O cui licuit hos contingere quercus, ambroſiæ fructus colligere non negabit.

Verùm cùm nobis non de quocunque, ſed de Zołędziorum quercu, & Nobilitatis Quercinæ ſermo, adfero vnicum, vnde de eorum quercu Ambroſianos fructus colligere poſsimus. Ioachimus Quercinus alias Zołądz, in Vngaria ad Tocaium cum Rege Daniæ dum venationi inſiſtebat, aper occurrit Regi, qui vt arma mouit in eum, per abrupta fugit, ſed inſequitur, incidit in vallum altum, & quaſi ſecurus hæret. Quercinus compreſſo & moto equo, tranſilijt vallem ſaltu equi, & conuertit in partem Regiam aprum; Rex vt vidit, ſummam quam vellet pecuniæ, vt pro equo numeret, petit. At Quercinus generoſo ex animo Regi non vendit, ſed donat equum. Cui Rex: Rem ſatis pretioſam donas, hoc monile & geſtamen noſtrum depono, & tuo ornamento addo: ablatoque à latere enſe, eum accingere proprio lateri fecit. Vide quos arbor quercina fructus quàm dulces, quamque Ambroſianas ferat? quapropter ſingularis coloris eſſe dicitur, vt ex noua forma, nouum fructum conſpicias, nullamque ferocitatem, at dulcedinem ſperes.

Equum agilē donat Zolati Regi, & pro eo accepit donū gladium. & monile.

FAMILIA QVERCINORVM.

PRocopius *Zoladź de Prdżyce, Præfectus Exercituum Bohemiæ, aut Pragenſium*, Epitaph: Pragæ, 1518. *Hic Regibus Vngariæ plurimis, poſt Sigiſmundo primo Poloniæ Regi ſummopere dilectus. Sigiſmundus Zoladź, Nauali bello Regi Hiſpaniarum, demùm in Vngaria ad Tocaium, ſtrenuus miles. Non abſimilis Ioachimus, Legatus in Moſchouiam, in exteris nationibus virtute clarus, qui à Rege Daniæ gladio & torque aureo inſignitus fuit. Procopius Sigiſmundi filius, inter militia claros clariſſimus. Soror Sigiſmundi erat coniunx, Nicolai Orzechowſki, Vicezuparij Vielicen.*

Achlerij, *iiſdem armis vtuntur.*

DŹIA-

Digitized by Google

DZIAŁOSZA.



DELINEATIO.

Cornu cerui coloris griſei, cum ala ab altera parte vulturni, in campo rubeo, ſuper coronam tres pennæ ſtrutionis. *Cornu Cerui, ala Vulturis.*

ORIGO.

Militi ſic dicto à Boleſlao Kriuouſtio Poloniæ Rege ſunt conceſſa, dum venando, ceruum cornu currenti manu ademit, & claua vulturi, eodem die, in conſpectu Regis alam effregit.

OPVS REGALE.

IVngere pennas Strutionis & Vulturis, cornibus cerui, quæ conuentio? Opus tamen Regale eſt, nec ſine graui animaduerſione, vt potè cuius cordi Deus quem exaltat, manifeſtat. Verùm opus Regale, & inde denominabor Arma Działoſzyorum, quod hæc duo, cornu Cerui, & ala Vulturis ac Vultures, opus Regale ſignificarent & Regnum. De primo quidem egimus in Armis Biberſztein, ac in armis Brochwicz ſecundò, vbi cornibus Cerui ara Diannæ ornabatur. De ſecundo verò, Romulus exemplum præbet, & Remus: ex quibus Rex vnus, vulturibus inauguratus fuit. Imò Octauius Auguſtus Cæſar, cùm primo die Comitiorum, in campum Martium ingreſſus eſſet, ſex vultures vidit, & paulò poſt duodecim, quum apud *Vultures Reges inaugurant.*

 milites

milites concionaretur, quod ille ad Regnum futurum retulit. *Dio Niceus in Aug.* Dum igitur vobis talia arma conceſſa ſunt, opus Regale quoddam vobis Præſagio fuit. Vt vel hoc referam, quod inſigni ſolertia ac ingenio firmum Regnum alto & viuo conſilio excellens facere debuiſtis. Cornu enim firmitatem, ala excellenter elatum Regnum ſignat. Vnde apud Romanos victoriæ ſimulachrum alatum confictum erat, quaſi ala excellentis Regni ſit ſymbolum, & victorioſiſsimi. *Pier: Valer: Hier. lib: 21. Cap: 19.* Vnde Dziáloſzij, vt opus Regale exequerentur, ad Regum palatia, & Principum viuunt, & modernis temporibus, diebus Bolko, Dziáloſius ad Regem Vladiſlaum, & ſuum germanum, ad Ducem Rádziuilium Nieſwizeń. Caſtellanum Vilneń. ante verò ad ſuum fratellum commorari elegerunt; commoranturque & piè ante Deum, & fideliter ante Dominum. Optimè Euripides, vt viam ad opus Regale commonſtret, dixit:

Victoria ſimulachrum alatum erat.

Diſcit puer quæcunq; ſeruare hæc ſolet,
Vſq; ad ſenectam: cura proinde liberos:
Eſt prima, dextris conſtituiſſe moribus.

TERROR HOSTIVM.

Portenta hoſtilia ãtiquis, aquila, coruus, vultur.

Corui deplumant aquilam.

INter portenta hoſtilia, Aquilas, coruos, & vultures antiqui tenebant. Vnde cùm Craſſus in Parthos exercitum mouebat, aurea aquila, quæ longiſsimæ haſtæ exercitibus ex delectu comparatis præferebatur, vltra Euphratem tranſire noluit, ſed ita terræ adhærebat, quaſi in ea nata fuiſſet. *Dio. Nic. in Pompeio.* Verùm de Aquila viua ſi ſermo fiat, terror eſſe non poteſt; at coruus hoſti terror: nam Aquilæ viuæ ſtante ſuper tentoria Auguſti, corui adulantes ex eius alis plumas euellebant. Verumtamen eſt quod vincat coruos, ibi enim Aquila vicit & occidit eos. At ſi vultures ſpectes, illæ ſunt ſemper terror hoſti; pugnant namque contra hoſtes pacis, iuſtitiæ Dei, Eccleſiæ, quaſi vultures piorum, à Deo conſtituti in corpora impiorum. Quocirca præſentiunt cladem, & ad centum ferè leucas odore ducuntur, illaque cadauera delicijs illis ſunt. Profectò Dziáloſius terror hoſtium fuit, vnde pro ſtemmate & Armis actuum ſuorum, acutum cornu cerui, & rapacis auis alam obtinuit, ſignaque Strutionis ferrum deglutientis. Etenim

Vultur hoſti terror.

Nemo iniuſtorum non ſoluet crimine pœnas.

Qualia quis patratur, talis manet exitus ipſum.

Verùm vt progenies eorum ſemper terror hoſtium fiat, caueat ſummoperè illud, quod terrorem vulturibus aufert, atq; illos emori faciat. Hoc autem eſt: Vultures centum annis, vt Iſidorus & Baſil. viuunt, ſi tamen vnguento roſeaceo inungantur, moriuntur. refert

Vnguentum roſeaceum.

Clemens

Clemens Alex. præſag: lib: 2. c.8. Vnguenta vobis fugienda, ac mollis vitæ actio. Feminarum enim iſta ſunt, & quæ non ſatis habent ornari actibus & virtute maritorum. Sic namque exercitus Annibalis effeminatus factus, Ducem vincibilem fecit, & hoſti ſubdidit. Ad æuiternum igitur terrorem hoſti ſtatuendum, trophæa ante oculos ponenda, apotecæ poſt tergum, Fama animo verſetur, vana pedibus conculcentur. *Exercitus effeminatus.*

FAMILIA DZIAŁOSIORVM.

D*ZIALOSZA, cui hæc arma collata fuerunt, agilis in equo, & ſtrenuus miles. Cui pro benè meritis Boleslaus Krzywouſtius Rogouiam contulerat Anno* 1140. *Hinczá de Rogow, Caſtell: Siradien. vt in Priuilegiis Statutorum Regni apparet, Anno* 1190. *Hinczá Caſtell: Roſpercen. poſtmodum Sendomirien. erat Legatus in Magn. Duc. Lith. ad Iagellonem,* Crom: lib: 15. *Legati,* inquit, *ad Iagellonem miſſi ſunt, vt eum ad coniugium Heduigis & Regnum Poloniæ vocarent. Legati, Włodek, Száfrániec, & Hinczá Rogowſcius. Erat demum Theſaurarius Regni,* 1458. *Erant magno ornamento Eccleſiis, vt patet Crac. in arce, & in Eccl: SS. Trinitatis, & S. Catherinæ.*

Rogowſcij *à Rogow, qui ante Hinczowie.*

Rokutouicij, *Hi tempore vnionis ad Arma hæc vocati ſint à Hinciis, per ſuum prædeceſſorem Lupum Rakutouicium.*

Ratultowicij, *à Skrzydlno, quæ poſſeſſio per virginem in familiam Pieniażek inducta fuit: ſed refuderunt Ioanni de Ianowice ſummam ducentorum quinque Vngaricorum Anno* 1479. *Marcus & Georgius Ratulcij, hos litteræ quædam monſtrant, quod à Ioanne de Ianowice recipiebant arcem Száſłdry.*

DVLICZ.

Digitized by Google

DVLICZ.



DELINEATIO.

EST annuli medium, in cuius vertice ſignum crucis latum, & altum in modum litteræ Tau, aut maioris litteræ T apud Latinos: ita tamen, vt tranſuerſa linea in ſuis extremitatibus, inſtar comatum habeat lineas.

ORIGO.

ORiginem duo faciunt: Fidelitas in Ducem, & fidei Chriſtianæ cognitio. Primum enim annulus exprimit, qui antiquitus illis, qui Regi erant fideles, concedebatur: alterum autem ſignum crucis ſanctæ repræſentat. Et quia à Græcis vel Græcæ religionis ſunt, qui his vtuntur, Tau figuram amplexi fuêrunt.

NOBILIS ANIMI SIGNVM.

Signum nobilis animi annulus.

INter ſigna nobilitatis, præcipua erant antiquis annulus, quandoquidem Romanorum nobilitas in ſignum poſt depoſitas lunulas, annulis vti inceperat. Signum autem & magnarum virtutum, & fortitudinis ſummæ. Vnde Mago Anibalis legatus, effuſis in veſtibulo

ſtibulo Curiæ annulis aureis coram Senatu Carthaginenſi inter cætera adiecit. Neminem geſtaſſe niſi Equitem atque ipſorum Principes. Sed mirandum quod inferam, ante verbis nobilium plus dabatur fides, quàm auro; Nam non ſolùm ſignum veri & boni, ſed ſigillum quoddam erat nobile verbum. Sed heu deprauata ætas effecit hoc, vt modo annulis noſtris, plus quàm verbis credatur. Quapropter annulum veſtrum, cruce ornatum & munitum, nobilis animi ſignum dicam, ne quid deprauati affectus inferam. Dicebat in laudem nobilitatis generoſæ Demoſt: Debetur hominibus modeſtis ac prudentibus, multò maior honor, quàm ærea ſtatua. *In Orat. Con. Ariſtocrat.* Et quis eſt hic honor? videte arma veſtra, quam nobilem Pyramidem efferant, videte & maiorem dignitatem ex eis, quàm æream ſtatuam, veſtris moribus & animis efformate. Sic externa bona erunt ſtabiliora, ſic non fruſtra parantur opes, dum veris animi bonis ſtabilientur.

Annulus ſignum magnæ virtutis.

Nobilitas cui debetur.

META SALVTIS.

HOminis metam non eſſe niſi Deum vnum & trinum, hîc in cognitione & apprehenſione per fidem, ibi in contemplatione per ſpeciem. *Vnde D. Thomas docuit, dicens:* Ordinatus eſt homo ad Deum vt finem, ſed certum ſignum fælicis metæ cum ſit crux Chriſti. Crucem hanc veſtram rupto annulo vitæ, metam ſalutis & ſignum dixi. Hinc acroama animæ exprimitur morientis nobilis Poloni.


Regna Polonorum linquens peto regna Polorum
Viuo Deo aſtrigero, Mors mea, vita mea.

In metam ſalutis eſt expoſita veſtra Crux, quia fragilem vitam cognoſcendo flumina virtutum amplectitis, & amplectenda honeſtis medijs & exemplis cæteris proponitis. Sic in Repub: omni, & domo benè inſtituta omnia proficiunt in melius.

Vtuntur his Armis Dulicz in Minſcenſi Pallatinatu. Helias Dulicz & alij Fratres reliquerunt prolem.

Digitized by Google

FOGIELWANDER.



DELINEATIO.

Stellæ inter lineas.

SVnt quatuor ſtellæ, inter duas lineas diametrales, à leua in dextram, in campo cæruleo, aureæ, ſuper coronam verò vir, niſum geſtans manu ſiniſtra, capite nudo.

ORIGO.

EX Heluetiarum partibus in Polonia reperiuntur, vndè & à viro taliter cognominato Fogielwander nuncupantur. Erant non modicæ dignitatis in illis partibus litteræ, quas Regno Poloniæ demonſtrarant, ita illos commendant, *vt Paprocius habet:*

Maximilianus Diuina fauente clementia, Electus Romanorum Imperator ſemper Aug. ac Germanorum, Hungarorum, Bohæmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ. &c. Rex.

Teſtimonio fide digno edocti te Fogielwander honeſto, & nobili loco trahere, Familiamque Fogielwenderorum in ſacro Romanorum Imperio multò ab hinc tempore nobilem ſemper eſſe habitam, eiuſque rei præclara diuorum quondam anteceſſorum noſtrorum, Sigiſmundi Romanorum Regis, & Caroli Quinti Romani Imperatoris Patris,

Digitized by Google

ris Patris,& Soceri noſtri obſeruandiſsimi. Auguſtæ memoriæ extant teſtimonia, maioribus tuis olim conceſſa, quibus tum huius familiæ tuæ antiqua nobilitas, tum etiam luculēter comprobatur, multos ex eadem familia præclaram ſæpè ac inſignem tam belli, quàm pacis tempore ſacro Romano Imperio, maximè verò inclytis Hungariæ Regibus, & nouiſsimè quidem D. Imperatori Ferdinando, Domino Genitori noſtro clementiſsimo, Auguſtæ memoriæ, non ſine magna virtutis laude operam nauiſſe, dum in bello contra immanem Chriſtiani nominis, & fidei noſtræ perpetuum hoſtem Turcarum Tyrannum, &c. &c. Quapropter ſplendore nobilitatis, ac tuum virtuoſorum, & fortitudinis præcipuæ, maximis in regno dilectiſſimi fuêre. Ita quod Tenciniana domus decori, amicitiæ inclytæ in perpetuum ſignum duxerit, ſuæ poſteritati, matrimonio à Leonardo filiam euocare, cuius germanus Andreas, filium Staniſlaum, qui Secretarius S. R. M. & Orator in Hiſpanias habuit.

CEDVNT FICTA VERIS.

ROſæ veræ & fictæ, apes quaſi Lidium gerunt, imò & Crabrones, quibus roſa vera exitio, falſa contemptui eſt. Cedunt veris, delectantur fictis, Nobilitas recens in Regno quæ ex donatione & indigenatu eſt; tantùm diſcriminis parit, vt ipſis cedere donata nobilitas facile debeat. Innata namque ac radicata in eis generoſitas, palmam, nunc acquiſitæ & radicandæ, ſine contentione eripit, viamque vlteriorem monſtrat & præbet. Hoc tamen præſtantiſsimum in eis conſiderandum venit, ſi nedum genere, at & moribus nobiles fuerint, iam namque aduerſo caſu, & Scytha inſultaret *Anacharſis*, qui dicebat: generè quidem ſum Scytha, ac moribus nobilis, in me initium, in te terminum nobilitas fixit. Eratis Fogielwánderi, non tantùm genere, ſed & re, & ore Scipiones, dum & tam fortes Athletæ, pro Patria, & tam diſertiſsimi Oratores pro Regno fueratis. Et vt cedant ficta veris, Tenciniana domus tam clara & potens noſtrum tueatur propoſitum. Vnicum in vobis, *quod Ezech: 19.* placuerat de proſapia florenti alumno dicere, proferam: Mater tua quaſi vinea, in ſanguine plantata, in ſceptra dominantium exaltata eſt.

Roſa ficta cognitio.

Mater fælix.

VITA TVTA.

VItam tutam non inconcinnè quidam deſcripſerat:

Sentiat vt nullos tua ſors iactata tumultus
Lege colas Patriam, religione Deum.

Aliundè quoque tuta vita hominis colligenda eſt, nempè quàm cæleſte ſi-

Colere Deum Patriam.

leſte ſignum prænotauit. Vnde Creator mundi inſtruendo dicebat: *Ponam ſignum fæderis in nubibus.* Enimuerò inter cæleſtia ſigna, ſtella nobiliſsimum ſignum, qui & Regibus Tharſis Inſulæ ſignum fuit, & Sanctis ſalutare ſignum. Quocirca de Sanctiſsimo Dominico Prædicatorum ſplendore legimus: *Stella micans in fronte paruuli, nouum iubar præmonſtrat ſeculo.* Veſtras ſtellas tanto in ordine dum contemplor, vitam tuam ſplendentem ac perpetuam conijcio. Nam ſi Crinita ſtella, quæ præſagio aſpero multis eſt, dum apparet Clementi huius nominis ſeptimo Pontifici Max: optimi ominis fuit, (eſt namque iuxta *Ariſtot. dogma,* ſummum aliquando detrimentum protendens: & proſperrimum fortunæ ſucceſſum denotans, *referente in Symb. Heroicis Paradino.*) multò amplius ſtellæ veſtræ iter quodam effringentes quaſi è terra ſurſum, è cælo deorſum, magno præſagio vobis tutæ ac tutiſsimæ vitæ erunt. *Dicebat Moyſes Iſraeli, Deut:* 1. Eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli, id eſt, multiplicati, ſed addat Dominus ad numerum Millia, & benedicat vobis. Ita quoque vobis Dominus dixit: dum conceſſerat ſtellas, & ordinauerat in familiæ veſtræ dignitatem. Cucurreratis enim in præſidia ac honores, ad Imperatores, Reges Hungarorum & Poloniæ, benedixerat Dominus vobis in virtute & fortitudine, in ſapientia & eloquio, in diuitijs & pietate, vt non deeſſent ea vobis, quo familia veſtra, quo Reſpub. ditata permaneret. Qualia ſunt:

Stella ſignum nobile.

Stella Crinita non ſemper in malum ſignum.

> *Ingenui mores, experſq́; ſcientia labis*
> *Ingentes Regni, quæ accumularent opes.*

FAMILIA FOGELWANDERORVM.

FOgelwanderorum *familiam littera demõſtrarunt. Leonardus, cuius filiam in matrimonium Tęczynius Gladifer Cracouień. ſuſceperat. Andreas, cuius filius Stanislaus Secret. S.R.M. & ad Hiſpan. Regem Geometer, Orator.*

Gęś

GĘS, ſeu BVDZISZ, aliis Paparona, & Parta Roma.



DELINEATIO.

EST anſer albus, ſedet ſuper glebam terræ viridis, in campo cæruleo. In galea quinque pennæ Strutionis.

ORIGO.

CAmillus Romanorum Dux, dum cum Gallis bellum agit, obſidentibus Romam, nocte tacita muros conſcenderunt, quos cùm nec cuſtodes, nec canes perſenſiſſent, anſeres ſupra muros ſeruati, ſtrepitu ſuo & clangore, ducem ac militem euigilare fecerunt. Vnde honori habitus à Romanis anſer, & in arma nobilia ceſsit, canes verò deſpectui erant. In Regnum verò Poloniæ per Mamphiolum Italum illata fuiſſe dicuntur. Anno 1326. Inchoata arma ante Chriſtum natum, *vt Liuius innuit, dum ait*: Populum Romanorum non puduit proſequi perpetuo gratitudinis honore anſerem. Paprocius tamen arma in Regnum illata fuiſſe ante Mamphiolum ex litteris colligit, & conſentaneum videtur.

SOLERS VIGILANTIA.

Anſer vigilantiæ nota.

EQuidem anſeres de publico ærario, & in Capitolio ipſo olim alebantur, non ſolùm quod cuſtodes Romanos ad defenſionem arcis excitauerunt, ſed quia anſer vigilias clangore teſtatur, & excubias celebrat. Eſt namque naturæ admodum pauidæ, vnde peruigili cura, & acutiſsimus ad ea ſentienda, quæ latent, minimo ſtrepitu expergiſcitur. Hinc & Neoterici ad inſinuandam ſolertem vigilantiam, in mari anſerem ad anchoram affigebant, *ait Pier. Val.* Solertem vigilantiam in vobis, ô Paparonij, quis non mirabitur? ille profectò, Camilli Romanorum Ducis eſt immemor, ille qui vobis inuidus, aut maleuolus, qui malum bonum, bonum malum nominabit. Negabit id in vobis, qui totius boni inuerſor, vel alter Heliobalus, qui illuſor bonorum morum dum eſſet, iecinoribus anſerum canes alendos inſtituerat. Sed vobis illud recogitandum venit, quod *Prouerbiorum* 8. *dicitur:* Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. Nam beatus eſt vir, qui vigilat, *vt Apoc.* 16. & qui vigilauerit ad Dominum, inueniet benedictionem. *Eccl.* 32.

Anſerum iecinora.

SILENTII GRAVITAS OPPORTVNA.

Silentij opportunitas.

SApientiſsimus Cato ſilentij opportunitatem, non mediocriter commendatam fecit, dum dixit: *Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere.* Opportunum ſilentium & graue, vt obſeruarunt Ægiptij anſeres ferunt. Cùm namque obſtrepenti clamore ſemper clangant, ſalutem tamen ſuam alto interdum ſilentio tuentur, *ait Ammianus.* Nam dum in occiduam plagam ab Oriente transmeant per montem Taurum, Aquilis abundantem, roſtra ſua lapillis occludunt, ne vel extrema neceſsitate clangor exprimi poſsit. Sed magna differentia inter ſilentij opportunitatem & grauitatem obſeruanda, opportunum ſilentium, virum prudentem ſpeculandum offert, habet tempus loquendi, tempus tacendi, grauitas ſilentij magni animi virum, excelſum ingenio, & virtute declarat. Vnde *Plutarch: in Apoteph. Aug. Cæſ. illud quod Horat. Ode lib.* 3. *ait.*

Silentij grauitas.

Eſt & fideli tuta ſilentio merces.

Silentium ornatus mulierum.

Sophocles ornatum muliebrem, ſilentium aſsignat: Silentium, *inquit,* mulierem ornat. Sed & verum Senatorem, ſapientem, iuramenta ſeruantem, ſilentium indicat. Vt enim difficillimum eſt, ita & maximè honoratiſsimum tacere, quæ loqui non decet, *ait Max. Serm.* 20. Quare Socrates admonebat ſuos diſcipulos, vt tria in omni vita haberent. In animo prudentiã, in vultu verecundiam, in lingua ſilentium. Silentium victores facit, Vnde *Cecilius Metellus, Mace-*

Diſcipuli tria habeant.

ſus Macædonicus appellatus. Percunctanti quid poſt ſubactos Arbaccos ageret, dixit: tunicam meam exuerem, ſi eam conſilium meũ ſcire exiſtimarem. Silentium hoc facit optimum conſultorem. Vnde Alexander Magnus annulo ſignatorio obſignauit os Epheſtioni, poſtquã ei comunicauit litteras ſecretas. Grauitatẽ ſilentij in vobis, celebrabo ô Paparoni, dum tam fortes duces, & clariſsimos Senatores, defenſores Patriæ, legum, & Regum, conſpicio. Florete igitur: *Silentium ducem & conſiliarium bonum facit.*

Dum mulcent auræ, firmat ſol, educat imber.

LINEA FAMILIÆ PAPARONA.

MAmphiolus *Epiſc: Plocen. à ſummo Pontifice miſſus, poſt Henricum Ducem Maſſouiæ:* Cathalog. Annum notat 1386. *Ante hunc antiquioribus annis erant ſtemmata in regno, vt ex litteris familiæ Armorum Paparona patet. Nam ſi ex Regno ceſſit eodem anno, quomodo per ſuos cõſanguineos familia propagata fuiſſet, non conſtat, nam & ſuos ceſſiſſe cum illo, opinandum venit. Præcipuè dum Duces Maſouiæ contradicentes ſibi & Epiſcopatui haberet.*

Pſtrokonſcij *in Palat: Syradien. Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ eſt iuſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. Quapropter plurimi ad titulos & regni officia electi fuerunt. Stanislaus poſt militarem lauream in Palat: Ruſſiæ conſedit, ac maturo conſilio morum grauitate exemplar nobile conſtitit. Fuit noſtro tempore Mathias Pſtrokonſki, primum Epiſc: Præmislien. & Cancellarius Regni, deinde in Epiſcopatu Wladislauien mortuus.*

Woluccij *ibidem. Nicolaus ſtrenuus militum, magnæ ſpei indicia ducibus exercituum commonſtrauit, ſed iuuentutis florem domeſtica cura & coniugio præſcidit.*

Kámienomoyſcij *ibidem. Quibus cum victorias Mars obtuliſſet, in Ruſſiam & Pocutiam tranſierunt. Hinc fideles Lucæ Zolkienſki Capit: Kaluſien. in Caſtris & domi.*

Chodowſcij *ex Lencicen. Palat: ad Syradien. tranſierunt. Non cani nec rugæ authoritatem afferunt, ſed acta honeſta ætas; ita non locus virum, ſed vir locum honeſtat.*

Szydłowiecki, *Pauli Epitaph. Cracou: Paulo de Szydlowiec Præpoſito Poſnan. Cuſtodi Crac: Secretario Regio, virtute, doctrina, ingenio, generisq; nobilitate inſigni, Chriſtophorus & Nicolaus Fratri chariſſimo, ac benè merenti poſuerunt. Obijt annum agens 26. 1506. Erant Illuſtres & Illuſtriſſimi de hac familia plurimi, ingenio, ſcientia, opibus præcellentes, vt inſcriptiones ad portas Opatouianas demonſtrant, & alibi, à quibus bona tranſierunt ad exteros, demùm lineam terminarunt familiæ irreuocabili periodo. Hoc quidem diſponente Dominorum Domino, in cuius manu eſt, de ſtercore erigere pauperem, vt collocet eum cum principibus.*

Digitized by Google

GEOMETER.



DELINEATIO.

SVnt duæ lanceæ in tranſuerſum poſitæ, ſpiculis ſurſum aptatæ, ſuper galeam in Corona pes Gryffæ in campo rubeo, lanceæ coloris albi.

ORIGO.

ANNO 1582. In bello cum Moſchouitis, cuidam Gallo Petro, à Sereniſsimo Rege Stephano Poloniæ conceſſa fuêre, ob inſignem doctrinam in Geometria, per quam plurimum profuit in exquirendo & perſequendo hoſte, per & in ſyluis. Vndè inuictus Ioannes Zamoyſcius, bello & litteris ſtrenuus, ad inſignia propria *Ielita*, expertam in ſcientia admiratus viri doctrinam, ſuſcepit, & adſcripſit.

GERMEN NOBILITATIS.

Germen nobilitatis, eſt labor, virtus, pecunia.

NON minus decorè quam verè quidnam nobilem faciat, aliquis quæſitus reſpondet:

Mollis & imbellis, gemma ſe diuite cingat.
Quem fers pro Patria, ſit tibi gemma labor.

Alius virtutem germen nobilitatis aſsignauit: ſplendor, honos, & opes, Patriæ dant nomen in orbe.

Aufer virtutem, quid niſi fumus erit?

Alius

Alius verò ſcientiam dixit: Vnde Attica Bellaria de priſcis ritibus habent *ex mente Cic.* Conſilium, ratio, ſententia conſtant in ſenibus, quæ niſi in illis eſſent, ſummum conſilium maiores noſtri non appellaſſent Senatum, manent tamen conſilia, ſi manet ſtudium & induſtria. Vndè quidam:

Consilium eſt Senatus.

Arma valent multùm, ſed quæ prudentia vibrat,
Aufer conſilium, Mars quoq; victus abit.

Alij libertatem. Vnde Romani ſeruos pileo donando, in libertatem aſcribebant, & ex captiuis, & odibilibus, liberos & amicos conſtituebant, & quaſi indigenas & nobiles habebant. Quare & D. Paulus: *In Chriſto Ieſu non eſt Gentilis & Iudæus, circumciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber.* Libertas enim nobilem eſſe oſtendit. Hinc gens dilecta Deo dicebat: *Semen Abrahæ ſumus, nemini ſeruiuimus vnquam.* At magnus Rex Poloniarum Stephanus Batorius, nouum germen nobilitatis Polonæ adinuenit, videlicet: vt fortiſsimus Dux Exercituum ſuus Ioannes Zamoſcius, haſtam nobilitatis ſuæ, Geometræ ignobilitati applicando, eum expoliret, ac in titulum nobilem exaltaret. Fabulatur *Homerus*, Achillis lanceæ tantam virtutem inſtitiſſe, vt vulnera ſuſcepta illa ſanarentur. Habuit digniorem multò virtutem Zamoyſcius ab haſta, quæ ex ignobili nobilem, ex plebeio generoſum efficere valuit.

Pileus libertatis ſignum.

Lancea ſanat.

O quot ſæcula viuet ille, Cuius
Dicunt marmora liberalitatem?

TEVTONICA FORTITVDO.

PEdeſtris exercitus Alemanorum, murus & antemurale pectoris equeſtris, fortitudinem firmam haſtis in crucem confertis, ſpem ſuis, metum hoſtibus generant. Et licet quandoque cauſent id arcta eorum lex, & inuiolata legum exercitus obſeruantia, (at neceſsitatam hanc rationem ſcio) ſed eſt quod Teutonicam fortitudinem præſtat, induſtria, ſedulitas, ſcientia. De quibus ita *Ariſtoteles Epiſt. ad Alexan.* Multò melius eſt habere animam habentem ſcientias, quam habitum corporis videre bene indutum. Dum Geometrales figuras mutatas in vim haſtarum, inſtrumenta in lanceas conuerſa video & audio, hæc duo extemplò animaduerto, alterum, ſcientiam eſſe vniuerſalem matrem triplicis boni, honeſti, vtilis, & delectabilis; alterum, fortitudinem Teutonicam hîc fuiſſe radicatam. *Refert Virg. Æneid.* 1. quod Troiani oblato ſibi à Græcis equo ligneo, haſta latus percutientes, periculum faciebant, lateretne in eo aliquod belli ſtratagema.

Scientia eſt fortitudinis cauſa.

Haſta equus à Troianis probatur.

Digitized by Google

Validis ingentem viribus haſtam
----- in latus contorſit.

At tamen id Troiani non agnouerunt. Hæc haſta eſt, quæ cum tanto artificio & ſcientia diſponitur, iam Teutonica fortitudine omnia experitur, omnia nouit, tentat, ſuperat. Sed vnicum aduerte, quis miles, & verè miles, & verè fortis.

Miles quis.

Non cui dant Cyathi vires, & pocula voces,
Miles erit, ſed quem Turca, Scytheſq; pauet.

Hoc tibi haſtæ, hoc Gryffæ rapax pes, hoc Zamoyſcius inuictus prænotauerunt.

Hic quoniam ſine prole deceſſit, familiam adnotare non conuenit, dum vtermos fratres non repræſentauit Regno. Si autem aliqui his vtuntur armis, lector beneuolus adnotabit.

GLAVBICZ.



DELINEATIO.

EST piſcis quaſi natans, ad ſimilitudinem Rhombi coloris flaui, ſuper galeam quinque pænnæ Strutionis, caput ad leuam piſcis vergit.

ORIGO.

HAbent originem ex Germania, *vt Bielſcius & Paproc. referunt.* Introducta in Regnum per anteceſſores Iacobi Rokoſowſki, Theſaurarij Regni Poloniæ, *vt innuit Bielſcius.*

THORAX

Digitized by Google

THORAX MARTIS.

COncordiam Martis thoracem non immeritò quidam dixit: *Concordia enim res paruæ ſecundæ, diſcordia magnæ dilabuntur.* Vnde ait:

Concordia eſt Martis thorax.

Arma iuuant patriam, ſed cùm mens omnibus vna eſt,
Exitio diſcors ſæpè ſit vnus homo.

Sed aliundè thoracem Martis conſidero. Sarmatæ bellicoſiſsimi, dum ad bella procedebant, & Martem clipeis ad cælum efferebant: contra ignitos impetus ac valentes baliſtas, thorace è ſquamis piſcium tela obuoluto vtebantur, *vt Sarnicius refert.* Quocirca thoracem Martis, piſcem iure meritò nominabo. Vnde Io: Ponęthowſky in ſtemma Iacobi Rokoſowſky Caſtel. Srzemen: ita reliquit.

Thorax Sarmaticus.

Piſcis Martis thorax.

Squamoſi piſces, primi docuere Magiſtri
Quo lorica foret conficienda modo
Cumq; ſuis referant. Arma orbicularia ſquamis
Cæperunt equiti Stemmatis eſſe loco.
Tu quoq; Lechiadum Rokoſoui Magne Senator,
Inclyta Cyprini Stemmata piſcis habes
Cum ſis Glaubiciæ decus, & pars maxima gentis
Quæ benè Theutonico nota ſub axe fuit,
Floreat, & quot habent fluuiales oua Cyprini,
Tot Rokoſoniadas proferat iſta domus.

Cur piſcis inter arma nobilia.

VIRTVTVM PALESTRA.

PIſcem Academiam virtutum eſſe, quid miraris? Inſignia nobilitatis & arma, piſcem cur non miraris? non enim ideò hæc arma data fuerunt, quaſi mulier piſcem ennixa eſſet: tale namque factum vti monſtrum quoddam Theodoſius iunior Imperator cùm vidit, iuſsit occidi. *Tradit Theophanes Anno* 582. At ſagacitatem, audaciam, fortitudinem, prudentiam, ille ſummoperè coluit, cui talia conceſſa fuerunt. Quapropter piſcis virtutum Paleſtra, referenda eſt. *Hinc Clemens Alexan: in Pedag. lib. C. 1. in fine.* Qui piſcium exemplo in virtute non profecerint, is ſolus ex omnibus animantibus, *Ariſt. autore,* cor in ventre habet, nam abiectis virtutibus omne ſtudium ventri adhibent. Docent piſces fortitudinem belli, pugnant enim cum quadrupedibus, *vt Ouetan. Hiſt. lib.* 3. *C.* 7. qualis eſt Triburo, pugnat cum Crocodillo qualis eſt Delphinus. Docent taciturnitatem, præ cæteris enim animantibus piſces muti ſunt. Docent orationem mentalem, quæ cæleſtia ruminant, ſcaurus enim piſcis ruminat, *vt S. Baſil. in Euang: hom. 7. meminit.* Docent & vocalem orationem, nam inter piſces

Piſcem enixa mulier.

Piſcis natus ex muliere Imp. decreto occiditur.

Piſcis eſt virtutum Magiſter.

Cor in ventre

Piſces ſignant fortitudinem.

Piſcis docet taciturnitatem.

Orationem mentalem.

Et vocalem docet.

Digitized by Google

Prudentiam piſcis docet. ter piſces ſunt, qui gemant & mugiant. Eſt in eis prudentia, vt in ſerpentibus, qui ſenectutem exuunt, Pagurus enim piſcis, *refert Ælianus*, cruſtam exuit ſenex: docent charitatem, nam Glaucus *Charitatem piſcis docet.* piſcis prolem timentem dum ad ſe confugit, hianti ore recipit in ſe, vbi verò timor abierit, prodit ac quaſi rurſus edit prolem, *Ælian. lib. 6. Anim. C.* 10. Exprimunt cum fortitudine humilitatem, Re- *Fortitudo & humilitas ex piſce.* mora enim piſcis dicitur, quod naues remoretur quibus adhæſerit. *Vnde D. Baſil. exam. hom.* 7. Nonne in paruo hoc piſciculo potentiæ creatoris ſignificationem accipis? non enim ſolùm gladij & ſerræ & canis & Balenæ & libellæ horrenda ſunt, ſed & paſtinacæ marinæ aculeus eius quoque mortuæ non minùs horrenda ſunt, celerem & in euitabilem mortem inducentia. Humiliamini ergò corda Regi ſub potenti manu Dei, nam piſciculus vnus, Cæſar Romanorum vi fortior.

FAMILIA GLAVBICIORVM.

GLAVBS *Theodorus.* Chronica Sileſiana Dubrauij hæc de illo: *Theodorus Glaubs, cúm non contemnenda manu Polonorum, venit in fines Morauiæ, Anno* 1361. 17. *Martij. Alij,* 18. *Septemb. ſed fugatus à Venceslao.*

Rokoſzowſcij, *Iacobus Theſaurarius Regni. & Zuparius Cracouień. Capitan: Oſtrzoſouień.* 1580. *Reliquerat filium.*

Przecláwſcij, *Andreas Decanus Poſnanień. Scholaſt: Cracouień. Cuſtos Plocen: Poſtmodum Epiſc. vt Gorſcius ſub armis illius:*

Hoc inſigne tuam celebrat, clariſsime Præſul,
Horriſono illuſtrem, Marte fideque domum:
Ipſe, ſed exornans quantis virtutibus illám,
Hoc tibi ſacratum teſtificatur opus.

Sabinek, *Bartholomæum Arcbidiac. Lublineń. Præpoſitum Lancycień. Canonicum Vilneń. Parochum Piotrkouień.* Epitaphium Cracou. in Arce meminit. *Cuius fratres erant, Thomas & Simon. Stanislaus Secretarius S. R. M. & Monetæ Lithuanicæ ſuperintendens. Reliquit filios ibidem.*

Alios lector videbit.

GODZIEM-

Digitized by Google

GODZIEMBA.



DELINEATIO.

EST pinus coloris viridis, cum tribus ſummitatibus, & quinque radicibus, duos ramos abſciſos à parte inferiori habet, in campo rubeo. Super galeam, eſt vir armatus, qui eadem arma manu ſurſum attollit. *Pinus.*

ORIGO.

ARma ſunt in Regno Poloniæ acquiſita. Dum namque Sieciechus exercituum Dux cum Morauis arma bellica commiſiſſet, militem dictum Godźiemba inſequebatur Morauus, qui iam nec arma habebat, nec equum. Caſus ille docuit generoſitatem, arripuit obuiam Pinum, & ex viſceribus terræ forti animo ac manu extraxit, qua ne dum vitam defendit, ſed tanto pectore contra hoſtem inſtitit, vt deiectum equo ligauerit, atque Duci exercitus captum reddiderit. Vnde Wladiſlaus interceſsione Sieciechij, Supremi exercituum Ducis, de armis Topor, nobilem Godziembá pronunciauit, ac ſigna tantæ fortitudinis in arma æuiternè contulit. *Pinus tollitur cum radicibus manu forti.*

PRÆMIVM CERTAMINIS.

DIuerſarum gentium diuerſa ſunt præmia certaminum. Romani coronis diuerſis certamina præmiabant, at præcipuè quercinis, vt in armis eorum patet, at nobilius certamen non præmiatur quam pino. Vnde Virgil: Æneid. 9. *Præmium certaminis pinus.*

Pinea ſylua mihi multos dilecta per annos.

Digitized by Google

Et Ouidius 2. Faſtorum: *Februa poſcenti, pinea virga data eſt.* Hinc victores apud Iſthmum corona pinea præmiabantur, *vt Plin. lib*: 15. *C.* 10. Siſyphus cùm à Delphino delatum expoſitumq; puerum Melicertam rei miraculo motus, in Iſthmo eum ſepeliuit, & certamen inſtituit, quod Pauſaniæ vſque dies attigerat. In Præmium Certaminis at iam cum hoſte patriæ, tulit & Godziamba pinum. Vnde meritò pinus non in ſyluis, ſed in hortis dicenda erit. *Sicut Virg. Ecgl.* 7. Fraxinus in ſyluis, pulcherrima pinus in hortis. Inſignium enim rerum, & herbarum, hortus conuenientior, Godziambios inſignes virtute, inſignes pietate, inſignes honore, pinus in hortis denotabat. Talis erat Godziambá ſub Boleſlao Criuouſto miles, 1104. Talis Derſlaus Vexilifer Syradien. 1119. Talis Derſlai filius, Lupus Epiſcopus Poznanien. 1392. Tales Paniewſcij, Węglinſcij, Lubrzanſcij.

Iſthmiaci victores pinea coronabātur.

Delphinus puerum portat.

Pinus in hortis.

Iſtis & ſilices, & poſſunt cedere quercus.

Nil enim proſunt monimenta, niſi vir fortis ea tueatur. Tuentur Godziembij ſua monimenta virtute, pietate, fortitudine, in toga, ſago, arena.

HOSTIVM STRAGES.

CRæſus Perſarum Rex, tam terribilem denunciationem per caduceum Lampſacenis miſerat: Niſi Miltuadem quem per inſidias cæpiſtis: miſſum faciatis, vt pinum vos exteram. Quærunt Lampſaceni vim comparationis inter ſe, edocti à grandiore in Senatu, arborem pinum ſemel exciſam, nunquam amplius ſuppululaſcere. Illi tale excidium veriti, Multhiadem liberum abire permiſerunt. Terror hoſtibus pinus fuit. Eſt Godziembiorum pinus, non mitioris terroris: ſunt prudentiſsimi Senatores, ſunt vigilantiſsimi Præſules, ſunt bellicoſiſsimi milites, ſunt ſolertiſsimi exercituum Duces. Vnde, ſicut primus Godziembiorum erat terror hoſti, ita ſinguli ob excellentia dona ſunt hoſtium pauor, vt optimè illis tribuendum ſit, quod Eupolides dulciter commemorando antiqua ſecula, *in Stob*; *Sermone* 43. dixit.

Pinus excidiū ſignat.

Pinus terror hoſti.

Erant in vrbe noſtra Imperatores,
Ex præcipuis familiis, opibus & genere præſtantes:
Quibus tanquam diis, vota faciebamus, erant enim digni;
Itaque ſecuri degebamus.

Quid namque referendum aliud erit, de Fælice re & nomine Paniewſki, qui Ducem exercitus egit, primum apud Regem Vngariæ Mathiam, poſtmodum apud Regem Poloniæ: cuius prudentiam mi-

Paniewſki Dux exercitus

Digitized by Google

tiam miratus ac inflexibilem animum Rex Vngariæ, ei Chriſtinam è Regio ſanguine Coruiniam, in matrimonium conceſsit, ex qua quinque filios, vt columnas Godzambiorum terroremque hoſtium, ſuſceperat.

Virorum enim fortium pectus non langueſcit,
Quiſquis audacter periculum adit.

ROBVR GLORIÆ ET FIRMITAS HONORIS.

Martis Dominium.

Martis cum Ioue Dominium.

ASTrologorum axiomate fertur: Marte dominium obtinente, euenient tumultus, iræ, incendia, deprædationes: ſed ſi Iupiter dominium ſimul nactus fuerit, pacis vnio, & bellorum compoſitio eueniet. Godziembijs non ſolus Mars, ſed iunctus cum Ioue dominatur, ideò robur gloriæ, ac firmitas honoris eorum perpetua. Iouem agunt ſpirituales, Martem ſeculares Domini, illi ſanctitate, iſti fortitudine.

Godziembijs Mars cum Ioue dominatur.

O quam fælix res eſt, prudentia bonis coniuncta moribus,
dixit Diphilus.

Pinus margaritis onusta.

Magnus Cham Indiarum Orientalium, *vt refert Odericus lib*: 1. Arborem veram pinum proceram, ornauerat ante palatium quaqúe verſus gemmis pretioſis, vt à ſingulis ramis botri, inſtar vuarum propenderent. Fecit, vt diuitias demonſtraret, ſummus ornatus & decor Pini. Nobilior eſt Pinus Godziembiorum, è ſingulis enim ramis, pendent non gemmæ, ſed Coronæ & trophæi, Coronæ Regiæ, Epiſcopales, Abbatiales, Ducales, Senatoriæ, vt ex linea nobilitatis eorum patet, Meminerant enim Iſocratis doctrinæ, quam *Stob. ſerm: 48. refert:* Plùs tibi curæ ſit, vt honeſtam famam, quàm diuitias ingentes liberis relinquas: nam hæ mortales ſunt, illa verò immortalis; & per famam comparari poſſunt opes, nunquam verò pecunijs fama redimitur. Item diuitiæ etiam improbis accedunt, at famæ gloria, non niſi ſolis eximijs viris contingit. Vnde Andreas Schoneus de Reuerendo Michaele Maliſzewſki, Monaſterij S. Crucis Abbate, in Caluo Monte S. Benedicti reliquit:

Famæ & diuitiarum differentia.

Quam gratos ſpirat virtutum hæc pinus odores,
Semper & excelſæ laudis honore viret:
Protulit illa viros, belloq; togaq; potentes,
Fæcunda in multas creuit & illa domos.
Qua tu ſtirpe ſatus Maliſeui nomina auorum,
Doctrina illuſtras, & pietate ſacra:

Templa

Templa ſtruis condiſq́; aras, Monachoſq́; reformas,
Suſtentas inopes, ingenia atq́; foues:
Ex te igitur ſeſe fingant qui religioſa
Clauſtra colunt ſacris, qui cupiuntq́; benè.

LINEA FAMILIÆ GODZIAMBA.

GOdziambá *Comes, Boleslai Kriuouſtij temporibus,* 1104. *Cuius filius Derslaus Vexilifer Siradień.* 1119. *Huius filius Lupus Epiſcopus Płoceń.* 1173. *tempore Boleslai Criſpi, à Petro Archiep. confirmatus. Vincentius de eiſdem armis & familia, Palatinus Poſnanienſis,* 1386. *Andreas Laſkari dictus, Epiſcopus Poſnanień.* 1398. *alij,* 1408. *Notabat familiam de Goſtáwice.*

Lubránſcij, *Epiſc. Poſnanień. Ioan.* 1502. iuxta Cathal. *vir deuotus, & eleemoſinarius. Qui cum Germano Vincen. Palat. Poſnanień. bonorum diſpoſitionem, & ordinationem contexerant, quàm* Paproc. refert: *ſed poſt vitam nemo imperat. Crediderim mutatam ordinationem, ob inæqualitatem, nam de tot bonis amplis, virginibus ſolùm quingentos florenos dotalitij aſſignauerant, & ſi aliqua Chriſto ſeruire velit intra ſepta Monaſterij, florenos ducentos. In Cuiauia ſuperſtites ſunt Lubránſcij.*

Węglinſcij, *Thomas Caſtell. Sandomirień. Capit. Maioris Pol.* 1472. *Stanislaus, Henrici Regis Dapiſer, qui in Ruſſia domicilia ſibi elegerat. Qui tanti faciebat virtutem, vt illius gratia, vitam negligeret. Reliquerant filios, Ioannem, qui militiæ ſe & ſua conſecraret, tandem vicinus termino vitæ, omnia ſua nouiter inchoatæ Eccleſiæ Ord. Prædicat. Leopoli S. Magdalenæ dedit, legauit. Excelſi animi eſt, nullo deterreri à ſtudio benè merendi.*

Paniewſciorum, *in Pokutia erat clara familia. Fælix in Vngaria Matthiæ Regis exercituum curiæ Dux, cui Matthias filiam à ſorore Chriſtinam Coruini, in coniugium dederat: Hic dum in Poloniam redijt, exercituum Regni Dux aſſignatus fuit. Reliquit filios quinque: Sbigneum, qui ex Oleſka non ſuſcepit prolem. Iacobum, ſterilem cum Odnowſka Herburti. Venceslaum, qui ex Bierecka Melchiorem, Capit. Zydacouień. ſuſcepit. Ab eo duo filij: Gaſpar, qui Alexandri Moldauiæ Palatini, filiam in vxorem acceperat. Et Malcher, qui alteram ſororem in matrimonium habuit. Ianda quartus filius Fælicis, qui reliquit Chriſtinam Głowæ coniugem, Caſtellani Polaneceń. & Kráſowſciam. Georgius, filiam Caſtellani Halicień. Sienienſki vxorem, & alteram Skorucinam. Ab initio ætatis, in omnibus diſciplinis clari & illuſtres fuerunt, exercentes quæ quamq́; ætatem decerent, grati parentibus, amicis, familiaribus; ſed hæc omnia mors abſorbuit.*

Wilam.

Digitized by Google

Wilam. *In Sendomirień. Palat. Domus generoſæ ſpei, cùm ſpe magna es ingreſſus, perge ad extremum. Wilamum tempora habent moderna in Poleſia induſtrium, qui tormenta bellica, Spheras Martiales ibi efformat, atq́ alia multa in profundiſſimis fodinis experitur. Poſſedit bona illius inuicti Sapihæ, Moſchorum ſub Sigiſmundo III. Pol. Rege profligatoris.*

Dąbſcij, *in Cuiauienſi Terra, cum Lubranſciis ad metam. Fortes creantur ex fortibus, vtinam ſicut viri, ita & amici: ſcito igitur, quod eadem cupere, eadem odiſſe, inter bonos amicitia, inter malos factio eſt.*

Wyſoccij, *notant familiam à Dabie, in Palat. Lancicień. limites cum Dabrowſciis tenent. Patriæ obſequia dexterè peragunt. In Caſtris, Marte furente, domi, Pallade fauente.*

Kobyleccij, *in Cuiauia. Curant ea quæ requiruntur in homine.* De his pro Planc. *Virtus, integritas, probitas in homine, non linguæ volubilitas, non ars, non ſcientia, requiri ſolet.*

Radeccij, *in Cuiauia. Magna differentia inter Philoſophum & Nobilem.* Cic: V. Tuſcul. ait: *Non ex ſingulis vocibus Philoſophi ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate & conſtantia: res ſpectare oportet non verba. De Nobili verò quid referam? ſpectantur & res & verba: Nobilis & agendo cum hoſte Patriæ fortis, & in conſilio grauis & ſalutaris fiat. Ioannes Radecki, in Podolia. Vir ſpectatæ virtutis, cuius filius ad prouectam ætatem miles, ſed cùm in matrimonium non conſenſiſſet, celebs bonis ſuis PP. Ieſuitis Camenetiæ reſignatis, obijt.*

Wozuczynſcij, *ſiue* Woiuczynſcij, *in Palat. Belzenſi.* N. *Dapifer Belzenſis. Nemo de ſe ſatis honeſtè, ac ſine multorum inuidia loqui poteſt. Sed vos, vt ad curſum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis, ad intelligendum, agendum, conſulendum, obſiſtendum hoſtibus, nati eſtis.*

Gorzkowſcij, *in Belzenſi Palat. Cùm conſilio profici nil poteſt, vna ratio manet, quicquid euenerit, moderatè ferre.*

Czyzij, *in Oſmianeń. Palat. Superant leones aquilas, vrſos fortitudine, prudentia, bonitate: Cyrillus Czyż, iuxta mentem Conſtitutionum Regni, ad refrenandos Coſacorum impetus, Præfectus Corſunenſium Coſacorum ſuffectius eſt.*

Głowinſcij, *in Dobrzynenſi Terra, Paulum de Głownia, Decanum Cracouienſem,* Epitaph: Cracou. habet: *Canes ad venatum habiles reddit educatio, viros bello & Reipub. vtilis reddit recta inſtitutio.*

Maliſzewſcij, *ibidem. Stanislaus Iudex Terræ Dobrzyneń. Ea geſſit, per quæ clariſſimus & generoſiſſimus extitit. Reliquit filium Michaelem, cuius ætatem Germanicis & Italicis ſtudiis, & linguis excoluit.*

Kuchárſcij, *in Zakrocimeń. diſtrictu, & in Wiſogrodeń. Opibus & ſplendore nominibus clari,* Deitar.: *GregoriumViceCancell.* Epitaph. Cracouień. habet, 1500.

Soſnowſcij, *in Maiori Polonia. Eruditi & rectè educati. Maiorem domus Soſnouium, Curia Rádźiwili in M. D. Lith. Palatini Wilneń. & Magni exercituum Ducis, libenter obſeruat. Nouit, quid pro tempore facto ſit opus.*

Słáwoſzewſcij. *Declarant factis quod nil proſunt monimenta, niſi vir fortis ea tueatur.*

Puccij, *in Lęczycień. Palatinatu. Cùm externis bonis homo nihilo ſit melior, interna ſedulius pectori ingerunt.*

Ruſinowſcij, *in Cuiauia. Duci in Oſtrog aliqui obſequia, iuxta ordinationem memoriæ perennis, Caſtell. Cracouień. deferunt militaria.*

Godziembá. *Nicolaum,* habet Epitaph. in Koło. *Godźiembá Nicolaus Plebanus Colnen. has formas comparauit, nullo adiuuante. Anno,* 1460.

GOŁOBOK, Aliàs HOŁOBOK.



DELINEATIO.

EST dimidium Salmonis, cum capite videlicet, in campo rubeo, ſuper galęam eadem arma inter duas tubas.

ORIGO.

Digitized by Google

ORIGO.

ANNO 1109. Boleſlaus Poloniæ Rex, dum die ſequenti cum Pomeranijs armas conferre debuiſſet, Bydgoſciæ animaduertit exultantes Salmones, vltra conueniens in flumine Golobok, Ratoldius miles, agili manu ſecurim direxit, & per medium piſcem hunc diſſecuit: Quod vt vidit Rex, omen plauſibile ſumpſit, atque poſt partam victoriam, hæc arma ſibi contulit, ex apellatione ergò fluminis, arma nomen habent.

FESTINA MATVRE.

CElebratum in rebus agendis axioma: *Feſtina lente.* Hinc Auguſtus Cæſar, in quadam ſtatua exculpi iuſsit, *vt habet Gabryel Symeon in Hierog.* Papilionem in Cancro marino hærentem, temperantiam & in regendis imperij habenis, moderamen iuſtum teſtaturus, ab vnius ſcilicet greſſu lentiore tarditatem, ab alterius pernici volatu præcipitantiam innuens, ſat namque omne cito agitur, ſi ſat benè. Vnde cum ad Camerinam ab hoſtibus obſeſſam citò feſtinaret Cæſar, *ait Plinius de viris Illuſtribus*, à Pænis in anguſtijs clauſus fuit. Verùm cùm grano ſalis eſt axioma legendum. *Non enim vbiq, nec ſemper feſtinandum lentè.* Quare Virg. 2. Aeneid. *Feſtinate viri, nam quæ ſera moratur ſegnities.* Et in litteris ſacris Rebeca feſtinare iubet filium Iacob, dicens: Geneſ. Cap. 27. *Audiui Patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar. Nunc ergo fili acquieſce conſilijs meis, & pergens affer mihi duos hædos optimos, & accepit benedictionem à patre.* Sed feſtinandum eſt vbique, & ſemper feſtinandum maturè. Ita feſtinabat Goſobokius miles, & omen fauſtum attulit: Ita feſtinauit Rex Boleſlaus, & feſtinationis maturæ grandè ſolatium tulit. Quocirca Auguſtus Cæſar, in Symbolo loco Cancri & papilionis, Delphinum anchoræ obuolutum aſſumpſit. Titus Veſpaſ. vt doceat feſtinãdum eſſe ſed maturè. In quem modum & Paulus Papa III. Chamaleontem cum Delphino vſurpauit, vt celeritatem maturatam inſinuaret. *Feſtina lent.*

DIMIDIVM NOBILE.

ERROR in principio operis aut viæ, ſummi detrimenti occaſio eſt. *Vnde Ariſtoteles lib. 1. cœli & mundi.* Paruus error in principio, magnus fit in fine. Et quo maius opus, eo maximus error, vnde error in bello, nec remedium ſuſcipit. *Hinc quidam:* *Error in principio quantus.*

Digitized by Google

dam: In bello non eſt vox dicere; *Non putaram*; Principium autem optimè regulatum, conceptæ ſpei fructum reliquit. *Hinc quidam*: Dimidium facti, qui benè cepit habet. In rebus etenim magnis & voluiſſe ſat eſt. Optimè incepiſtis ô Globokij, reſtat vt perficiatis, Maiorum etenim virtus, viuum calcar minoribus, ſubminiſtrat. Vnde ſi parentes non ſunt vobis opprobrio, nec habetis quærimoniam aduerſus illos: vt in vobis tanquam filijs agnoſcatur fuiſſe parens veſter vir, curare vobis perneceſſum erit. *De Salmone refert Plinius*. Hic piſcis marinus eſt, ſed ſi aquam dulcem guſtauerit, vix ad mare reuertitur. Stando oportet vos mori, qui tam dulcem arenam hoſtili ſanguine ruentem deguſtatis. Nec de aqua dulci, ad marinam ſalſam & inſipidam, aut reuerti, aut aſpirare. Ergò ſtando pugnabitis, vincetis, coronabimini.

Dimidium facti.

Fama tua haud vllo ſitque caduca die.

CORRECTVM VIGET.

Monſtrum ſemper fælix. Calanus homo vt piſcis. Homo 500. natat ſtadia. Crater aureus Salpo piſcis Correctus piſcis coquitur.

MOnſtrum eſt homo in vita fælix per omnia. Calanus, *vt refert Alexander ab Alex. in Genial. lib.* 2. *C.* 21. quotidiano exercitio quingenta & amplius ſtadia perpetua natatione præterfluebat. Accidit Alphonſus Rex, vrinatoribus craterem propoſuit aureum certaturis Calanus amplius non comparuit, ſed correctum hoc in vobis amplector, nam ſi ſalpo à veſtro Salmone parum differens voce, hoc naturale habet, vt coqui non poſſit, at percuſſus hic piſcis virga, & correctus, coquitur. Vos mehercule non vna virga educauit, non vna belli lancea, victorioſa lorica inſtruxit, ſed fermè quotidiana exercitatio ita correxit, vt vobiſcum manus porrigere in hoſtem, ſit Martem ſequi & conuerſari, ſit fortunæ non fallacis ſigna tenere. Quid enim dicitur: *Medium tenuere beati*? Ego quidem non aliam expoſitionem aſſumo, quam vos medios Salmones, in rebus Regni & Patriæ medium tenere, & eſſe perpetuò fælices.

Medium tenuere beati.

Inſpice res geſtas patrum duroſq; labores
Sit Salmo exemplar, ſuppeditetque dies.

REGIVS SAPOR.

Saporum 10. genera

Mel ſaporem dulcedinis ha.

VNiformem ſaporem rebus non ineſſe. Exquiſitus indagator rerum, *Plin: lib.* 15. *Cap*: 17. Saporum genera decem collegit. Dulcem, ſuauem, pinguem, amarum, auſterum, acrum, acutum, acerbum, acidum, ſalſum, ſed neminem de his ſaporibus Regios vos eſſe dico, ſed vt mel dulciſsimum, ſuo proprio genere ſaporis

ſaporis dicitur. *Cic: 3. de Fin.* ita vos Regibus ſaporibus, ſpeciali quodam ſapore conijcio. Non enim veri Reges ſanguinem nobilem ad ſapores expoſcunt, Gentilium & Tyranorum, Mahometanorum talis eſto cruditas. At ſicut Salmones ornatus menſæ Regum ſunt, & ſapor Regibus conueniens, ita vos, quorum medietas præcipua Salmonis ſunt arma, licet ſapor aſper in ora eſtis: at iucundius ſapor in aures Regias veniſtis: veſtra iucunditate ſermonis. *De quali ſapore quondam Cic: de Clar. Orat.* Grauius obruebat neſcio quo ſapore. Hinc vos toties legatos in Senatu dulci ſermone perſonantes, Reges libenti aure excipiebant, omnes verò mirabantur. Hinc veritas in iudicijs, magnanimitas in exercitu, fidelitas in Repub. pietas in actibus certum odorem, vti prodromum ſaporis aurium in vobis ſpirabant. Hic veſter Regius ſapor Regum & Regni aures adimplens, quo præſtantiores Salmones, & marinis, & fluuialibus facti eſtis, vt nedum regalibus delicijs nectar & ambroſia ſitis, ſed Deorum ſapor maneatis.

hoc ſpecialiter. *Sapor Tyrano rū ſanguis.* *Sapor in ore.* *Sapor in aure*

FAMILIA HOLOBOKORVM, ſeù GOLOBOKORVM.

RAtoldius Gołobok, 1109. *In fundo illius exedificatum eſt Monaſterium Sanctimonialibus Reg. Ciſterc. in Diœceſi Gneſneń. à Wladislao filio Ottonis Principis Caliſsień. Anno* 1211. *& dotatum largiſſimè. Laurentius Gołobok, qui reliquit filios, Bonauenturam, ſeu Dobrogoſtium, & Czeſachum, à quibus Dux prædictus acquiſiuit pro matrimonio fundum Gołobok, & villam Staw, per commutationem, vel potius augmentum præmij, nam tres villas eis contulit.*

Bràniccij, *in Ruſſia. ad Strium viri illuſtres, tam ſplendore virtutum, quàm peculio domus. Chriſtophorum & Ioannem Polanowſka de Armis Pobok, mundo edidit. Sic ad faſtigium honoris non ambitio, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehit.*

Lipniccij, *in Sendomirień. Palat. Auguſto Rege viuente, magnus ingenio, maximus verò militia fuit Lipnicki; Hic Palatini Sendomirień. Tarnouij filiam, coniugem habuit. Stanislaus ſuus germanus in negotiis Reip. probatiſſimus, & fœlix Dapifer Sendomirień. qui ex ſorore Caſtellani Vislicień. Ligęziankà de Bobrek, prolem ſuſceperat. Albertus Lipnicki Canon: Cracouień. Scholaſt. Sendomirień. & Canon. Wloclàuień. vir vt genere ita litterarum excellentia clariſſimus.*

Boreccij, *in Ruſſia. Adamum* Epitaph. in Grodek refert. *Anno* 1552. *Notabant familiam ſuam à Borce. Reliquerat filium Tribunum Strienſem, aptum ad negotia Reipub. honorificè ſubeunda & amatorem honeſti.*

Digitized by Google

Cebrowſcij; *Dicebat Plato*: Boni extiterant, quia ex bonis orti fuerant. *Fundationem à Cebrowſciis, Priuilegia magna referunt, Eccleſia in monte Sublapidenſi B. V. Mariæ Ordin. Prædicatorum, vbi & imago miraculis clariſſima, & veſtigia admiranda B. V. Mariæ apparent. Petrus nomine fuit.*

Latyczynſcij, *in Chelmenſi Terra. Cupiebant ſemper fieri liberi non ſerui.* Quod peroptimè Greg. Nazian. explicuit. *Mihi ſeruus eſt, quiſquis turpiter & flagitiosè viuit; mihi liber eſt, quiſquis virtute vitaq; integritate præſtat.*

Bierultij, *in Chelmenſi Terra. Indignum putarunt exigere honorem, & refugere laborem.*

Niezwoiewſcij, *in Vislicen. diſtrictu. Sunt & aliæ familiæ in diuerſis Regni Poloniæ partibus, quas colligere ob diſtantiam non potui: vnico tamen verbo, ſingulos ad nobilitatis honorem adhortor. Ille clarus, ille nobilis, ille integram nobilitatem ſuam ſeruare ſe credat, ſi dedignetur ſeruire vitiis.*

GOZDAWA.



DELINEATIO.

SVNT Liliæ duæ albæ, ita diſpoſitæ, vt flore vna ſurſum, altera ſit deorſum, ſtipitibus ſuis ſeſe contingunt, in campo rubeo, ſuper galeam pennæ Pauonis, inter quas eædem ſunt liliæ.

ORIGO.

Digitized by Google

ORIGO.

Militi fideli Principi, qui in poſſeſsione ſua, ſub eius regimine Gozdáwá dicta permanebat, Chriſtinus nomine, Anno 1090. conceſſa. Eò quod in quacunque expeditione politioris ingenij, armorum, ac progeniei fuiſſet. Vnde Chriſtini nominabantur, filius enim primi, circa Annum 1140. excellentiſsimus vir, & circa Annum 1202. Chriſtnus Palatinus Plocen. fuit, à quibus vſque modo clara fàmilia in Regno Poloniæ extitit.

COLVMNA LILIORVM.

INter Hæroica Symbola, Gabriel Simeon Florentinus, Margaritis duabus, Nauarræ nimirum & Franciæ Reginis, ad lilias flores duos conſolidæ ex vtroque latere emergentes, addidit ſubſcripſitque. *Lilia conſolidæ.* Mirandum naturæ opus, nobilitatem ex lilijs clariſsimam potuit lilias inſpiciendo contemplari, at firmitatem non quicunque, ideò ad declarandam firmitatem liliorum conſolidæ flores addidit, vt non tam liliorum decorem, quàm columnam ſimul ex lilijs compactam conſideres. In Vita S. Vitalis Epiſcopi Salisburg. legimus, quod ex pectore demortui & ſepulti, per marmora lilia proceſsiſſent. Vnde in Bauaria in eius laudes Math. Roder Soc: Ieſu; *Lilia ex ſepulchro S. Vitalis per marmora creuit.*

O fælix tumulus, cuius de funere ſurgunt
Flores, qui caſti ſigna pudoris habent.

Profectò vel indè ſpeculandum erit, lilia eſſe quaſdam columnas, liliaque marmora ſepulchri ſuſtinuiſſe, Gozdauiorum familiam dum mente habeo, lilia quidem inſpicio, ſed columnarum inſtar, imò lilias columnas non immeritò dicam: *Columna ex liliis.* Sunt namque in ea Gizyccij, ex quibus Paulus Epiſcopus Plocen. 1456. Vincentius Anno 1464. Nicolaus 1459. Principibus Mazouiæ honori Marſchalcatum agendo fuerat. Quid de antiquis Gozdauijs, Palatino Plocen. Anno 1202. referam? Iaſienſcio aulæ Regiæ Marſchalco? quid de ſubſequentibus dicam? Caſimirus Magnus Rex Poloniæ, Sanociæ Regio quam incolebant, promouebant, referant, ſumma liberalitate Regia donati.

Viuit memoria eorum in poſteritate.

Hinc de Gozdauio vnico Staniſlao Sokolouio reliquit Ioannem Kocháno wſky. *Sokolouij Epitaph.*

Corpore non magno eſt Sokolouius, at loquitur ſic:
Vt Laertiadem Neſtoraq; æquiparet.
Fælix qui præſentem audit, fælix quoq; & ille eſt
Qui legit eximij ſcripta diſerta viri.

Vt igitur

Vt igitur columnas referant lilia veſtra, vnicum vobis ex doctrinis, *Iſai.*14. obſeruandum erit. *Dabo,* inquit, *in ſolitudinem cedrum & ſpinam, & Myrthum, & lignum oliuæ, vt videant & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc.* Cur lilia in ſolitudine non promittuntur dari? Nam lilia ſunt antidota contra venena, lepram, vlcera, ignem ſacrum, *vt Plin: lib.* 2. *C.*19. & *lib.* 23. *C.* 4. Præſentiſsimum remedium habeat ex vobis Eccleſia S. Reſp. & Patria, & benedictio Domini in liliorum veſtrorum odorem deſcendet, confirmabiturque.

Lilia in ſolitudine non dantur.

CASTA GENERATIO.

S*Apiens Cant.* 7. *caſtam generationem ita depingit*: Venter tuus aceruus tritici vallatus lilijs, puta eſt vel fiat. Nam lilia, *vt S. Hieron. contra Iouin. ſcribit*: caſtitatem & puritatem ſignificant. Si igitur venter vellatus lilijs eſt, ibi non computabitur in annis infantia, ſed erit ſenectus mentis immenſa. Finxit Homerus Oratores Troianos, quod veſcerenrur lilijs ceruleis, vt elegantius loquerentur. Fundamentum fictionis fortè ex medicis, quod ceruleum lilium ori graueolenti proficere, ac halitum ſuauem & gratum reddere dicunt. Verùm inde ſummamus quod veritas habet, ad caſtam generationem lilijs veſci neceſſe eſt. Cùm ſponſa de ſponſo dicat: *qui paſcitur inter lilia.* Nam ſicut paſcitur libido conuiuijs, nutritur delicijs, vino incenditur, *vt ait S. Ambr.* Ita caſta generatio paſcitur ſobrietate, operatione, aſperitate cultus, inhibitione ſenſuum, raritate ſermonis, cum honeſtate, euitatione oportunitatis, *vt Caſſiodorus refert*: Sic namque paſta nil turpè cogitat, nil indecens agit, nil inhoneſtum loquitur. Arabia ideò ſues animalia immundiſsima non habet, *ait Plin: lib:* 8. *de animal. Cap:* 52. quod ſuauiſsimis floribus, & candidiſsimis lilijs abundet. Lilijs igitur paſti, caſtam generationem conſeruabitis.

Lilia vallant mentem.

Oratores lilijs veſcuntur.

Lilijs paſci.

Caſta generatio quo paſcitur.

Pulchra & delicata lilia inuiſa eſtote Veneri.

EQVITES LILIATI.

GArzyas Nauarræ Rex, *ait Cauſinus in Symb.* equites liliatos olim fundauerat, qui in pallio deferebant cor, de quo procedebant liliæ, hi & imaginem B: M. Virg. penſilem à collo catena inſtar liliorum elaborata, aurea ferebant. Decens habitus equiti liliato: Gozdauij equites verè liliati, quos tot Principes, Reges, Pontifices, varijs Priuilegijs, dignitatibus, titulis, ornarunt: ac liliatos equites toti orbi declararunt. Ornat enim & ditat fides.

Fides

Digitized by Google

FIDES SERVATA.

VNde *Dlugoſſus de illis*: Genus Polonicum & Dominis ſuis fidum. Habet Maro de equite liliato: *Si qua fata aſpera rumpas. Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis.* Data ſunt plena manu lilia Gozdauio & ſucceſſoribus eius, dum eos tot tantoſq;, in Senatu, bello, ſago & toga numerat, dignatur Rex Senatuſq; Polonus.

Pulchra fremunt, vt apes paſcentes lilia circum.

Vndè liliatorum equitorum, liliatæ ſponſæ, pudicæ verecũdæ, caſtæ. Iacobus Georgius Gizicki ex Caſtellani Crac. filia Iarosławſka, Georgius Raphaelis ex Dembowſka filia Burgrabij Crac. Mathias Iacobi Iudex Sanocen. ex Herburthi filia, qui poſtmodũ à Birca Birecki nuncupatus. Quid de Humnicio Dydinſcio, Strzyzowſcio, Buczalſcio, Pieczychoyſcio, Zdarſcio, Przedborſcio, Gozdowſcio, Sokołowſcio, Sołowſcio, Iarzębkowſcio, Turkowiccio, Gdeſʒynſcio, Chanſcio, Godlewſcio, Gołembiowſcio, Oſuchowſcio, Iackowſcio, Witalſcio, Bockowſcio, Iaſienſcio referam? varijs modis liliati equites extiterunt. Vt optimè de illis quod Propertius in Tarpeia:

Sæpè tulit blandis argentea lilia Nymphis.
Romula ne faciem læderet haſta Taci.

In illa namque ætate, quando crines flaueſcunt, caro niteſcit eburnea, gemmis facies roſea decoratur, quando viget ratio, vigent corporis ſenſus, viſus acutior, inceſſus rectior, offerunt hoſtiam viuentem, Deo placentem & immaculatam. Nam

Qui cupit æternæ donari frondis honore ſudor.
Plurimus hunc tollit, nocturno ex ſomnis oliuo
Immoritur delet quod mox laudauerat in ſe.

LINEA FAMILIÆ GOZDAWA.

CHriſtinus Gozdáwá, *cuius virtus in aduerſis creuit, fortuna fauente, Anno* 1090. *Reliquerat filium Chriſtinum, cuius tendebat in ardua virtus. Simon Epiſc. Płoceń.* De quo Cathalog. *Vir prudens & modeſtus, Anno* 1108. *Chriſtinum Palat. Płoceń.* Cromerus lib: 7. *quem vulgariter Pruſſi Deum Maſouiæ vocitabant, ſed à Conrado Duce Maſouiæ è viuis ſubducitur. Anno* 1221. Ita Paproc. Cromerus verò: *Præerat noſtris Chriſtinus Comes gente Gozdauius, cuius lilium inſigne eſt, Palat. Płoceń. vir acer, & rei militaris peritus. Ioannes Epiſc. Płocen.* Cathal. Anno 1227. refert. *Philip. Archiepiſc. Gneſneń.* Cathal. habet, *qui ſacram ſex annis, ob deceſſum ſummi Pontificis, & mortem demùm ſui Legati, non obtinuerat, vnde Cathal de illo:*

Sex annis electus eras: Romanus honorem
Impedijt Præſul, mæſte Philippe tuum.

Pampowſcij, *in Polonia Maiori. Ambroſius Palat. Syradień. quem* Epitaph. *in Eccleſia Sreden. ſatis commendat:*

Debuit Ambroſius Patriæ laus maxima Regni
Has miſeras fati non ſubijſſe vices:
Strenua dextra fuit, mens ſemper conſcia recti,
Digna ſimul ſpecies corporis, imperio.
Quem mirata fuit Roma, & gens Appula quando
Militiæ tulerat fortia ſigna ſuæ,
Quique Magiſtratus & ſummos geſsit honores,
Iuſtitia, ingenio, religione, fide.

Reliquerat filium Ioannem, qui ex Iáruntowná ſex filios ſuſceperat, ſteriles deceſſerunt, ipſe Chriſtophorus Ambroſium reliquit hæredem in Poniec, ſed Poſnaniæ ætatis 2.. obijt, 1571. Ex Adalberto verò fratre Chriſtophori, dum ſterilis moritur Ioannes, filia Bárhará Roſkowſka Caſtell. Premeteń. coniux, bona in domum Roſkouiis intulit.

Dzierzánowſcij, *in Palat. Caliſſień. Andreas cum Cerekwicka reliquit filium Ioannem, qui ex Kuklinowſka ſuſcepit Andream, Stanislaum, Iacobum, Nicolaum. Sed cùm Andreas in caſtitate vitam ducit, & orationibus inuigilat, ætatis anno 76. moritur. Stanislaus arma ac militarem palmam amplexatus, Scythis terribilis extitit, iteratis enim vicibus captus, forti dextera, occiſis aliquot hoſtibus, liberatus. Reliquit ex Dźierzkowná de armis* Nieczuiá *filios quinque, Matthiam, qui in Vngaria ſub ſignis Zieniouicij occubuit. Sebeſtianum, Andream Abbatem Wagrouecenſem, magnum virum pietate & grauitate. Martinum in Curia S. Cæſareæ M. clarum, à quo & bona in Sileſia, ac matrimonium habuit. Stanislaum peritum in diuerſis linguis, & ſtrenuum militem, qui in Italia vitam finiuit. Iacobus verò Stanislai germanus, ex Potworowſka ſuſceperat Nicolaum & Stanislaum Rothmag. Auguſti Regis temporibus, in Moſchouiam & contra Scythas.*

Giziccij, *in Maſouia. Ortum ducunt à Chriſtino Palat. de quo ſuperius. Paulus Venceslai Iudicis Terræ Sochaceuień. filius, Epiſcop. Płoceń. vir pietatis eximiæ, anno 1440. Nicolaus & Vincentius Marſchalci Ducis Maſouiæ Conradi, 1459. Petrus & Paulus Giźiccij excellentiſſimi milites, in Vngaria primum, poſt in Patria, Caſimiri Magni temporibus, quibus bona in confinibus Vngariæ contulit. A quibus Sanoceń diſtrictus amplitudinem & nomen clarum habuit. Notabant iſti familiam ſuam de Humniſka. Reliquerat Petrus Georgium,*

Digitized by Google

gium, Caſtell. Sanoceń. qui ex Dębinſka, Caſtell. Cracouień. filia Iacobum, & ex Iároſłáwſka Ioannem Cantorem Crac. & Decanum Poſnanień. & Raphaelem, qui in Valachia ad ſyluas Bucouianas occubuerat, habuit. Raphael verò Matthiam filium reliquit, qui dum Biercza poſſeſſionem tenet, à vulgo Bierecki vocitari incæpit. Erat Terrarum Sanoceń. Iudex, accepit ex Herburtowná de Fulſtyn Ioan. Stanislaum, Gabrielem, qui ex Chodorowſka duas filias & filios, Andream doctrina & ingenio magnum, Bartholomæum & Venceslaum. Illi verò Giziccij de Humniſka, Stanislaus Iudex Sanoceń. ex Rzeſſowſka, 1. Georgium, qui ex Gromnica reliquerat Stanislaum, Raphaelem, Valentinum, Andream, & filias duas. 2. Stanislaum, qui ex Chodorowſka Matthiam & Ioannem, & duas filias habuit. 3. Ioan. qui etiam ex Chodorowſka Albertum & Stanislaum ſuſcepit, & ex Sieninſka, Simonem, Martinum, Georgium. Petrus Gizicki, Stephano Rege Sceptra tenente, inuictus Marte, ſub Gedano & Neuel, palmam detulerat. Ioannes Gizicki, his temporibus miles probatus, multis expeditionibus clarus, Rothmagiſter S. R. M. à multis annis, Anno 1628. 4. Decemb. ad Maſtouoſtauum, agmini Coſacorum Cerkaſienſium, à Sereniſſimo Rege Vladislao IV. Præfectus pronunciatur. Horumne ſit armorum vel aliorum, aſſeret lector.

Bal. *in Sanocenſi Terra, de* Nowy taniec *notabant familiam, ſed ad D. Stanos tranſijt poſſeſſio. Matthias & Georgius erant viri, quorum virtus emori non poteſt, cùm ingenua poſteritas facta illorum proſequatur & adornat. Samuel & Ioannes, atq; Succamerarij filij, exterarum nationum indagatores, ac Militaris laureæ.*

Dedinſcij, *vel* Dydinſcij, *in Sanoceń. Terra. Petrus Notarius Caſtri Sanoceń. ſententia grauis, conſilio ſagax. Ioſephus Subiudex Sanoceń. Iuſtitiæ verus amator. Reliquit ex Tarnawſka Paulum, qui dum nil damnabilius eſſe in nobili, quàm otium a virtute & gloria, in animo conſtituiſſet, ad militarem animum adiecit. Poſt cum Capit. Bareń. ſtrenuè militando, à Scythis aprenſus, non modica pecunia numerata, liberatur. Erant in Pocutia ijdem ex Sanoceń. Terra, de Dednia, Georg. Dedynſki Dapifer Sanoceń. poſtmodum Caſtell.* vt Priuilegium teſtatur, *in Pocutiam venit. Originem familiæ è Regno Vngariæ deducunt: Caſimiro primo regnante, in Pol: adſciti. Regno & Regibus ſemper fideles, militaris obſeruantiſſimi, Iurium peritiſſimi. Georgius filius ex Helizabeth Wyſocka, ex* Pocutia. *Domicilium tranſtulit in* Podoliam, *cuius poſſeſſio eſt Borſczow ad Camenetiam* Podoliæ, *quam Eccleſia vallo arce murata, auxit & ornauit.* Ex Pocillatore *Halicień.* Iudex *Terræ* Podoliæ, *demùm creatus eſt Succamerarius Podol. vir par eloquentia Ciceroni, conſilio Catoni,*

Digitized by Google

Lumen quoddam Podoliæ. Ita plerumq́ fit, ſed veriùs dicetur de Georgio: Nouellæ vites copioſius quidem gignunt vinum, ſed vetuſtiores melius, ita plura loquuntur iuuenes, ſed vtiliora ſenes. *Litium & diſcordiarum fœliciſſimus pacator & diremptor, collatam Caſtellaniam Camenecen ob ſaniora conſilia libertati danda, honorificè recuſauit. Ex Lubieniecka reliquit filiam, Woluccij coniugem.*

Humniccij, *in eodem diſtrictu, qui dignitatem ſuam non veſtium ſplendore, ſed prudentia ac fortitudine augent & conſeruant.*

Strzyzowſcij, *Antiqua familia in Podgoria. Ioannes Catholiciſſimus tenutarius in Czadecz, reliquerat filios, Stanislaum & Ioannem, qui, ó heu, à fide defecerant, altaria in ſuis ditionibus profanauerant. Nicolaus cognomento* Sliwá, *tenutarius in Glinnik & Barycz, ex Zophia Cieklinſka ſuſceperat Stanislaum, Ioannem, Nicolaum. Quorum poſteritas magna & nobiliora eligebat, vt de illis dicere, quod olim de Athenień. Franc. Petr. congruum ſit:* Athenienſes omnium eſſe optimos, cùm ſecundum virtutem agere velint, vbi verò contra, omnium deterrimos. *Erant in Podolia Strzyżowſcij, quorum virtus & pietas vſq́ nunc floret. Erant Exactores Contributionum in Comitijs Regni, laudatarum per multos annos, cuius filius Procopius animo Marti conſecrato, Scythis, Moſchis, Pruſſis, terribilis fuit. Vnde Rothmagiſter S. R. M. atq́ in Caſtris eximius extitit. Dignitatibus viri dati ſunt, non dignitates hominibus.*

Baczálſcij, *Hieronymus in Politicis & Aula Regali diſertiſſimus ac morigeratus, vt Nobilitas Polona filios educandos læta & grata illi exhiberet, quos ita expollebat, vt Regibus & Senatui proficui plurimum extitiſſent. O te felicem, à quo rem improbam nemò petere auſus eſt.*

Przedborſcij, *in Płoceń. Palat. Homines ad virtutem & pietatem nati. Vnde plurimos, toga, pallium, & lorica contexit.*

Pieczyhoyſcij, *in Palat. Ruſſiæ. Horum fides in Principem vſq́ modo apparet, dum Curia Vladislai euarti Pol. Regis culinæ præfectum effecerit, & fœlicis vitæ Regiæ ſolertem.*

Zdzárſcij, *in Ploceń. Palat.* N. *Iudex Terreſtris Plocen. cuius filius Canon. Plocen. Stephanus ex Przećiſzewſka reliquit filios & filias. Gaſpar ex Mniſzewſka reliquit filios & filias. Eorum probitas virtute commendatur. Hinc Warſauiæ Epitaph. Eraſmi de Zdzary. Vir nobilis, pietate & morum, integritate nemini ſecundus: Ob idq́ omnibus amabilis, exactis innocenter, & ſine aliorum querela, Annis 62. diem clauſit extremum, 157?. 9. Martij.*

Gozdowſcij, *de Gozdow, in Palat. Rauenſi. Peruetuſtæ domus denominatio indicium offert. Gozdowſki à Gozdawa. Magni habendi ſunt.*

Digitized by Google

ſunt. Nemo enim eſt omninò negligendus, in quo aliqua virtutis ſignificatio apparet.

Sokolowſcij, *Stanislaum, Steph. Regis Polon. magnum Oratorem Eccleſiaſticum Doctorem vtriuſq; Iuris opera ipſa orbi commendant, fuit etiam is ipſe Canon. Eccleſiæ Cathedr. Cracouien. Epiſc. Chyouien. Magnus zelator fidei & pacis. Nam præter religionis cultum latè diſſeminatum, contra Coſacos rebelles exercituum miſit, atq; cum illorum Pozarſcio, diſperſit, captiuauit, iuſtitiæ conceſſit. Germanus illius Capitaneus* N. *Marte togam comparat, toga Martem colluſtrat. Qui enim omnibus bonis inſtructi ſunt & ornati, æquitatem & ius amant.*

Sołowſcij, *in Sendomirien. Palat. Veritatis & boni cuſtodes & amatores. Non eſt enim viri boni errare, & diligere quod per ſe non eſt diligendum & colendum.*

Iarząbkowſcij, *ibidem. His honeſtas & decor adamata ſunt. Nec eſt res vlla tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt quis viri boni & ſplendorem & nomen amittat.*

Gdeſzynſcij, *in Belzenſi Palat. Iſti quid rectum & honeſtum, & cum virtute eſt, id ſolum opinantur bonum. Quapropter, in re militari præcipui & ſolertes Rothmagiſtri, contra Scythas & Coſacos rebelles ac Moſchos inſolentes, Stephanus & Marcus, & in Aula Principum ac Senatorum dilecti & affabiles extiterunt. Talis erat & Chriſtophorus in aula Stephani Regis, cum Procopio Pieniażek, Moſchorum debellator. Tales ſunt, qui cum Koniecpolſcio & Potoccio Coſacos rebelles arcerunt.*

Hanſcij, *in Chelmenſi Palat. Homines frugi, omnia rectè faciunt.*

Turkouiccij, *in Belzenſi Palat. Apud hos pudor, probitas, virtus, rectum ſtudium, artes bonæ, habent locum.*

Godlewſcij, *in Nurſcen. diſtrictu. Concordia, pax, Reipub. his amori eſt. Nam quem diſcordia, cædes Ciuium, quem bellum ciuile delectat, eum ex numero ciuium eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum cenſeo.*

Golębiowſcij, *de Podlodow, in Belzenſi Palat. Non inuideas virtuti. Eſt enim huius ſeculi labes quædam & macula, virtuti inuidere, velle ipſum florem dignitatis effringere.*

Oſuchowſcij, *in Rauenſi Palat. Eorum ſpectata eſt à multis & magnis viris ſingularis integritas in Patriam & Regem. Erat Oſuchowſki Rothmag. S. R. M. fortis & ſtrenuus vir, qui Caſtris ad Luczynce & Kociuzyn expoſitis, excubias contra Scythas & Moldauos, in Cantymirum & Chamum Tartarorum frementes ſanguine, cum Zacwilichouio & alijs, intrepidè peregit.*

Digitized by Google

Reklewſcij, *ex Poſnanień. Palat. Hi rationem bono conſilio à Dijs immortalibus datam, non in fraudem & malitiam conuertunt, ſed in ornamentum Patriæ & conſcientiæ.*

Iáckowſcij, *in Goſtinen. diſtrictu. Magna eſt vis conſuetudinis, pernoctant venatores in niue, in montibus à ſole viri patiuntur: ſed veſtra conſuetudo eſt, virtutem illuſtrare factis.*

Witulſcij, *ibidem. Hoſtium repentinus aduentus magis aliquando conturbat quam expectatus; & maris ſubita tempeſtas, quam ante præuiſa terret nauigantes vehementius, ſed audacia iuncta prudentiæ, omnia hæc, & vana, & nulla reputat.*

Boczkowſcij, *in Sendomirien. Palat. in diſtrictu Chęcinenſi. Oportet hominem ab homine, ob hoc ipſum, quod homo ſit, non alienum videri,* ait Cic: de Finib, *& quia nobilis eſt, non ignominioſa meditari & agere.*

Iaſienſcij, *in Palat. Cracouień. Paulum, Aulæ Regiæ, Præfectum exercituum, Capit. Belzenſem & Chelmenſem* meminit Cromer. lib: 26. *Idem dolo à Cruciferis in captiuitatem redactus. Et in Bohæmiam cum Vladislao, Anno* 1471. vt Cromer. 27.

Grothij, *Ioannes de Ruda Dębowſka, Canon. Gneſneń.* habet Epitaph. Gneſnæ, Anno 1532. *Magnus Prædicator, & Pſalterij fundator.*

Piotrowſcij, *In Podlaſia.*

Sokolij, *In Sendomirienſi Palatinatu.*

Roſa, *Ibidem.*

Niemierza, *In Podlaſia.*

Popowſcij, *ibidem. Qui omnes, & his ſimiles, nil niſi quod honeſtum decorumq́; eſt, admirantur, optant, expetunt.*

GRABIE.

Digitized by Google

GRABIE.
Raſtrum, Raſtellum.



DELINEATIO.

EST raſtellum albi coloris, cum ſeptem dentibus, infixum pede in vertice trium montium viridi coloris, in campo flauo, ſuper galeam verò ſunt quinque pennæ Strutionis.

ORIGO.

INſignia hæc originem habent in Bohæmia; & ex illo Regno illata in Regnum Poloniæ, *refert Dlugoſius his verbis*: Genus de Baronibus ex Bohæmia ortum ducens, ſub Venceſlao Rege Bohæmorum, ad Petricouiam in Polonia conſederunt in villa Wola, quæ modo vſque dicitur à viro illo primo *Grábiná Wola. Dlugoſſus*. Modernis temporibus Roſconum familia ibidem viget, ex qua hic in Poloniam nonnulli deuenerunt.

CVMVLVS GRATIARVM.

DIuinum ac mirandum infantem Moyſen, aquis crudis poſt immobile ac ſeuerum decretum Regis Pharaonis flebiliter expoſitum, quis non in gratiarum Dei cumulum, exemplificatum *Moyſi gratiarum cumulus.*

Digitized by Google

Cebrowſcij, *Dicebat Plato*: Boni extiterant, quia ex bonis orti fuerant. *Fundationem à Cebrowſciis, Priuilegia magna referunt, Eccleſia in monte Sublàpidenſi B. V. Mariæ Ordin: Prædicatorum, vbi & imago miraculis clariſſima, & veſtigia admiranda B. V. Mariæ apparent. Petrus nomine fuit.*

Latyczynſcij, *in Chelmenſi Terra. Cupiebant ſemper fieri liberi non ſerui.* Quod peroptimè Greg. Nazian. explicuit. *Mihi ſeruus eſt, quiſquis turpiter & flagitiosè viuit; mihi liber eſt, quiſquis virtute vitaq; integritate præſtat.*

Bierultij, *in Chelmenſi Terra. Indignum putarunt exigere honorem, & refugere laborem.*

Niezwoiewſcij, *in Vislicen. diſtrictu. Sunt & aliæ familiæ in diuerſis Regni Poloniæ partibus, quas colligere ob diſtantiam non potui: vnico tamen verbo, ſingulos ad nobilitatis honorem adhortor. Ille clarus, ille nobilis, ille integram nobilitatem ſuam ſeruare ſe credat, ſi dedignetur ſeruire vitiis.*

GOZDAWA.



DELINEATIO.

SVNT Liliæ duæ albæ, ita diſpoſitæ, vt flore vna ſurſum, altera ſit deorſum, ſtipitibus ſuis ſeſe contingunt, in campo rubeo, ſuper galeam pennæ Pauonis, inter quas eædem ſunt liliæ.

ORIGO.

ORIGO.

Militi fideli Principi, qui in poſſeſsione ſua, ſub eius regimine Gozdáwá dicta permanebat, Chriſtinus nomine, Anno 1090. conceſſa. Eò quod in quacunque expeditione politioris ingenij, armorum, ac progeniei fuiſſet. Vnde Chriſtini nominabantur, filius enim primi, circa Annum 1140. excellentiſsimus vir, & circa Annum 1202. Chriſtnus Palatinus Plocen. fuit, à quibus vſque modo clara familia in Regno Poloniæ extitit.

COLVMNA LILIORVM.

INter Hæroica Symbola, Gabriel Simeon Florentinus, Margaritis duabus, Nauarræ nimirum & Franciæ Reginis, ad lilias flores duos conſolidæ ex vtroque latere emergentes, addidit ſubſcripſitque. Mirandum naturæ opus, nobilitatem ex lilijs clariſsimam potuit lilias inſpiciendo contemplari, at firmitatem non quicunque, ideò ad declarandam firmitatem liliorum conſolidæ flores addidit, vt non tam liliorum decorem, quàm columnam ſimul ex lilijs compactam conſideres. In Vita S. Vitalis Epiſcopi Salisburg. legimus, quod ex pectore demortui & ſepulti, per marmora lilia proceſsiſſent. Vnde in Bauaria in eius laudes Math. Roder Soc: Ieſu:

Lilia conſolidæ.

Lilia ex ſepulchro S. Vitalis per marmora creuit.

O fœlix tumulus, cuius de funere ſurgunt
Flores, qui caſti ſigna pudoris habent.

Profectò vel indè ſpeculandum erit, lilia eſſe quaſdam columnas, liliaque marmora ſepulchri ſuſtinuiſſe, Gozdauiorum familiam dum mente habeo, lilia quidem inſpicio, ſed columnarum inſtar, imò lilias columnas non immeritò dicam: Sunt namque in ea Gizyccij, ex quibus Paulus Epiſcopus Plocen. 1456. Vincentius Anno 1464. Nicolaus 1459. Principibus Mazouiæ honori Marſchalcatum agendo fuerat. Quid de antiquis Gozdauijs, Palatino Plocen. Anno 1202. referam? Iaſienſcio aulæ Regiæ Marſchalco? quid de ſubſequentibus dicam? Caſimirus Magnus Rex Poloniæ, Sanociæ Regio quam incolebant, promouebant, referant, ſumma liberalitate Regia donati.

Columna ex liliis.

Viuit memoria eorum in poſteritate.

Hinc de Gozdauio vnico Staniſlao Sokolouio reliquit Ioannem Kochánowſky.

Socolouij Epitaph.

Corpore non magno eſt Sokolouius, at loquitur ſic:
Vt Laertiadem Neſtoraq; æquiparet.
Fœlix qui præſentem audit, fœlix quoq; & ille eſt
Qui legit eximij ſcripta diſerta viri.

Vt igitur

Vt igitur columnas referant lilia veſtra, vnicum vobis ex doctrinis, *Iſai*.14. obſeruandum erit. *Dabo*, inquit, *in ſolitudinem cedrum & ſpinam, & Myrthum, & lignum oliuæ, vt videant & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc.* Cur lilia in ſolitudine non promittuntur dari? Nam lilia ſunt antidota contra venena, lepram, vlcera, ignem ſacrum, *vt Plin: lib.* 2. *C.*19. & *lib.* 23. *C.* 4. Præſentiſsimum remedium habeat ex vobis Eccleſia S. Reſp. & Patria, & benedictio Domini in liliorum veſtrorum odorem deſcendet, confirmabiturque.

Lilia in ſolitudine non dātur.

CASTA GENERATIO.

S*Apiens Cant.* 7. *caſtam generationem ita depingit*: Venter tuus aceruus tritici vallatus lilijs, puta eſt vel fiat. Nam lilia, *vt S. Hieron. contra Iouin. ſcribit*: caſtitatem & puritatem ſignificant. Si igitur venter vellatus lilijs eſt, ibi non computabitur in annis infantia, ſed erit ſenectus mentis immenſa. Finxit Homerus Oratores Troianos, quod veſcerenrur lilijs ceruleis, vt elegantius loquerentur. Fundamentum fictionis fortè ex medicis, quod ceruleum lilium ori graueolenti proficere, ac halitum ſuauem & gratum reddere dicunt. Verùm inde ſummamus quod veritas habet, ad caſtam generationem lilijs veſci neceſſe eſt. Cùm ſponſa de ſponſo dicat: *qui paſcitur inter lilia.* Nam ſicut paſcitur libido conuiuijs, nutritur delicijs, vino incenditur, *vt ait S. Ambr.* Ita caſta generatio paſcitur ſobrietate, operatione, aſperitate cultus, inhibitione ſenſuum, raritate ſermonis, cum honeſtate, euitatione oportunitatis, *vt Caſſiodorus refert*: Sic namque paſta nil turpè cogitat, nil indecens agit, nil inhoneſtum loquitur. Arabia ideò ſues animalia immundiſsima non habet, *ait Plin: lib: 8. de animal. Cap:* 52. quod ſuauiſsimis floribus, & candidiſsimis lilijs abundet. Lilijs igitur paſti, caſtam generationem conſeruabitis.

Lilia vallant mentem.

Oratores lilia veſcuntur.

Lilia paſci.

Caſta generatio quo paſcitur.

Pulchra & delicata lilia inuiſa eſtote Veneri.

EQVITES LILIATI.

GArzyas Nauarræ Rex, *ait Cauſinus in Symb.* equites liliatos olim fundauerat, qui in pallio deferebant cor, de quo procedebant liliæ, hi & imaginem B. M. Virg. penſilem à collo catena inſtar liliorum elaborata, aurea ferebant. Decens habitus equiti liliato: Gozdauij equites verè liliati, quos tot Principes, Reges, Pontifices, varijs Priuilegijs, dignitatibus, titulis, ornarunt: ac liliatos equites toti orbi declararunt. Ornat enim & ditat fides.

Fides

Digitized by Google

FIDES SERVATA.

VNde *Dlugoſſus de illis*: Genus Polonicum & Dominis ſuis fidum. Habet Maro de equite liliato: *Si qua fata aſpera rumpas. Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis.* Data ſunt plena manu lilia Gozdauio & ſucceſſoribus eius, dum eos tot tantoſq;, in Senatu, bello, ſago & toga numerat, dignatur Rex Senatuſq; Polonus.

Pulchra fremunt, vt apes paſcentes lilia circum.

Vndè liliatorum equitorum, liliatæ ſponſæ, pudicæ verecũdæ, caſtæ. Iacobus Georgius Gizicki ex Caſtellani Crac. filia Iarosławſka, Georgius Raphaelis ex Dembowſka filia Burgrabij Crac. Mathias Iacobi Iudex Sanocen. ex Herburthi filia, qui poſtmodũ à Birca Birecki nuncupatus. Quid de Humnicio Dydinſcio, Strzyzowſcio, Buczalſcio, Pieczychoyſcio, Zdarſcio, Przedborſcio, Gozdowſcio, Sokołowſcio, Sołowſcio, Iarzębkowſcio, Turkowiccio, Gdeſzynſcio, Chanſcio, Godlewſcio, Gołembiowſcio, Oſuchowſcio, Iackowſcio, Witalſcio, Bockowſcio, Iaſienſcio referam? varijs modis liliati equites extiterunt. Vt optimè de illis quod Propertius in Tarpeia:

Sæpè tulit blandis argentea lilia Nymphis.
Romula ne faciem læderet haſta Taci.

In illa namque ætate, quando crines flaueſcunt, caro niteſcit eburnea, gemmis facies roſea decoratur, quando viget ratio, vigent corporis ſenſus, viſus acutior, inceſſus rectior, offerunt hoſtiam viuentem, Deo placentem & immaculatam. Nam

Qui cupit æternæ donari frondis honore ſudor.
Plurimus hunc tollit, nocturno ex ſomnis oliuo
Immoritur delet quod mox laudauerat in ſe.

LINEA FAMILIÆ GOZDAWA.

CHriſtinus Gozdáwá, *cuius virtus in aduerſis creuit, fortuna fauente, Anno* 1090. *Reliquerat filium Chriſtinum, cuius tendebat in ardua virtus. Simon Epiſc. Płoceń.* De quo Cathalog. *Vir prudens & modeſtus, Anno* 1108. *Chriſtinum Palat. Płoceń.* Cromerus lib: 7. *quem vulgariter Pruſſi Deum Maſouiæ vocitabant, ſed à Conrado Duce Maſouiæ è viuis ſubducitur. Anno* 1221. Ita Paproc. Cromerus verò: *Præerat noſtris Chriſtinus Comes gente Gozdauius, cuius lilium inſigne eſt, Palat. Płoceń. vir acer, & rei militaris peritus. Ioannes Epiſc. Płocen.* Cathal. Anno 1227. refert. *Philip. Archiepiſc. Gneſneń.* Cathal. habet, *qui ſacram ſex annis, ob deceſſum ſummi Pontificis, & mortem demùm ſui Legati, non obtinuerat, vnde Cathal de illo:*

Sex annis electus eras: Romanus honorem
Impedijt Præſul, mæſte Philippe tuum.

Pampowſcij, *in Polonia Maiori. Ambroſius Palat. Syradien. quem Epitaph. in Eccleſia Sreden. ſatis commendat:*

Debuit Ambroſius Patriæ laus maxima Regni
Has miſeras fati non ſubijſſe vices:
Strenua dextra fuit, mens ſemper conſcia recti,
Digna ſimul ſpecies corporis, imperio.
Quem mirata fuit Roma, & gens Appula quando
Militiæ tulerat fortia ſigna ſuæ,
Quique Magiſtratus & ſummos geſsit honores,
Iuſtitia, ingenio, religione, fide.

Reliquerat filium Ioannem, qui ex Idruntowna ſex filios ſuſceperat, ſteriles deceſſerunt, ipſe Chriſtophorus Ambroſium reliquit hæredem in Poniec, ſed Poſnaniæ ætatis 2.. obijt, 1571. Ex Adalberto verò fratre Chriſtophori, dum ſterilis moritur Ioannes, filia Barbara Roſkowſka Caſtell. Premeteń. coniux, bona in domum Roſkouiis intulit.

Dzierzánowſcij, *in Palat. Caliſſień. Andreas cum Cerekwicka reliquit filium Ioannem, qui ex Kuklinowſka ſuſcepit Andream, Stanislaum, Iacobum, Nicolaum. Sed cùm Andreas in caſtitate vitam ducit, & orationibus inuigilat, ætatis anno 76. moritur. Stanislaus arma ac militarem palmam amplexatus, Scythis terribilis extitit, iteratis enim vicibus captus, forti dextera, occiſis aliquot hoſtibus, liberatus. Reliquit ex Dźierzkowna de armis* Nieczuiá *filios quinque, Matthiam, qui in Vngaria ſub ſignis Zieniouicij occubuit. Sebeſtianum, Andream Abbatem Wagrouecenſem, magnum virum pietate & grauitate. Martinum in Curia S. Cæſareæ M. clarum, à quo & bona in Sileſia, ac matrimonium habuit. Stanislaum peritum in diuerſis linguis, & ſtrenuum militem, qui in Italia vitam finiuit. Iacobus verò Stanislai germanus, ex Potworowſka ſuſceperat Nicolaum & Stanislaum Rothmag. Auguſti Regis temporibus, in Moſchouiam & contra Scythas.*

Giziccij, *in Maſouia. Ortum ducunt à Chriſtino Palat. de quo ſuperius. Paulus Venceslai Iudicis Terræ Sochaceuień. filius, Epiſcop. Plocen. vir pietatis eximiæ, anno 1440. Nicolaus & Vincentius Marſchalci Ducis Maſouiæ Conradi, 1459. Petrus & Paulus Giźiccij excellentiſſimi milites, in Vngaria primum, poſt in Patria, Caſimiri Magni temporibus, quibus bona in confinibus Vngariæ contulit. A quibus Sanoceń diſtrictus amplitudinem & nomen clarum habuit. Notabant iſti familiam ſuam de Humniſka. Reliquerat Petrus Georgium,*

Digitized by Google

gium, Caſtell. Sanoceń. qui ex Dębinſka, Caſtell. Cracouień. filia Iacobum, & ex Idroſlâwſka Ioannem Cantorem Crac. & Decanum Poſnanień. & Raphaelem, qui in Valachia ad ſyluas Bucouianas occubuerat, habuit. Raphael verò Matthiam filium reliquit, qui dum Biercza poſſeſſionem tenet, à vulgo Bierecki vocitari incæpit. Erat Terrarum Sanoceń. Iudex, accepit ex Herburtowná de Fulſstyn Ioan. Stanislaum, Gabrielem, qui ex Chodorowſka duas filias & filios, Andream doctrina & ingenio magnum, Bartholomæum & Venceslaum. Illi verò Giżiccij de Humniſka, Stanislaus Iudex Sanoceń. ex Rzeſsowſka, 1. Georgium, qui ex Gromnica reliquerat Stanislaum, Raphaelem, Valentinum, Andream, & filias duas. 2. Stanislaum, qui ex Chodorowſka Matthiam & Ioannem, & duas filias habuit. 3. Ioan. qui etiam ex Chodorowſka Albertum & Stanislaum ſuſcepit, & ex Steninſka, Simonem, Martinum, Georgium. Petrus Giżicki, Stephano Rege Sceptra tenente, inuictus Marte, ſub Gedano & Neuel, palmam detulerat. Ioannes Giżicki, his temporibus miles probatus, multis expeditionibus clarus, Rothmagiſter S. R. M. à multis annis, Anno 1628. 4. Decemb. ad Maſtouoſtauum, agmini Coſacorum Cerkaſienſium, à Sereniſſimo Rege Vladislao IV. Præfectus pronunciatur. Horumne ſit armorum vel aliorum, aſſeret lector.

Bal. *in Sanocenſi Terra, de* Nowy taniec *notabant familiam, ſed ad D. Stanos tranſijt poſſeſſio. Matthias & Georgius erant viri, quorum virtus emori non poteſt, cùm ingenua poſteritas facta illorum proſequatur & adornat. Samuel & Ioannes, atq; Succamerarij filij, exterarum nationum indagatores, ac Militaris laureæ.*

Dedinſcij, *vel* Dydinſcij, *in Sanoceń. Terra. Petrus Notarius Caſtri Sanoceń. ſententia grauis, conſilio ſagax. Ioſephus Subiudex Sanoceń. Iuſtitiæ verus amator. Reliquit ex Tarnawſka Paulum, qui dum nil damnabilius eſſe in nobili, quàm otium a virtute & gloria, in animo conſtituiſſet, ad militarem animum adiecit. Poſt cum Capit. Bareń. ſtrenuè militando, à Scythis aprenſus, non modica pecunia numerata, liberatur. Erant in Pocutia ijdem ex Sanoceń. Terra, de Dednia. Georg. Dedynſki Dapifer Sanoceń. poſtmodum Caſtell.* vt Priuilegium teſtatur, *in Pocutiam venit. Originem familiæ è Regno Vngariæ deducunt: Caſimiro primo regnante, in Pol: adſciti. Regno & Regibus ſemper fideles, militaris obſeruantiſſimi, Iurium peritiſſimi. Georgius filius ex Helizabeth Wyſocka, ex Pocutia. Domicilium tranſtulit in Podoliam, cuius poſſeſſio eſt Borſczow ad Camenetiam Podoliæ, quam Eccleſia vallo arce murata, auxit & ornauit. Ex Pocillatore Halicień. Iudex Terræ Podoliæ, demùm creatus eſt Succamerarius Podol. vir par eloquentia Ciceroni, conſilio Catoni,*

Digitized by Google

Lumen quoddam Podoliæ. Ita plerumq; fit, ſed veriùs dicetur de Georgio: Nouellæ vites copioſius quidem gignunt vinum, ſed vetuſtiores melius, ita plura loquuntur iuuenes, ſed vtiliora ſenes. *Litium & diſcordiarum fœliciſſimus pacator & diremptor, collatam Caſtellaniam Camenecen ob ſaniora conſilia libertati danda, honorificè recuſauit. Ex Lubieniecka reliquit filiam, Woluccij coniugem.*

Humniccij, *in eodem diſtrictu, qui dignitatem ſuam non veſtium ſplendore, ſed prudentia ac fortitudine augent & conſeruant.*

Strzyzowſcij, *Antiqua familia in Podgoria. Ioannes Catholiciſſimus tenutarius in Czadecz, reliquerat filios, Stanislaum & Ioannem, qui, ó heu, à fide defecerant, altaria in ſuis ditionibus profanauerant. Nicolaus cognomento* Sliwá, *tenutarius in Glinnik & Barycz, ex Zophia Cieklinſka ſuſceperat Stanislaum, Ioannem, Nicolaum. Quorum poſteritas magna & nobiliora eligebat, vt de illis dicere, quod olim de Atheniéń. Franc. Petr. congruum ſit:* Athenienſes omnium eſſe optimos, cùm ſecundum virtutem agere velint, vbi verò contra, omnium deterrimos. *Erant in Podolia Strzyżowſcij, quorum virtus & pietas vſq; nunc floret. Erant Exactores Contributionum in Comitijs Regni, laudatarum per multos annos, cuius filius Procopius animo Marti conſecrato, Scythis, Moſchis, Pruſſis, terribilis fuit. Vnde Rothmagiſter S. R. M. atq; in Caſtris eximius extitit. Dignitatibus viri dati ſunt, non dignitates hominibus.*

Bączálſcij, *Hieronymus in Politicis & Aula Regali diſertiſſimus ac morigeratus, vt Nobilitas Polona filios educandos læta & grata illi exhiberet, quos ita expoliebat, vt Regibus & Senatui proficui plurimum extitiſſent. O te felicem, à quo rem improbam nemò petere auſus eſt.*

Przedborſcij, *in Płoceń. Palat. Homines ad virtutem & pietatem nati. Vnde plurimos, toga, pallium, & lorica contexit.*

Pieczyhoyſcij, *in Palat. Ruſſiæ. Horum fides in Principem vſq; modo apparet, dum Curia Vladislai quarti Pol. Regis culinæ præfectum effecerit, & fælicis vitæ Regiæ ſolertem.*

Zdzárſcij, *in Ploceń. Palat.* N. *Iudex Terreſtris Plocen. cuius filius Canon. Plocen. Stephanus ex Przećiſzewſka reliquit filios & filias. Gaſpar ex Mniſzewſka reliquit filios & filias. Eorum probitas virtute commendatur. Hinc Warſauiæ Epitaph. Eraſmi de Zdzary. Vir nobilis, pietate & morum, integritate nemini ſecundus: Ob idq; omnibus amabilis, exactis innocenter, & ſine aliorum querela, Annis 62. diem clauſit extremum,* 157[illegible]. 9. *Martij.*

Gozdowſcij, *de Gozdow, in Palat. Raueń.* Pe[illegible] *uetuſtæ domus denominatio indicium offert.* Gozdowſki à Gozdawa. *Magni habendi ſunt.*

ſunt. Nemo enim eſt omninò negligendus, in quo aliqua virtutis ſignificatio apparet.

Sokolowſcij, *Stanislaum, Steph. Regis Polon. magnum Oratorem Eccleſiaſticum Doctorem vtriuſq; Iuris opera ipſa orbi commendant, fuit etiam is ipſe Canon. Eccleſiæ Cathedr. Cracouien. Epiſc. Chyouien. Magnus zelator fidei & pacis. Nam præter religionis cultum latè diſſeminatum, contra Coſacos rebelles exercituum miſit, atq; cum illorum Pozarſcio, diſperſit, captiuauit, iuſtitiæ conceſſit. Germanus illius Capitaneus N. Marte togam comparat, toga Martem colluſtrat. Qui enim omnibus bonis inſtructi ſunt & ornati, æquitatem & ius amant.*

Sołowſcij, *in Sendomirien. Palat. Veritatis & boni cuſtodes & amatores. Non eſt enim viri boni errare, & diligere quod per ſe non eſt diligendum & colendum.*

Iarząbkowſcij, *ibidem. His honeſtas & decor adamata ſunt. Nec eſt res vlla tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt quis viri boni & ſplendorem & nomen amittat.*

Gdeſzynſcij, *in Belzenſi Palat. Iſti quid rectum & honeſtum, & cum virtute eſt, id ſolum opinantur bonum. Quapropter, in re militari præcipui & ſolertes Rothmagiſtri, contra Scythas & Coſacos rebelles ac Moſchos inſolentes, Stephanus & Marcus, & in Aula Principum ac Senatorum dilecti & affabiles extiterunt. Talis erat & Chriſtophorus in aula Stephani Regis, cum Procopio Pieniążek, Moſchorum debellator. Tales ſunt, qui cum Koniecpolſcio & Potoccio Coſacos rebelles arcerunt.*

Hanſcij, *in Chelmenſi Palat. Homines frugi, omnia rectè faciunt.*

Turkouiccij, *in Belzenſi Palat. Apud hos pudor, probitas, virtus, rectum ſtudium, artes bonæ, habent locum.*

Godlewſcij, *in Nurſcen. diſtrictu. Concordia, pax, Reipub. his amori eſt. Nam quem diſcordia, cædes Ciuium, quem bellum ciuile delectat, eum ex numero ciuium eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum cenſeo.*

Golębiowſcij, *de Podlodow, in Belzenſi Palat. Non inuideas virtuti. Eſt enim huius ſeculi labes quædam & macula, virtuti inuidere, velle ipſum florem dignitatis offringere.*

Oſuchowſcij, *in Rauenſi Palat. Eorum ſpectata eſt à multis & magnis viris ſingularis integritas in Patriam & Regem. Erat Oſuchowſki Rothmag. S. R. M. fortis & ſtrenuus vir, qui Caſtris ad Luczynce & Kociuzyn expoſitis, excubias contra Scythas & Moldauos, in Cantymirum & Chamum Tartarorum frementes ſanguine, cum Zacwilichouio & alijs, intrepidè peregit.*

GRABIE.
Raſtrum, Raſtellum.



DELINEATIO.

EST raſtellum albi coloris, cum ſeptem dentibus, infixum pede in vertice trium montium viridi coloris, in campo flauo, ſuper galeam verò ſunt quinque pennæ Strutionis.

ORIGO.

INſignia hæc originem habent in Bohæmia; & ex illo Regno illata in Regnum Poloniæ, *refert Dlugoſius his verbis*: Genus de Baronibus ex Bohæmia ortum ducens, ſub Venceſlao Rege Bohæmorum, ad Petricouiam in Polonia conſederunt in villa Wola, quæ modo vſque dicitur à viro illo primo *Grábiná Wola. Dlugoſſus*. Modernis temporibus Roſconum familia ibidem viget, ex qua hic in Poloniam nonnulli deuenerunt.

CVMVLVS GRATIARVM.

DIuinum ac mirandum infantem Moyſen, aquis crudis poſt immobile ac ſeuerum decretum Regis Pharaonis flebiliter expoſitum, quis non in gratiarum Dei cumulum, exempli- *Moyſis gratiarum cumulus.*
ficatum

Digitized by Google

ficatum fuiſſe profitebitur; Hic eruptus è periculo, à filia Principis in filium recipitur, hic electus à Deo pro liberatione Filiorum Iſrael, nuncius ad Pharaonem mittitur, hic Saluator populi, amicus Dei, terror hoſtium, conſtituitur: hic cælum aperiri in fame, petram in ſiti, mare in periculo, vidit, ſenſit, expertus ſalutare fuit. Eſt ei conceſſa gratia ſicut paradyſus in benedictionibus, *vt Eccl.* 40. *dicitur.* Abundantem gratiam non immeritò & inter vos ſpeculabor, ô Raſtellij, aliorum enim fuit gratias Regum ſigillatim, vti rariores flores decerpſiſſe, Principum affectus placabiles, miris medijs, vix in ſe excitauiſſe, Reipublicæ & Senatus fauores leniter ſenſimque collegiſſe. Veſtrum autem erat (ceu ſuaui raſtello falce demeſſos flores) omnia hæc, Principum, Senatus, ac Regum abundantem gratiam accumulare, vſurpare, nec puto alio ſtratagemate, quam

Ipſa ſibi virtus pulcherrima merces.

PERPETVVM MONVMENTVM.

Raſtrum Symboli Henrici 8.

RAſtro militari ſiue politico, cuius officium intra propugnacula, & in arcuum portibus valet, Anglorum Rex Henricus 8. pro Symbolo vſus fuerat, cum inſcriptione: *In ſecuritatem alteram. Parad. in Symbol:* Raſtro verò fertili hortis & agris commodo, à Rege Bohæm. Venceſlao, vſus veſter in perpetuum monumentum ſtetit. Perpetuum, *inquam:* Sunt namque in tot tamque florentiſsimas domos diſtincta arma hæc veſtra, vt ſingula propago perpetuum monumentum ſtabilitet. Vide Lipſcios, conſidera Skáſzewſcios, animaduerte Arciechowſcios, recogita Dobrogowſcios, &c. &c. videbis quod tempora, licet velocius aquilâ præteruolent, eorum tamen memoriam quotidie relinquendam ſatagunt, Nam ſi præſunt militiæ, Martem minantur, ſi Senatorem agunt, honeſtum & vtile Regi ac Reipublicæ promouent: ſi iudicia exequuntur, ſolam iuſtitiam colunt, & porrigunt ſuæ poſteritati, quod Salomoni porrectum fuit. Poſside ſapientiam, poſside prudentiam, ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris eius. *Prouerb.* 4. Hinc ſtemma veſtrum, ceu omini æterno, ſuper verticem trium montium, & verſus cælum erigitur, vt ſuæ perpetuitatis monumentum, ex ſalutari, & cum ſalutari cruce corroboratum, & corroborandum ſentiatis, habeatis.

PACIS PROGNOSTICVM.

Pacis Prognoſticon Raſtrum.

BINA procognoſtica pacis conſidero: Aliud Dei cum homine, & tale eſt arcus in nubibus. Aliud hominis cum homine, & tale eſt, ſi inter ſe gladios in falces commutent. Sed firmius pacis

Digitized by Google

pacis prognoſticon inter homines non erit, quàm ſi per proprios agros, & hortos, raſtra & raſtella paſsim excreſcant. Eo namque medio ſedet populus in pulchritudine pacis, in tabernaculo fortitudinis, in requie opulenta, *vt Iſaiæ 23. dicitur:* Hinc erectum raſtellum veſtrũ in campis, dum in Panegyrico Reuerendiſ: Lipſki contemplabatur Iacobus Witellius Alumnus Academiæ Crac: ſcribebat: ***Raſtrorum dignitas.***

Saturni falces & fulmina, voſque tridentes
Quæ cælo affixit ſtemmata Graia fides
Cedite, nunc quando maius radiauit ab iſtis
Vittarum decus, & Sarmatici orbis honos.
Sanguinis & belli illa cruenta fuêre trophea
Pax niuea ex iſtis fertilitasq́ fluit.

LINEA FAMILIÆ RASTELLORVM, ſeù GRABIE.

GRAbij, *in Lublineń. & Siradień. & Chyouień. Palatinatibus. Plus Marti & Bellonæ, quam Palladi & litteris detulerunt.* Memores quod Cic: 1. Offic. *Omne officium quod ad ſalutem hominum tuendam valet, anteponendum eſt officio, quod cognitione & ſcientia continetur, tum quod officiis ſcientiæ anteponenda ſunt officia iuſtitiæ, tum quod conſiderate agere, plus eſt, quàm cogitare prudenter. Bronislaum de his armis Archidiac. Gneſneń. Adminiſtratorem Archiep. habet Cathal.* 1300.

Pſuccij, *à Pſucino in Chelmeń. & Plocenſi Palatinatibus. Plurimum propter virtutem & nobilitatem potuerunt. Hinc hoſpitales, compoſitis moribus, & benigni ac miſericordes.*

Lipſcij, *in Belzenſi Palat. ſed quia aliorum armorum ſunt alij ibidem Lipſcij, hos denominarunt Gaſkowie: Suentoslaus Vicecap. & Iudex cauſarum Belzenſis. Magnus in litteris, maximus in iudicio, memoriæ igitur mandandum quod homo eſt cui deeſt peccunia, homo non eſt, cui deeſt eruditio. Andreas Lipſki Epiſ: Crac. & Dux Seueriæ Magnus Cancel. Regni in iure peritiſſimus, vt opera teſtantur, in conſilio ſalutaris, in bonis patriæ feruentiſſimus, vt de illo aureis litteris ſcribendum ſit* illud Cic: 1. de Orat. *Nil tam regium & liberale, tamq́ munificum; quàm opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, homines. Extat in Cathedr: Eccleſia Crac. tale Epitaphium, in Capella eiuſdem fundationis.*

D. O. M.

ANDREAS à Lipe Lipſki, per virtutem, merita, doctrinam, ex minoribus Sacerdotijs ad Epiſcopatum Luceorien. ex Procancellariatu Re-

riatu Regni, ad ſupremum Cancellariatum: ex his ad Cathedram Vladiſlauien. Inde ad Cracouien: ab hac demum & à mortalibus, immortalis ſui dimidio ad cælum Mortali immortalitatem præſtolaturus ad tumulum tranſlatus.

Hîc Quieſcit.

Superſtite fama, per ea, quæ ſuperſtes ipſe pro Eccleſia, Principe, Republica, Dixit, Fecit, Scripſit.

Obijt Varſauiæ die X. Septemb: Anno M. DC. XXXI.

Ætatis 59.

In Conuentu verò S. Franciſci Fratrum Minorum Conuentualium inter Epiſcopos Cracouienſes tale executores Elogium poſuerunt.

Andreæ à Lipe Lipſki gente Grabie Epiſcop: Crac. Effigiem quiſquis in hac tabula oculis vſurpas, mentem potiùs ad ea quæ latent electè præſtans. Hunc vigor animi, pietas ſolida, multa eruditio, iudicium ſerium, manu duxerunt ad ampliſsimas in hoc regno functiones, Secretis Regijs primo admotus, & ex Vice Cancellario Cancellarius Regni renunciatus, tribus nobiliſs. Cathedr: Eccleſiis Luceorien. Vladiſlauien. Crac. ſumma cum laude præfuit. Vir in promerendo cultu diuino acer, in iure dicendo perſpicax, conſilio calamoque promptus, vbique par ſibi, contumax aduerſum ſpes aut metus: Porro in ipſo exordio inniti Epiſcop. Crac: fatorum inuidia mortalitatis admonitus, non tam obijt, quàm cupidus ad immortalitatem migrauit. Templa, libri, geſta, conſumatæ virtutis ipſius & eruditionis teſtimonium ſiue exemplum tranſmittent ad poſteritatem, cuius cenſura quò remotior eò gratior, manibus hoc pium à te lector ſuffragium implorat. Faue & apprecare. Hic oppidum Chocz emit, in quo Eccleſiam Collegiatam à fundamentis erexit, certoque numero Prælatorum, Canonicorum, Profeſſorum Almæ Academiæ Crac: adornauit & liberaliter dotauit, Præpoſitum Nepotem ſuum Suentoſlaum Lipſki conſtituit, & familiæ Raſtrorum reliquit, vtinam ad maiorem gloriam Dei, vtilitatem Eccleſiæ, & Regni emolumentum, diu viuat. *Adamus frater germanus Capit. Tarnogorień. Vexillifer Terræ Betzenſis, Vir variis bellicis expeditionibus clarus, & multis Senatoribus charus. Procopius Lipſki Surrogator Poſnanień. & Notarius Caſtri Calliſień. aliquoties Tribunalitius Iudex Vir omni doctrina, pietate præditus: Frater eius Petrus Lipſki Dapifer Calliſień. ingenio viuaci, maiorum ſuorum factis & geſtis intentus reſpondere conabitur: Filius eius Matthias optimæ ſpei adoleſcens, quem eximia virtus, honeſta fama, vltrò comitabitur.*

Skaſowſcij, *Sig. Auguſto Regi optimè meriti, quibus & magnas dignitates cum poſſeſſionibus in Samogitia conceſſit.* Dicebat quidam: *Non mi-*

Digitized by Google

Non magnæ artis eſt hominem eò propellere, quo ſuapte natura eſt pronus, ſed eò tendere quo virtus nobilis & nobilitas commonſtrant, ſummæ artis eſt.

Gośćiminſcij, *in Ciechanouień. diſtrictu, qui nobilitatem colluſtrarunt factis. Nam ſicut animus natura multò præſtantior eſt corpore, ita ornaměta ingenij, longè pulchriora ſunt externæ nobilitatis inſignibus.*

Arciechowſcij, *in Podlaſia & Maſouia virtutem actibus exprimunt, nam virtus libris expreſſa, quodam modò picta virtus eſt.*

Swierkowſcij, *in diſtrictu Zakrocineń. peruetuſta familia & latè propagata. Neq; egent commendatione, nam apud probos in bona cauſa ſuperuacanea eſt commendatio, quum ipſa res impetret quod precibus exoratur.*

Wilienſcij, *in Podlaſia. Andreas Notar. Caſtreń. in Branſk. Fabianus Aulicus Archiep. Gneſneń. & poſtmodum Regius, probarunt quod nil ſcientia pulchrius, nil virtute amabilius.*

Iálbrzik *ſiue hoc eſt pronomen Wiſienſciorum, ſiue nobilis familiæ nota. Vnum illis obſeruandum venit, nempè: Quod non verè ſunt probi, qui improbos non deteſtantur.*

Dobrogowſcij, *in Palat. Belzenſi retulerunt, & cum hoſte palmam, & domi lauream, & multò pulchrius eſt ac difficilius regnum rectis legibus ſanctisq́; moribus exornare, quàm armis regnum regno addere.*

Czarnowſcij, *in Varſauień. diſtr. Vt Regem naſci nil magni eſt, at regno dignum ſe præſtare, maximum eſt: ita nobilem naſci non magnum eſt, ſed viuere & operari quæ nobilem decent, maximum eſt, fecerunt quod virtus & alta progenies exquirebat.*

Ialbrzykowſcij *in diſtrictu Zebrouień. In caſtris viuere; & in prælio mori elegerunt. Nec turpiter occumbit, qui pro Patria pugnans moritur.*

Kroczewſcij, *in Zakrocineń. diſtrictu. Plurimi ex illis in Moſchouia & ad Sokolum ſtrenuè militando occubuerunt. In Curia Sigiſm. Aug. Regis præfectus culinæ, & ſuus germanus Canon. Præmislień. fuit. Eſt nullum imperium ſpecioſius quàm ſi animo ſuo imperet.*

Miſkowſcij, *ex diſtrictu Cameneceń. in Maſouia. Graue documentum vniuerſis: Imperia virtute parantur, auaritia, luxuria, & deliciis pereunt: ita & nobiles familiæ, Miſkowſcij virtuti vota vouerunt.*

Sczypierſcij, *in Zakrocinenſi diſtrictu. Nobilis, vt à domeſticis deliciis ad nobilitatem non accerſitur, ita per omnem vitam in Reipub: negotiis verſari debet.*

Swiezewſcij, *in Maſouiæ Palat. ſatis ampla familia, & virtuoſis actibus dedita.*

Digitized by Google

GRABIE SECVNDO.



DELINEATIO.

RAſtra tria pomo infixa, in tres partes diſpoſita, cum dentibus ſeptem, coloris albi, campum habent flauum, ſuper galeam quinq; pennæ Strutionis.

ORIGO.

ORiginem diſtinctam apud Authores accipio. Aliqui enim allata ex Bohæmia fuiſſe dicunt, habent verò additionem ſeù mutationem gladiorum in raſtra, & montium in pomum, fortè quod hoſtem circumuentum, vndecunque diſcerpſiſſent. Alij additionem & mutationem factam fuiſſe ob quoddam delictum referunt: Vndè deſcendenti à linea Herburthorum qui gladijs pomo infixis inſigniebantur Commutata fuêre.

NOBILITATIS MEDICINA.

TRitum axioma Philoſophorum. Tempus omnibus medicina: Vndè *Euripid. in Alexand.*

Caſus veteres non deplorandi ſcilicet nouis lachrymis
Tempus te ſanabit quod communis eſt medicus
Medicus omnium neceſſariorum malorum.

Et Phileta

Digitized by Google

Et Phileta:

Ille miſeras curas expectorat.

Equidem nobilitati vitiatæ nec medicina tempus eſt. Vndè *Euripid. in Hippol.* Improbos homines tempus redarguit, dum veluti ſpeculum illis proponit, vt ſibi virgo puella ſolet. At nobilitati vitio adumbratæ, ipſum tempus medicina erit. Quapropter Apollonius ad Numenium: non oportet ea defl ere quibus priuati ſumus ſed meminiſſe. Ne ſi tibi genus dedecori eſt,tu quoque fias generi. Verùm quidquid ſit de medicina temporis, virtus ſola eſt quæ vitio medetur, & honeſtum turpi. Quare *Sophocles*, Genus ſui ſpecimen honeſtum præbes,nobilis famæ honeſtatem potiùs quàm reprehenſionem comparabit. *Et Euripides de virtute.* Qui non iuſtus eſt, licet à patre meliore quàm Iupiter ſit genus deducat, ignobilis cenſetur. Vndè lamentabatur *Epicharmus*. Tantùm *inquit*: non ſuffocor cùm nobilitatem aliquis homo nihili & malus nominat, qui moribus ignobilis eſt. Virtute & honeſto Chocimirſcij obuiauerunt. Vndè *Ioannes, Stanislaus, Thomas de Chocimir Chocimirſcij* necti cum Stephano Potocki, & Principe Samuele Koreccio, contra Turcam & Scythas pugnando, licet ætate minores, at viribus fortes læti pro Patria occubuerunt. Alij Chocimirſcij progeniti de Ioanne Iacobus Ioan. & Albertus de quibus in Actis Halic. Ter. particularibus Anno 1579. in Podolia Marte & Minerua clariſsimi Patriæ amantes.

PROSPERITAS SECVRA.

CÆſar Auguſtus ſtellam crinitam quæ mortem Iulio Cæſari dictabat, felicitatis ſuæ ſignum aſſumpſit. Vnde Auguſtus Cæſar acclamatus inSymbolū,crinitam ſtellam habuit,&Senatus ſtatuæ illius ſtellā crinitam in fronte addidit. Quicquid ſit de origine ſtematis veſtri,ô Chocimirſcij,at proſperitatis ſecuræ vobis ſignà erunt. Vetuſtas Deum vniuerſi *Pan* nominabat, quem cum calamo exprimebat, ori illius fiſtulam ſeptem calamis compactam, propter totidem concentum, apponebant. Obfuitnè vniuerſorum Deo dicta fiſtula? non. Sed proſperitatem illius ſecuram exprimebat. Quid obeſt & vobis, quod raſtra tria pomo infixa ſtemmata extollitis? non. Imò hæc proſperitas veſtra eſt, coadunatos in glebam hoſtes, gladio vt raſtris diſſipare, virgulta non proficua raſt ris à floribus retrudere, fertilem pacis copiam & tranquilitatem patriæ, vti præſagire, ita conducere. Teſtis mihi ſit Chocimiria fundata à vobis, & cum Eccleſia Chriſti muro extructa in Pocutia, vbi toties cum Chamo ipſo, ne dum ipſius Murzys depugnaſtis, & fugientibus ſubdi-

Stella crinita aliis felicitatis aliis infelicitatis ſignum

bus ſubditis cæterorum nobilium, refugium & tutellares facti eſtis. Teſtes ſint florentes ab antiquo familiæ veſtræ proceres, qui ornamenta Podoliæ ipſumq; decor eſſe, cæcucientibus liquidè monſtrat.

Tutiſſima generis laus eſt.

LINEA FAMILIÆ RASTRORVM TRIPLICATORVM.

CHocimirſcij *Adalbertus in Poc. Capit. Lubeceń. Magnus in exercitu Vir in Moſchouiam Pruſſiam & contra Scythas. Ioannes in Podolia, qui ex Szarawſka ſuſceperat filios in re militari claros, & ſtrenuos Iacobum, Ioannem, Albertum. A quo Alberto erat nobilis poſteritas Adrianus, Ioan. Stanislaus, Thomas, continui in caſtris, vnde vltimi cum Duce Correccio ſtrenue dimicando in Valachia in bello ceciderunt. primus verò dum ex captiuitate redijt, ex Heduigi Smiotanczanka reliquit filium Stanislaum, Ioannes Alberti frater ex Iacobo filio milite ſtrenuo in Moſchouia ac vices gerēte Zolkieuij habet optimæ ſpei cum Kalinowſka poſteritatem. Adrianus verò dum Reipub. ac claræ ſuæ familiæ in caſtris & belli operam nauat Rothmag. S.R.M. multorum dierum & famæ perennis vir obijt. Horum inſignia geſta habet Epitaphium in Eccleſia Franciſcanorum Camenecie in Podolia.*

GRIPHA ſeù SWOBODA,



DELINEATIO.

Gryph quale animal. EST animal caput habens Aquilæ, & alas, ſed magnitudinis amplæ, partem verò habet inferiorem ſpeciem Leonis exprimens,

Digitized by Google

mens, Vnde pedibus erit quatuor, leoninis ſuſtentatur, Aquilinis erigitur, à terra verſus cælum, quos etiam pedes rectos habet aureos. Eſt autem coloris albi in campo rubeo.

ORIGO.

ORiginem arma hæc primam, ab Ægiptijs habent qui primitus Apollini Griffa conſecrarunt, propter quod Griffini nuncupati erant. *Ita Paproc. in Nido*: Addit, ex his fortè in Sarmatiæ partes venerunt. Verùm in ſtemmatibus rem veriorem expreſsit. Ortum in Regno ex Serbiæ vel Daciæ ſuperioris regionibus habent. Iaxa enim Popieli germanus, ex Principe Pol. Leſcone III. ſorte diuiſionis acceperat Serbiam, *vt Miechouius lib.* 1. *Crom*: *lib.* 2. Ex quo hæc poſteritas in Regno Pol. Griſſorum remanſit, vt in familiæ linea patebit.

OPVS ALTVM.

VIſum præſtantiorem alijs ſenſibus dixit Ariſtoteles, quia multarum nobis rerum differentias demonſtrat, quàm alij ſenſus: Etiam multarum differentiarum Gryphæ. THarſus Ciliciæ Princeps in Aſia minori, & Tyran Tyri, & Traciæ Princeps pro ſtemmatibus habebant Grypha, ſed cum cauda draconis. Magnis CHodkieuicijs in Lithuania Imperator Romanorum Grypha contulit Comitatum conferendo, vt ante dixi, at vibranti gladio cominatur. Ad inſignia præſentia dum oculos flecto, Grypha itidem at differens habeo nempe pedibus anterioribus aurum deferentem, ſeu cùm deauratis pedibus. Summa differentia. Non tamen præſtantiorem alterum altero ob differentiam dicere audeo. Nam nec tantorum Principum, Heroum, Comitum amplitudo & dignitas admittit, nec ſubſcribere ipſis aliud, quàm opus altum perſuadet, Hinc de Chodkieuiciorum Grypha quidam vere reliquit.

Viſus nobilior ſenſus.

Gryph differentia cum cauda Draconis.

Grypha cum gladio.

Grypha cum deauratis pedibus.

Chodkieuiciorum Gryphus

Gryphus quem contra beſtia nulla poteſt.
Fati ferrum dextra protendens ſic ait enſem
Pro Liuo mori cerne paratus ego.
Iam tollat fortes licet Anglia laude Leones
Roma potens Aquilas clarificetq; ſuas.
Miſtus vtriſq;, feroxq;, citusq; ſuperbor eſt Gryps
Fauce vorat, rapiens vnguibus, enſe ſecat.

Vrget tamen ſummè perſuadens ratio, vt præſenti Gryphs Opus Altum dedicemus, altamque meritis nobilitatem ſuſpicemur. Quid enim pedes aurati ſunt? depictæ regum coronis, manus. Ex filio enim Leſci tertio Iaxa nuncupati ab annis Chriſti vt Hiſtoriographi referunt

Pedes aurati Grypha quod ſignant.

Digitized by Google

referunt recentis quinque procedunt. Nec alio opere procedunt, quàm pietatis, miſericordiæ, virtutis, propter quod ipſum & nomen Swoboda ſeu libertatis obtinuerunt. Multa namque & innumerabilia bona Regno, Eccleſiæ, pauperibus, elargiti ſunt. Hoc opere dicite quod opus magis altum?

Probum vir.

Probum eſſe, res eſt multis peccuniis vtilior.

Nummi cum Grypho.

Quapropter vt in Galieni nummis ad Gryphos ſubſcriptum fuit, Apollini Conſ. Augusti. Ita his ſubſcribendum, à Polonis conſtituantur Auguſti ob Opus Altum.

VIVA POTESTAS.

Viua poteſtas multorum explicatione exagerata manet. Centurio offerenti ſe Chriſto ad ſanandam filiam per aduentum ſuum dixit: *Dic tantum verbo; & ſanabitur.* Nam & ego habens ſub me milites. Dico huic, vade, & vadit, & alio veni, & venit, fac hoc, & facit. Erinnas Lesbias *vt refert Stob. ſerm:* 7. talem ac tam viuam poteſtatem adſcribit Vrbis Romæ matronis.

Certè enim inter omnes
Tu ſola fortiſſimos viros bellatores
Egregie paris, fæcunda Cereris
Vt comportes fructum à viris.

At de Roma antiqua Nicolaus Barbonius, vt Itinerario Italiæ legitur dixit:

Roma fuit,

Roma fuit; nequeo breuius; te Roma periſſe
Dicere, quid breuius dicere? Roma fuit.

Viuam poteſtatē & Lacedemonien. declararunt, Pyrro exercitum ducente contra illos & multa minante, Dercyllidas vnus ex ſenioribus in concione dixit. Si quidem Deus eſt qui minatur non timeamus, nihil enim iniuſte egimus: ſin homo, norit quod viris minetur. Clara & viua poteſtas, motum animæ cum corpore exprimens. At mihi viuum robur & viua poteſtas vt in ſpeculo relucet in Grypha, vt quid enim Ægiptij varias formas Gryphorum expoſuere. Omnes quidem medium ad ſpeciem volucris, medium ad quadrupedis fingunt, ſed alij medium aquilæ & medium Leonis, alij medium aquilæ ſed auritæ, & alarum magnitudinis excedentis, medium quaſi equi exprimunt. Iungentur Griphes equis *ait Virgil.* Non alio vt video varia forma, niſi vt ex aquila & leone, vti auium & beſtiarum quadrupedium regibus, viuam poteſtatem, ex equo promptam denique colligas. Hinc veteres Grypha Apollineos, Apolliniſque currui ſuccedere, finxerunt ipſum quoque Phæbum Gryphenеum vocitarunt. Eſt ſole clarior viua poteſtas, in familia Gryphorum

Gryph viuæ poteſtatis imago.

nobilitatis

Digitized by Google

nobilitatis Polonæ, nulla enim dignitas, nullus honor, nulla curillis Senatoria qua ornati non fuiſſent. Facta dicunt, non ego Palatinum Podoliæ Magnum Ducem exercitus cogitate Nicolaum Mielecium, Braniccios reuoluite, Leſniowſcios, Dobkouios, Roznouios &c. proponite, & viuum robur poteſtatemque agnoſcite. Iunxerunt Gryphis equos, dum ea quæ videbantur impoſsibilia, protinus ingenio, viribus, effecerunt.

A V R E A V I T A.

REx Syriæ Cleopatræ filius ob ſimilitudinem quandam ad roſtrum Gryphæ Gryphus appellatus fuit. Maiori conuenientia ob ſplendentes auro pedes, Gryphæ veſtræ auream vitam vobis, ex præcordijs totis gratulabor. Si namque obductæ manus pellibus hædinis Iacobi Patriarchæ, benedictionem & vitam aureā obtinuerunt, quid ſi obductæ auro manus veſtræ reperiuntur, non vitam auream vobis ominabor? Mouet ad dicendum Sapientiſsimus Salomon; Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem, fortitudo & decor indumentum (puta illius erit) & videbit in die nouiſsimo, (exiſtima mortis) Illa manus ex vtero matris expoſita, & coccino alligata, an non in ſignum hæreditatis primogenitorum, & in ſignum aureæ vitæ alligata fuit? veſtræ manus alligatæ auro, non vt diuitijs damnati fuerant, ſed vt Elizabethæ Reginæ, vt Iaxæ Fundatoris Eccleſiarum, & Cænobiorum. Naturale enim quaſi vobis eſt, & fuit virtutem auro præponderare.

Gryphus ob naſum appellatus.

Pelles Iacobi Patriarchæ.

Gedeonis. Gryph. encomia.

Cromerus lib. 9. Gryphinam habet Leſci nigri vxorem, Regis Bulgarorum aut Ruſſorum, *vt Dlugoſſus.* filiam. Hæc accuſauerat viri frigiditatem publice, detraxeratque vittam matrimonialem, & cultum virginalem reaſſumpſerat. Sed iſta nomine erat Gryphina. Vos qui è nobilitate eſtis aurea vitta dum vos continentes expectat non petulantem ſed auream vitam inchoate & agite.

Gryphina nomine.

L I N E A F A M I L I Æ G R I F F O- N V M, vel I A X I C I O R V M.

IAxa *Princeps Serbiæ Leſci 3. Pol. Monarchæ filius.* Miechouius lib. 1. Cromerus lib 2. *Anno* 999. vt Paproc. *in Nido virtutum habet Iaxa filius primi* 1040. *Ab hoc & conſequenter aliquot eiuſdem nominis fuerant Iaxa. Vincentium Iaxicium monaſterij Tremeſnenſis habent priuilegia hæredem in Bochnia* & Cromerus lib. 6. *meminit*

Digitized by Google

Iaxicium Wladislai filij Kriwouſty temporibus Anno 1140. & Cathalog. *Anno* 1161. *Iaxicium Principem Poloniæ fundatorem Ordinis Hieroſolimitarum refert in Miechow: & Iaxicium de Miechow, priuilegia Monaſterij Sanctimonialium Ordinis Pramonſtratenſis, Anno* 1181. *in Zwierzyniec iuxta Cracouiã referunt: Parum ducens quod religionem Sepulchri Hieroſol. plantaſſet.* Paproc. in Stem. *Ianika Epiſcop: Wrocław. poſtmodum Archiepiſ. Gneſneń. notabat familiam à Brzeźnice, cuius laudes* Epitaph. *Gneſnæ dicit:*

Hic minuit cenſus, quos nuper adauxerat illi
Præceſſor, ſancta perditione tamen
Multa dedit templis, ſed plus quod ſtruxerat ipſe
Cœnobio, magnæ religionis opus.

Nota. *Brzeznicá à qua notabat familiam cum fratre Clemente Epiſ. Wrocław. poſtmodum ceſſit Monaſterio Ciſtercień. quod illi fundarunt, ex dono ipſorum cum cæteris villis, vbi in memoriam ſempiternam ciuibus Breźnicenſibus impoſuerunt, vt antiquis poſſeſſoribus, corde bobus & vaccis occiſis pro auibus referant, & à tunna halecum, aliquot haleces: Oppidum Breznica quidam Abbatum Andreas, à nomine ſuo Iedrzeiouiam poſt apellauit. Demum Abbates & ius ſuper animalium corda à Wlodkone & Fulcone ſucceſſoribus habere curárunt* 1368. *Gedeon Epiſ. Cracouień. Iaxicius quapropter fundationes fratrum Andrzeiouień. & Miechouień. decimis auxit. Huius tempore S. Floriani oſſa Cracouiam allata, cui & Eccleſiam erexit, fundauit. Kielcenſem quoq; Eccleſiam, Prælatis & Canonicis donauit, & ornauit.* Cromer. lib. 6. *Wachocenſem quoq; Eccleſiam erexit & fundauit, vt priuilegia referunt Anni* 1169. *Stephanum Palat. Crac: excommunicauerat, quod repudiata vxore, alteram duxerit, donec pæniteret, reijceret. Miecislaum Monarcham, cum cæteris nobilibus loco cedere coëgit, & in locum ſuum germanum Caſimirum ſuffecit. De illo Chriſtophorus Kantſki:*

Obſtitit intrepida ſcelerato mente Tyranno,
Qui preſsit miſeris Patria regna modis.
Arguit, increpat, rogitat, nil deníque motum,
Eijcit è patrio te improbe Mieſco ſolo
Magnanimos excelſa decent loca, quiq́ue periclis
Fortiter eripiant regna gregemq́ue ſuis.

Izyron *Comes*, de quo Miechow: lib. 3. *Cuius filius Samborius Capitan. Pomeraniæ. Sed pro titulo Capitaneatus, Principem Pomeraniæ ſe ſubſcribebat Miechow. Fundator Monaſterij Oliwień.* 1178. *Sed cum rebelles facti Boleslao Kriwouſtio, bello coacti, miſericordiam obti-*

Digitized by Google

diam obtinuerunt. Quibus Suatopelcium de armis Griff. præpoſuit, qui cæteris præſtabat, virtute dexteritate, & fide. Magnam iuriſdictionem, etiam in Palatinos Gedaneń. & Suieceń. ne dum in magiſtratus illi conceſſerat, & de reditibus mille pondo argenti. Miechou. lib. 3. Cromer. lib. 5. & 7. *Filia Suatopelcij Salomea Zemislao filio Caſimiri Principi Syradień. & Lęciceń. in matrimonium data fuit, ex qua Leſconem, Præmislaum, Caſimirum, & duas filias Fenuennam quæ Stephani Regis Vngar. erat coniu x, & Conſtantiam Monaſterij Trebniceń. ſuperiorem. Obijt Suatopelcius* vt Miechou. lib. 3. 1268. *relictis filiis Mſcio, Warcislao, Ratyboro & Samboro. Goslaus alias Gietko Epiſ. Ploceń. grauibus & honeſtis moribus plenus*, ait Cathalog. 1223. *Gietko miles ſtrenuus obijt* 1223. de quo Baſco, *quod centum annos vixerit, miraculorum S. Stanislai Epiſ. Cracou. deuotus obſeruator. Ianislaum Archiep. Gneſneń.* 1148. *habet Papr. in Nido virtutum. Clemens de Ruſca Palat. Cracou. Cuius virtus & ſtrenuitas à Boleslao Pudico commendatur in litteris* 1252. *datis. Noſcat præſens ætas & poſtera quod nos & mater noſtra Grimislawa conſiderantes fidelitatem & probitatem noſtri fidelis militis, Comitis Clementis de Ruſcza Palat. Cracou. qui ſua induſtria nos de captiuitate patrui noſtri Ducis Conradi liberauit, & priſtinæ reſtituit libertati, poſtea quando Dux coadunatis ſibi alijs quatuor Principibus terram noſtram intrauit, ille ſicut fidelis miles & ſtrenuus bellator, Duces in campo Suchodol inuaſit, proſtrauit, in fugam conuertit, &c. &c. Idem Cracouiam à Tartaris liberauit* 1260. Cromer. lib. 9. *Marcum Palat. Crac. grauiſſimum Senatorem* Miechou. meminit lib. 3. Cromer. 7. 1225. *Chaderium Palat. Crac. priuil. Iendrzeiou.* 1234. *Theodorum dictum Cedro Palat. Crac.* Cromerus lib. 8. & *alia multa priuilegia monaſteriorum à ſe fundatorum.* vide Paproc. in Stem. *Clementem de Klimontow, Comitem & Caſtell. Crac.* Miechou. lib. 3. *refert fundatorem monaſterij in Staniatki* 1253. *Andream filium Marci Palat. Crac. habet Cathal. Epiſcopum Ploceń.* 1238. *Notabant familiam à Brzeznica ad Bochniam, quàm Conuentui à patruo fundato Staniceń. obtulerat cum Bochnia, & aliis villis plurimis. Sed oppidum Bochnia à Boleslao Pudico per commutationem Regno aſſcripta remanſit.*

Mieleccij *ex his procedunt. Stanislaus Caſtell. Zauichoſtenſis, ex Helizabeth Teczynſka vt ex* Epitaphio 1532. patet, *ſuſcepit. Ioannem Palat. Podol. cuius* Epitaph: *in Mielecz Ioanni à Mielecz Stanislai filij è gente Grypho Palat. Podol. Summo Regni Pol. Marſchalco, Samborień. Grodeceń. Capit. viro clariſſimo, qui ab ineunte*

ætate maximis ijsq; continuis bellis, vel hoſtibus cæſis, vel ipſe vulneribus exceptis, & fortiſſimi militis, & ſtrenui ducis laudem perſepè meruit. Summis demum non raro periculis liberatus, digna ob egregiam fidem & præſtantem virtutem ſuam collatis maximis honoribus præmia obtinuit: poſtea ad bellum Liuonicum ſummo cum imperio magno omnium conſenſu profecturus fæliciter: nec dum armis expeditis, pacem à Rege Liuonibus petere coactis, incolumem exercitum ſuis reſtituit. Cuius Conſtan. in D. O. M. pietas in gubernanda Repub: ſpectata fides, in magiſtratu ſine acerbitate grauitas, erga ſuos par comitati beneuolentia, in omnes æquitas chara, inprimis Deo grata, hominibus immortalem nomini illius laudem apud omnes pararunt. Mortuus 1561. Ætate 60. Nicolaus Mielecki Ioan. filius ex Anna à Daleiow è vetuſta gente Colorum Palat. Podol. filia. Hic ex Helizabeth Radziuilij filia Palat. Wilneń. Ducis in Nieſwież & Olyka reliquit poſteritatem. Magnus vir in conſilio, nam fuit Palat. Podol. Maximus in exercitu, nam in Comitiis Regni Warſauień. Dux magnus exercituum declaratus contra Moſchum, hoſtem è Polociæ ditionibus repreſſit, eiecit, Sokoliam in Moſchouia igni dedit, & decem millia hoſtium proſtrauit. Palatinum Moldauiæ Bochdanum Alexandri filium, fuſa aduerſariorum manu, in ſede collocatum, firmiter conſtituit, defendit. Hiſtoriæ diuerſæ Regni maxima de viro tanto & tali referent; nec aliud dicent, quàm, ſicut vna aquila ſexcentas fugabat aues. Sebaſtianum Caſtell. Cracou. Capit. Cuiauień: Breſteń. Epicedium in Eccleſia Mieleceń: refert. Illuſtris & Mag. viri pietate præſtantiſſimi Domini D. Sebaſtiani à Mielec Mielecki, Caſtellani Cracou. Capit. Cuiau. Breſteń. &c. optimarum partium Senatoris prudentiſſimi & patriæ amantiſſimi, doctorum virorum & bonarum litterarum fautoris, priſcæ & Catholicæ religionis cultoris & propugnatoris. Ex Sophia Koſcielecka Palat. Leciceń. filia reliquit Hieronymum Capit. Breſteń. Rothmagiſtrum Stephani Regis Pol. ſtrenuum. Hic ex Heduigi Kormanicka reliquit ſucceſſorem Valerianum ibidem in Mielec habet Epitaphium *Succamerarium Terræ Sendomirienſis. Cuius filius Ioannes dum multarum gentium vidiſſet mores, ingenio poluit, ac pietati cum iuſtitia deditus fuit. Ex Catharina Prochanſka reliquerat Nicolaum, Ioan. Martinum, Chriſtophorum, & duas filias. Alter vero Valeriani filius Stanislaus Societatem Ieſu iniuit. Andream ſtrenuum militem Anno 1529.* habet Epitaphium *ibidem. Hos quatuor, Ioannē, Sebeſt: Valerianum & Andream filios, Stanislai Mielecki Caſtell. Zauichoſten. exiſtimat fuiſſe* Paproc. in Stemmatibus. *Extant Mieleccij vſq; his temporum ſpatijs, quibus nil in vita amenius, quam caſtra ingredi hoſte irruente.*

Talem

Talem dico N. *Mieleccium vigilantiſſimum in hoſtes Rothmagiſtrum S. R. M. à puberis annis Marti pectus in Pruſſia, Moſchouia, contra Scythas & Coſacos offerentem.*

Honor & ornamentum conciliatur viro, pro Patria & liberis pugnanti aduerſus hoſtes ait Callinus.

Brâniccij *à Branice & Ruſsca ducunt originem à Comite Sulislao Palat. Cracou. cuius filio Comiti Clementi Boleslaus Dux Cracouiæ & Sendomiriæ priuilegium conceſſit, venandi caſtores inter metas patrimoniorum ipſius in Brzegi & vtraq; Branice & Ruſcza Anno* 1253. *Datum in Caſtro Cracou. & aliud priuilegium, vbi villas Branice Stryiow, Wolica, Zenmiubrzek, Sczurow de iure Polonico in ius Teutonicum ad petitionem Wierzbietæ de Branice Caſimirus Rex transfert. Datum in Niepołomice* 1360. *Erat hic Wierzbieta Dapifer Cracou. Capit. Sanocenſis. Gregorium & Hieronymum Braniccios* Epitaphia referunt: *in Eccleſia Ruſieceń. Nicolaus filius Hieronymi, qui reliquit filios claros in toga, clariſſimos in ſago, Stanislaum Aulicum Regis Auguſti, qui ex Trzecieſka quinque filios reliquit, & Gregorium Branicium Venatorem Cracou. Capit. Niepołomień. Hic optimæ ſpei reliquerat ex Kotwiczowna armorum Kotwicz, filios & filias. Ex his filiabus Anna Branicka à Ruſca Lubomirſcio in matrimonium data quæ monaſterium Sāctimonialibus Ordinis S. Dominici vnà cum Eccleſia erexit & ædificauit in Grodek, vt inſcriptio ad ingreſſum Eccleſiæ Cracouiæ habet.*

D. O. M.

Almæ Dei Parenti Cælorumque Reginæ B. V. M. ad Niues intitulatæ Illuſtris & Magnifica D. à Ruſca Anna Lubormirska Comitiſſa de familia Gryphium Caſtell. Woyniceń. Sendomirień. Scepuſień. Dobciceń. Capit. relicta vidua, beneficiorum diuinitus acceptorum ditata ſolatio, è minori caſtro olim iudiciorum domicilio, templum & Cœnobium Dominicanæ Familiæ Virginibus Vladiſl. 4. Regnante perfecit.

Roznowij *à Rozyno, corrupto ſermone Rozen & Roznowij vocati. Sulislaus in Vngariam ob patratum delictum receſſerat, vbi Dux exercituum Aulæ Regiæ fuit. Poſt mortem verò Regis Vngariæ, dum Regina coronam & inſignia Regni in Germaniam per Balaſium Forgacz transportaret, dato prælio, inſignia ademit, & Regi Pol. obtulit. Hac induſtria Regem ſibi benignum effecit, cui & amiſſa bona reſtituit, & quinque villis auxit. Petrus Sulislai filius caſtrum Roznow ædificauit, quod nigro Zawiſſa de armis Sulimâ ſtrenuo militi, data illi in matrimonium filia, cum tribus millibus*

marcarum, in dotem conceſſit. Sed dictum caſtrum poſtmodum Amori Tarnowſki, cum filia Zauiſſa tradidit. Sigiſmundus filius Petri reliquerat Adamum, Andream, Iacobum. Sed Iacobus excelluit Marte, & ingenio. Vnde Rothmag. S. R. M. ſubiudex Crac. demum Iudex Sadeceń. & Bieceń. Reliquit Adamum militiæ delicias, Ianuſio Vngarorum Regi in obſequia primum deditus fuit. Gabrielem Rothmag. Auguſti Regis, & bellicarum machinarum præfectum, Sigiſmundum à cunabulis militiæ deditum, qui cum Præfecto copiarum Moldauiæ Michaele Racz, dum Deſpotum in Principem Valachiæ deduceret, ſingulare duellum deduxit, & præſente Mieleccio exercituum præfecto, dum deduceret Bochdanum in ſedem à Turcis ſtrenuè vexillum magnum eripuit, nec à tribus lanceis vulneratus cecidit, & ſub Manacino cum Scythis Georgio Idzłowieccio ſpectante maxima tentauit. Nec ſub Polocia & Sokol. minora effecit, cum Stephanus Rex duo millia equitum ſibi concrediderit, ac pro benè meritis Capitaneatum Derpſcenſem contulerit. Adamus filius Adami verus ſucceſſor, in fortitudine & ingenio prædeceſſorum fuit. Extant ſucceſſores & his temporibus armis in bello, conſilio in pace, excellentes. Ductores copiarum Alemanorum contra Moſchum Vladiſlao IIII. Regnante, & in Pruſſiam, regnum impetente Guſtauo Sudermano Suecorum denominato Rege. Hinc de Roſinijs dicendum venit:

Extenſo in altum gladio, ſub ſcuto forte pectus fouent.

Latoſzynſcij, *in Pilzneń. diſtrictu. Ducunt originem à Theodoro Cedro Palat. Crac. fundatore monaſterij in Ludmir. Ordinis Ciſtercień.* de quo Cromer. lib. 8. & Cathal. *Latum deductionis familiæ eſt teſtimonium priuilegium Leſconis Ducis Crac. Sendomirień. & Siradień. in Caſtro Crac.* 1287. vbi dicitur: *Attendentes fidelia grataq; ſeruitia, quæ miles Ceder filius Comitis Swantoslai multiformiter nobis exhibuit, ei hæreditatem quæ nuncupatur Latoſsyn iure hæreditario in perpetuum liberè contulimus. Relicto igitur primo Cedrorum cognomine, Latoſsynſcij nuncupati. Kilianus miles S. Sepulchri in Hieruſalem Anno* 1534. *inſtitutus, ordinatus, & benedictus. Adamus egregius militiæ vir. Kilianus ſuus germanus altam dignitatem familiæ, caſtris decorabat. Reliquit ex Stuzenſka prolem. Ioſephus eorum frater laudis ſummè cupidus maxima in bello tentabat, ſuſcepit prolem ex Lyczkowna armorum Sulima. Petrus Latoſsynſki ad Varnam in captiuitatem deductus. Ioſephus Latoſsynſki primo Vicecapit: Cracouień. deinde Pocillator Terræ Crac. ſepultus Crac. apud FF. Prædicatores in Eccleſia. SS. Trinitatis in Capella dicta Ligeziorum. Huius Epitaph. ſic habet:*

D. O. M.

Digitized by Google

D. O. M.

Ioſepho Latoſzynſki de Latoſzin Terræ Cracouienſis Pocillatori. Hic cùm iuuentam ſuam in negotijs Mauortijs exegiſſet, honoribus deinde Reipub. maximè perfunctus eſt, vt potè qui Tribunaliorum Marſchalcus, & in Comitijs Regni Nuncius terreſtris aliquoties fuerit. Deinde Vicecapitaneus Cracouienſis per 8. annos, pacis publicæ acerrimus vindex extiterit, Vir Catholicæ ſidei obſeruantiſſimus, Diuiniquе honoris zelator maximus. Moritur Latoſinij Anno Dñi. 1611. Decemb. 18. ſepeliturque in hoc Sacello quod viuus ſibi elegit.

Extant Latoſſynſcij, qui ſpeculantes gloriam anteceſſorum, id exprimunt factis, vt haud vnquam eorum bona gloria, aut nomen intereat.

Prochanſcij, *ab eodem Cedro deſcendiſſe litteræ variæ demonſtrant, præcipuè diuiſiuæ bonorum: Martinus reliquerat Martianum in Polonia, cuius coniunx Caſtellani Polanecen. filia Zakliczanka fuerat armorum Aſcia. Ioannem militiæ celebriter deditum, ſciat relicta poſteritas quod in arduis rebus creſcat hominum gloria.*

Zaporſcij, *earundem limitum & eiuſdem lineæ cum Prochanſciis.*

Oſſowſcij, *poſteritas deſcendens à Clemente Palat. Crac. fundatore Iendrzeiouień. monaſterij. Paulus Iudex terrarum Sendomiriæ, reliquit filios, Stanislaum Referendarium, nominatum Epiſc. Chelmenſem, Ioannem Vicecap. & Iudicem cauſarum officij Nouæciuitatis, ex Koniecpolſka Capit. Vielunen. filia reliquit prolem. Curabant totis viribus Sophoclis conſilium ſeruare; Nunquam inimicum patriæ in amicitiam recipere, hoc ſciens quod patria eſt quæ nos ſeruat, & in illa fortunatè degimus.*

Sczepanowſcij, *in Palat. Crac. Matthias qui Sacramento Matrimonij filiam Palat. Sendomir. Szafranice acceperat in coniugem, ex qua reliquit prolem Reipub. & patriæ proficuam, & decoram.*

Nihil eſt tam honorificum liberis
Quam honeſto & bono Patre natos eſſe:
At ſi quis amore victus.
Obſcuram affinitatem contraxerit, illum non laudo,
Vt qui voluptatis gratiâ proli ſuæ dedecus relinquat.

Leſniowſcij *Dignitati magis quàm pecunijs ſtudent. Hinc plurimi in parlamento tribunalitio iuſtitiæ præſides, in campo Bellonæ fortunatiſſimi victores. Hinc Capitanei Rodelſcenſes &c. Hinc Euripidis adnotare dogma licebit.*

Vbi fundamentum generis iactum fuerit
Rectè, neceſſum eſt prolem felicem fieri.

Bykowſcij, *Stanislaus Palat. Syradień. Eccleſiæ, Reipub. pauperibus & inopibus*

& inopibus benè meritus, Eius filius Ioan. Aulicus S. R. M. Sieradień: Varthenſis Capit. ingenio ſolers, conſilio, moribus, grauis. Ex Grudźinſka Palat. Rauenſis filia, reliquit optimè indolis prolem.

Pobiedzynſcij, *Horum animus iuſtus ac bonus, vnde antiquæ familiæ ornamenta, recentioribus reintegrant exemplis & factis.*

Troieccij *in Præmislień. diſtrictu, qui non tam priuatum, quàm publicum commodum adamárunt. Andreas ac deſcendentes ab illo experimentum fiant.*

Zamiechowſcij, *in Præmislień. Horum familia, cum alta Proſapia Golſciorum, Lanczkoronſciorum, Tyſkieuiciorum, Potocciorum, iuncta remanet.*

Wiktorowſcij *in Sieradienſi Terra, ob æquitatem ac intellectus lumen omnibus dilecti: Benedictus Iudex terræ Sieradień: eius filius Benedictus Caſtellanus Konarień.*

Dij boni quam vera eſt vetus hæc ſententia,

Ex malo patre, probum filium naſci non poſſe ſed ex probo, probum. *Eurip:*

Dębiccij *à Dębicá, propè Tarnow. Hanc ſexus fœmineus in exteras familias deduxit. Erant dominis ſuis maximè fideles, & proficui Reipubl. ſi aliqui extant, tam rectò tramite prædeceſſorum perenni gloriæ conſulant.*

Orwinowſcij *in Cracou. Sendomirień. Lublineń. Palatinatibus, antiquitate familiæ clari ſubleuant gloriam domus, ingenij ſagacitate, conſiliorum rectitudine, iudiciorum dexteritate, exterarum nationum peregrinatione, linguarum, Turcicæ, Moldauicæ, promptitudine. Mirandum tamen venit, quod nec Iouis ad hæc & tanta media, illis Herculeam clauam porrigit, nec Iuno virentem lauream. Sed ordinatione Dei perſeuerant cuncta.* Optimè Diphilus:

Fortuna nobis, tanquam Cyathos exiccantibus, ſi vnum bonum infundat, tria mala effundit. Exercenda igitur virtus, & bona fortuna diuinitus petenda.

Gládyſzowie *de Brzeſcie, in diſtrictu Biecenſi; Ioannes Gladyſz fecit commutationem hæreditatis, cùm Caſimiro Rege pro ſale in Bochnenſi Salinario, & certa peccunia cum panno &c. vt patet ex inſcriptione in Sadecz feria tertia proxima poſt reminiſcere, Anno* 1468.

Dobkowij, *Domus peruetuſta antiquitate celebris, & virtutum ſplendore in Repub. clara. Anno* 1427. *priuilegia clari montis Senatores nominant, Caſtellanum Woynicen. Et Anno* 1583. *Iudicem terrarum Podoliæ iuſtiſſimum,* Papr. meminit. *Honeſtum enim genus, nullo ſermone poteſt contaminari, & animo reuoluens patris nobilitatem, ſuis moribus proficit.*

Turſcij,

Turſcij, *in Sendomir. Palat. Vitæ militaris amatores decentiſſimi. Vigebit memoria.*

Vniuerſus enim populus virum fortem deſiderat, Et viuentem inſtar ſemidei colit. Nam intuentur ipſum coram veluti turrim, Quippe ſolus multorum æquat facinora. *Callin. in Stob.*

Chamieccij, *ibidem & in Lublineń. Palat. Ordinatiſſimi domi, prudentiſſimi extra, bellicoſiſſimi in caſtris, cum magnis ducibus exercituum Mieleccio, Zamoyſcio, Chodkieuicio, in Moſchouia, Pruſſia, Liuonia, Filandia præſens & ſtrenuus miles & Rothmag. Demum Chodkieuiciis ad Chotiniam Præfectus curiæ diſertiſſimus, ſapientiſſimus. Non equidem illum ſapientem iudico, cuius oratio ſapiens videtur, neq; illum cuius lingua volubilis eſt, mens autem inconſtans & imperita: ſed qui dum pauca de virtute verba facit, multa interim re ipſa & opere declarat, & verbis ſuis autoritatem vitæ honeſtate conciliat.* S. Gregor: Theol. *Remanſit ex fratre ſuo poſteritas.*

Kiienſcij, *in Crac. Palat. ſtudium fælicitatis humanæ amplectuntur. Sed ex duobus fælicitas humana conficitur, & virtute, & fortuna, ſed virtutem habent homines propter diuinitatis commercium: fortunæ verò proſperitatem, mortali ratione.* Ita Hippodamus in lib. de fælicit.

Konarſcij, *in Sendomir. Palat. Nobili curanda fama, addo, curanda & conſcientia.* Vnde Iamblichius ad Sopatrum de virtute Platonis. *Fælix eſt, qui Deo quatenus poteſt ſimilis fuerit, perfectus, ſimplex, purus & ſeparatus ab humana vita.*

Staniſławſcij, *in Sendomir: Terra. Optimi ingenio, excellentes ratione, quod perennitatis inſigne eſt documentum. Ratio enim veluti organum eſt, cuius effectus eſt virtus, excellentia autem fælicitas.* Dicebat Hippodamus.

Czepielowſcij, *in Pilzneń. diſtrictu. Matthias Cziepielowſki in Pocutia, ſtrenuus & indeffeſſus miles, qui dum Campeſtris Ducis exercituum filium Potoccij ad Cumieyki contra Coſacos in vrgenti pugna inuadentem hoſtes aduertit & cuſtodit, è bombarda per cerebrum transfixus obijt. Sepultus in Eccleſia Ordinis Prædicatorum Nizinenſi.*

Bobowſcij, *in Palat: Crac. Alios habet Palatinatus Ruſſiæ circa Leopolim. ſed ſi horum vel diuerſorum armorum non optimè noui. Vnum de illis profero, quod ſtrenui in campis contra hoſtem Regni & Patriæ; quapropter Rothmag. S. R. M. vſque ad ſenium. Remanſit poſteritas optimæ ſpei in bonis paternis.*

Vtinam fortunati ſitis dijsque chari immortalibus.

Chyccij, *in Palat: Sendomir. Sebaſtianus Iudex Nouæ ciuitatis Korczyn.*

czyn 1557. *Cuius filius Stanislaus armis gloriam ad aſtra leuabat. Nil enim ineſt gloriæ, nec generoſitatis, niſi quid audeant cum periculo aggredi* dicebat Eurip:

Oſtrowſcij, *in Lubliń: Palat. in Syradień: Terra, & in Podolia, ac Lithuania. Enumerare ſingulos nec poſſibile, plurimi namq; in caſtris, in comitiis, ac inquocunque honeſto, actu reperiuntur, & vnicum hoc curant, ne ſuo generi dedecori fiant. Stanislaus in Præmislień: Cap: Kapinoſeń. ex Chodorowſka reliquit optimæ ſpei filios & filias.*

Studzienſcij, *ad Gneſnam, vt loco honeſto nati, ita & benè educati, agunt vitam gratiſſimam.*

Vieyſcij, *in Poznań: Palat. Honeſtum ſpecimen generis ſui præbent.*

Wilkowſcij *ibidem: diuitias, voluptatem, & vitam contemnunt, ipſa virtute & gloria contenti.*

Rádlinſcij, *Fælix qui ſimul opes ac mentem habet.*

Máleſzowſcij, *Stanislaum Epitaph. in Eccleſia SS. Trinitatis Crac. habet. Nobili loco natus, quem Turcus, Tartarus, Valachus, Prutenus, gladio vincere nequiuit, illum rabies peſtifera miſerè rapuit* 1555.

Krzißewſki, *à Sigiſmundo I. Pol. Rege nobilitatus, à Mielcccio Ioan. Caſtel: Wislicen. Capit. Chmielnicen. ad Arma receptus. Reliquit filium Stanislaum.*

GRYZIMA.

GRYZIMA.



DELINEATIO.

SVnt vulpes tres, coloris albi quaſi vna tendentes, in campo rubeo, ſuper galeam ſunt tres pennæ ſtrutionis. *Vulpes tres.*

ORIGO.

VVlpes tres alij lupum vocant. Ex Germaniæ partibus in Regnum Poloniæ illata. Patet ex ſigno bellico quod Cruciferi contra Regem̃ Poloniæ erexerant: vbi conſpicitur vulpis gentis Zwicerorum, & in bello Griualdiano tres vulpes conſpicuè in vexillis Martialibus conſpiciebantur.

VIS CONSILII.

INgenioſus ille & Græcis memorabilis Pindarus inter monumẽta litterarum, & iſtud legendum porrexit, leonibus vaſtum rugientibus, audacia animum miniſtrat ad inuadendum, conſilium vero vulpes. Equidem leo palæſtram vulpis non frequentat, ſed quam habet in deludendis canibus facilitatem, promptitudinem, & *Leo & vulpes Leoni audaciam & conſiliũ quid miniſtrat.*

verſutiam, vulpes eandem imitatur, leo inuadendo, ad vim conſilij fortis quadrat illud Liſandri dictum, *vt habet Plutar.* Leonis ſpolio vulpeculæ pellis aſſuenda, ſenſus quidem illius & intentio erat. Vbi vires ſufficere non poſſunt, aſtus & dolus adijciendus. Quis enim in hoſte dolus an virtus, requirat? verum præclarius res interpretetur, ſagax conſilium viſque tota conſilij, in promptu, fortitudine regnante & recedente, conſtituatur; *Prouerbium ex Plauto.* Tam facile vinces, quam vulpes pyrum comeſt. Quibus defuit, & quibus adfuit tale conſilium, quæ iactura, & quod commodum, audi, Anno 1563. Ioan. Waſilewicz Moſchorum Dominus, dum ingenti exercitu Pollociam obſidebat, Dowoyna Palat. Polocen. conſilium at non vulpinum arripuit, nempe igne conſumere ciuitatem, & in ipſa arce propugnacula habere, ac totam gentem (quorum erat ad viginti millia) arce priuare. Fecit, & in manum hoſti fecit. Vnde aliud conſilium coactus cum Wladica Chlebowicio, Nemiricio, & alijs. *vt Stricon. lib.* 25. *Cap.* 1. habet, arripit. Deditionem ſui milites Poloni cum Wierſchlinſcio, & alij cum ſuis tribus Rothmagiſtris leporinum conſilium, vt cognouerunt, famam vitæ periculo tueri ſtatuerunt. Occupata igitur porta arcis, ita animoſe pugnarunt, vt Moſchus per Boiaros cum illis tractauerit, quibus cum vires hoſtis frangere impoſsibile eſſet, accepta ſecuritate vitæ & bonorum, portam aperuerunt. Quos hoſtis vt vidit, donis maximis cumulatos, ſaluos cum ſuo exercitu dimiſit, deditos vero cum Palatino, vt Iudeos in Babiloniam, ita ille in Moſchouiam deduxit: Igitur

Leonis ſpolio vulpecula pellem aſſuite.

Leonis ſpolio pellis vulpeculæ aſſuenda. — *Victoria facilis.* — *Polocia obſeſſa.* — *Wierſchlinius Polociam tuetur.*

HOSTIVM VICTORES.

Vulpis aſtutiam ſignat.

NOn ſine ratione Prouerbio celebratur illud Per Sat: 5.

Aſtutam rapido ſerues ſub pectore vulpem.

Accipe Plutarchi in moralibus declarationem, Pardus contemnebat vulpem, cui illa, Audi. varietatem quam habes in tergo, ego in animo gero: hoſtis Herinaceus, illi ob vuarum eſum occurrenti, vulpi os, pedesque comprimit, & ſe in globum format, illa in armatum ſpinis lotium emittit, vnde ex contractione ſpiritus ſuffocatur. *Ælianus lib.* 6. *Cap.* 54. Hoſtes veſpæ illi, nam auida eſt illorum pro ſui alimento, immiſſa cauda habitaculum veſparum concutit, quam refertam veſpis, illidit arbori, perimit & vorat: *Olaus lib.* 8. *Cap.* 31. Stat immenſum viribus aucta ſuis, ſed vt hoſtium victores ſitis, tres vulpes vobis Sciluri fortitudinem commendant. Manete vniti & ad inuicem, nam virtus vnita fortior, aut tres vulpes docent vos triplicis differentiæ vulpes eſſe. Sunt enim nigræ & prægrandes

Vulpes differentia triplicis.

vt M. Polus

vt M. Polus. ait: apud Tartaros Hyperboreos, & apud Iapones, vt Crant. in Nouergia. Sunt & omnino albæ, *Habet Olaus 17. in Præfatione.* Et in Lithuania vidi albas apud Illuſtriſsimum D. Chodkiewicz Caſtel: Vilneñ. Sunt rufæ crucis effigiem in dorſo ferentes. Ex iſtis autem colore diſtinctis, ſcitote ad victoriam tria concurrere, conſcientia pura, & hoc candidæ vulpes aſſerunt, extirpatio vitiorum, & hæc atræ vulpes denotant. Nominis & crucis Chriſti celebritas, & hoc innuunt rufæ vulpes, crucem in dorſo ferentes.

SVMMI REGVM SECRETARII.

CVM omnis creatura Dei ſit ſapientiæ illius exemplar, & conſequenter homini intellectuali liber quidam, dum Deus Syluestrem feram, vel vulpem, cicurem & domeſticam facit, vt *Vulpes domeſtica.* domos hominum ceu catulli latrantes ſponte ſubeat, & hominibus toto corpore ceu canis aut catus applaudat, ſicut de Caſpiarum regionibus, *Ælian. lib. de Animal. 17. Cap. 17. refert:* Dic quàm inde homo doctrinam habebit. Ego inde ſummos Secretarios poſſe colligi non dubito, dic amabo Sãſonis vulpes cum facibus alligatis; an non *Vulpes Secretariæ Summi Regis.* Secretariæ ſummi Regis Dei fuerant? ſed aliud & admirandum ex Surio qui in Menſe Septemb. ad SS. Cathalogum refert. Sanctimonialis Cœnobij Vimbruneñ. claues ab Oratorio, tum & ſacrario, & alijs argenteas & partim aureas amiſerat, afflicta ad orationem confugit, & die altera vulpes claues attulit, & reddidit. *Vulpes claues offert moniali* Merito vobis, ô Grzyzimij, Secreta Regum committuntur, ſed aduertite obſecro, ne quando vobis infelix conſpiratio noceat, quàm ita Cæſar Rypa in Iconologia deſcripſit. Conueniunt duæ fæminæ loricatæ & armatæ, vna manu ſeſe amplectuntur, altera tenent haſtas, ſupra quam, apud vnam eſt cornicula, apud alteram Ardeola, vtraque autem pedibus calcat *Vulpecula conculcatur.* miſeram vulpeculam. De his volucribus duabus, *dicit Ariſt. lib 9. Anim. Cap. 1.* Amici cornix & Ardeola. *Et Plin. lib 10. Cap. 72.* Cornix & Ardeola contra vulpium genus communibus inimicitijs, quid non molitur conſpiratio & fœdus iniquum? Vnde ſicut medicos ægrotis, ita amicos infortunatis, conſulere oportet. Conſulo, Regum Secretarij eſtote, at inprimis Regis Regum, Nam ſi Deus nobiſcum, quis contra nos? Tale medium S. Elizabethæ quædam imago Crucifixi oranti dedit, cum dixit: *Ego tecum*, & illa: *Tu mecum, & Ego tecum.* Si tamen ſors non perſeuerauerit, illud Politicum ſcitote, Sapientes ſua celant mala. Nam & vulpes quandoque mortuam ſe fingit. *Vulpes fingit ſe mortuam.*

Digitized by Google

LINEA FAMILIÆ GRYZIMA.

IN *Germania magnæ familiæ vtuntur armis vulpium. Vnde in bello fortunatiſſimo cum Cruciferis in die Diuiſionis Apoſtolorum commiſſo,* Dlugoſſus *enumerat vexillum decimum coloris albi cum vulpe rubea, & vigeſimum ſeptimum coloris rubei, cum vulpe alba.*

Dulſcij, *in Dobrzyneń. Terra, vtuntur vulpecula vnica.*

Goſtinſcij *vtuntur tribus vulpibus vt arma exprimunt.* Hos Paproc. *notauit in Maiori Polonia Regi fideles, & Reipublicæ optimæ meritos, quapropter ab omnibus honorati, & digno amore proſecuti ſunt.* O quam pulchre Epictetus: *Quemadmodum ſol non expectat preces & incantationes vt exoriatur, ſed illico fulget, & ſalutatur ab omnibus: ita neq; tu expectaueris plauſus, ſtrepitus & laudes, vt benefacias ſed ſponte confer beneficia (amicis & patriæ) & æquè vt ſol amaberis.*

Stárzynſcij, *in Vieluneń: Terra. Virilem ætatem caſtris deditam ſpecioſè adornauit. Reliquit filios tres; at vnus vota ſua cum humili ſubiectione Deo in Ordine Sacro, Pauli Primi Eremitæ, alter in Ordine Ciſtercienſium, reddiderunt. Vtitur vna vulpecula.*

GROTI.



DELINEATIO.

TRina haſtarum ferra coloris Gryzei, in campo flauo in lineam rectam ſpiculis ſurſum diſpoſita.

ORIGO.

Digitized by Google

O R I G O.

MAxima proportio eſt inter tyaras vel mitras, & haſtarum militarium ferramenta, illæ enim demonſtrant viros ſpirituales, hæ militares. Pruthenico in bello cum cruciferis, ſit clarum documentum. Vbi contra Regem Poloniæ & Regnum referente *Dlugoſſio* vexillum Epiſc. Sambieñ: cum hoſtium manu Omagialium cum Comite Henrico de Kamiencz, album miſerat, ſuper quod tres mitræ nigræ exaratæ, ſignum apparens viri ſpiritualis fuiſſe vexillum, ex mitris ita ex haſtarum cuſpidinibus iure merito viri bellatoris animum inueſtigamus. Vaticinamur igitur ex haſtarum fero virum cui conceſſa, fortem pectore & animo.

S V M M V S H O N O R.

In arduis gloria.

HAbet *Euripides*: In arduis rebus creſcit hominum gloria. Rem arduam trina haſtarum ferra nil dubito, quocirca ſummum honorem ſummamque gloriam ſcribere, calamo non parco his qui fortia in bello geſſerunt, in ſummum honorem haſtas puras Imperatores conferebant. *Vnde Plinius*: Sicinium dentatum haſtis puris duo de viginti donatum fuiſſe refert: Vide quis honor ſed noſti quid ſint haſtæ puræ; *Donatus & Seruius doceant*: Haſta ſine ferro. *Vnde Maro.*

Pura haſta fortia agenti datur.

Per lib. 42. Pura haſta quid?

Ille, vides, pura iuuenis qui nititur haſta.

Quid ſi cum ferro donaretur, quantus honor eſſet. Herculeus vobis ô præſentium inſignium Domini, cum ipſa haſtarum ferra in inſignia ceſſerunt, meritò ſummus honor ferendus venit.

Boleslaus Krywouſtius Anno 1139. Polonorum Monarcha à Ruſſorum Ducibus contra fidẽ ſub Halicia circumuentus, dum ob fugam cum exercitu Palatini Cracou. Wſeborij vix euaſiſſet, redux colum cum fuſo pro telò, leporinum pelliceum pro lorica, exprobrando ignauiam Palatino remiſit, qui confuſus mortem aſciuit. Vobis verò ipſe Rex dum tria ab haſtis contulit ferra, non aliud collaudauit, quàm Vlyſſis animum, Achillis cor, Scipionis dextram, non aliud expreſsit quam verum Patriæ ciuem, fidelem Regi militem. Summus honor. Manebit in æuum veſter ſempiternus honos, dum cum ſignis Æmilianis vos probitas magnos ingenuoſque faciet.

Halicienſe bellum.

Collus cũ fuſo, Leporinus pelliceus.

S A P I E N T I Æ V I S.

Pallas cur armata.

VEteres Palladem armatam vbique finxerunt *ait: Pier. Val. lib.* 42. Quid Deæ cum armis? An omnes fœminæ Amazonum vices agent, quæ pro viris ad bella procedebant. Minime. Indicarunt

typo

typo arma parum proficere, ſi per ſapientiam non adminiſtrantur. Pallas enim ſapientiæ Dea eſt. Armatos vos eſſe video, quibus hæc arma appropriata, ſed nec inſipientes coniector. Ita enim ad fortitudinem veram inſeparabiliter ſapientiæ ius adiuncta eſt, vt ſeparata Reipublicæ, & Regno ſummam calamitatem adferant. Cum namque bellum ſtet fortitudine & prudentia, fortitudinem natura, prudentiam ingenium præſtat. Quapropter Vliſſes dum ad Troianum bellum militem conſcriberet, & iuuentutem notaret, ſciretque quod Thetis mater haberet filium, illaque negaret, vt liberos omnes monſtraret iuſſa fuit, illa Achillem filium veſtibus ſororum indutum cum filiabus vti ementitam filiam monſtrauit. Rem ementitam cum haberet: Vliſſes, ex vna parte ſpecula, annulos, cathenulas, ex altera gladium, pharetram, ſagittas apponi iuſsit, vt viderunt filiæ ad mundum muliebrem ſeſe contulerunt. Achilles verò vti maſculus ad Pharetram, gladium manus extendit, en fortitudo à natura, At prudentia in bello ingenio & exercitio: *Hinc Tyrreus.*

Fortitudini vera ſapientia iuncta.

Vliſſes quomodo Achillē agnouit occultatum veſte virginis.

Si quis vir progreſſus inter pugnantes in prima acie maneat.
Conſtanter, turpis aut fugæ obliuiſcatur.
Vitam & animum patientem periculo obijciens
Et aſtantem ſibi virum ad mortem obeundam animet:
Hic ſane bonus vir, exiſtit in bello.

Quiſquis hæc arma veſtra conſpexerit, iunctam fortitudinem ſapientiæ illicò animaduertet. Dicitis namque aſpicienti & ipſis rebus, *quod D. Hieronymus in Epiſt: ad Heliodor. voce dicebat*: Quid facis in paterna domo delicate miles, vbi vallum, vbi foſſa? vbi acta ſub pellibus hyems, ecce tuba ſonat, hoſtis expectat, & tu de cubili ad arcem, de vmbra prodis ad ſolem, Corpus aſſuetum tunicæ, non fert onus loricæ, caput aſſuetum linteo galeam recuſat, molem otio manum capulus exaſperat.

Miles delicatus.

Hæc virtus eſt, hoc optimum inter homines præmium.

MVRVS PATRIÆ.

Ferrum haſtarum murus patriæ.

MVrum Patriæ alij flumina, alij montes, alij lateres, alij arborum robora ſtatuunt. Sed Vrbs Ciniana nil horum M. Bruto oppugnanti obiecit, ſed ferrum: Ferrum inquit nobis à maioribus relictum, quo tuêremur ciuitatem. Sit murus quiſcunque validus, at validior ferreo nullus erit. Omnem namque murum, aurum debilitabit, at ferreus immobilis ſemper murus erit Vnde de muro Athenieñ. dicitur ferreo

Hæſit ſcutum ſcuto, & galea galeæ.

Talem murum Patriæ *Cromerus meminit* dum Boleslaum Hermani Regis filium commemorat. Bratislaus inquit Princeps Bohæ-

miæ

Digitized by Google

miæ,cùm ſtatum inter Odram & Helbem,Regi Poloniæ obſequentem inuaſiſſet, Rex vt vidit Sieciechum Palatinum Cracouieñ. morte ſublatum, nec in promptu Ducem exercitui animaduerteret, Boleslaus filius annorum nouem ſeſe obtulit, dicens: Ego vado: iuit, vicit. Profectò de tali Principe dicenda veniunt. Hic nunquam erat puer ſed vir, nunquam Tyro ſed veteranus miles. At mihi dicendum erat. Hic erat MVRVS PATRIÆ FERREVS. Armis veſtris, ſi quoque gloria danda, non aſpernabor murum patriæ dicere, dum ferra haſtarum geritis, quæ Regni Poloniæ præcipuus murus ſunt. Igitur ab haſtis dum ferra conſeruatis, liquet quod patria apud vos tantum theſaurum depoſuerit, & vos fideliter ſeruatum patriæ repoſcenti, pectoribus offertis. *Nouem annorum filius & Dux*

Lineam Familiæ Grotorum difficile adnotare venit, cùm nec in Caſtris, nec in Podoliæ partibus, aliquem reperior ſuperſtitem.

GRZYMAŁA.



DELINEATIO.

SVnt tres turres rubeæ, ad rectam lineam diſpoſitæ in campo flauo, ſuper galeam etiam tres turres, & ex ſummitatibus eorum ſingulæ pennæ Iunoniæ prominent. Fundamentum turrium aliquibus obſtaculo nullo impeditum ad ingreſſum portæ, aliquibus in porta aperta, armatus ex integro miles cum haſta apparet. *Tres turres Grzymáłá.*

ORIGO.

EX partibus Alemaniæ profluxêre, ſed additionem poſtmodum acceperunt, & ornamentum vt in ſubſequentibus demonſtrabitur. Data fuerant militi ſtrenuè defendenti arcem armis togato dicto Zelberſzwech. Alij ex nomine Grzymala cum Lecho initia habere dicunt.

TERMINVS VICTORIARVM PAX.

Europa imago.

Porta aperta pacis ſignum.

POtentiſsimam & inuincibilem Europam multis exemplis præcellentem cæteris mundi partibus dum in ſua Genealogia Cæſar Rippa deducere nititur, interHieroglíphica illuſtria ſpecioſiſsimam virginem dextera Eccleſiam Sanctam efferentem porrigit, hoc vno fine, quod in illa ſit, perfecta, veriſsima, & ſupereminens religio. Ad veſtra inſignia, ô Grzymalij, rem deduco, ad turres rubeas, portam apertam, & pennas pauonis triumphales. Non enim alio fine exponuntur, quam vt terminum victoriarum pacem exinde colligamus. Antiquis apertum Iani templum, pacem, paciſque ſignum promulgabat, clauſum verò bellum Senatui P. Q. R. deferebat. Modernis verò temporibus, porta clauſa arcis bellum, aperta pacem denunciat. Porta aperta ſub turribus veſtris, & turres non glomeroſis oneratæ tormentis, ſed iam ornatæ coronis domeſtici pauonis, ampliora nobis referunt, nempe Terminum, Victoriarum Pacem. Hoc quondam Probus Imperator ſibi optabat, dicens: Breui milites neceſſarios non habebimus ob pacem ſperatam, dixit. Verum Iagiellonis temporibus illam apud vos Deus fundauit, cùm veſtram Familiam Grzymaliorum cum Familia Nalenciorum ac ducibus veſtris Domarato Oleſnicki duce, ac Vincentio de Kempa Palatino Poſnanienſi pacificauit, atque terminum belli, & pacem conſtituit, *vt Cromerus lib.* 14. Quid de Hectore illo Polonico Potuliccio Palatino Plocenſi, ſub Anno 1578. referam? Fundabat Potuliccius ſcriptum poſt partas victorias. *Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.* quàm & ſi bellator, & Achiles eſſe, vt fuit, optabat.

Nulla ſalus bello.

HOSPITIVM SANCTORVM.

Mundus eſt SS. Hoſpitiũ.

TOtus mundus hoſpitium Sanctorum eſt. Licet namque Sancti totum mundum lucrentur, peregrinos tamen ſe eſſe nunquam obliuiſcuntur, vnde S. Patriarcha Iacob: *Dies peregrinationis noſtræ pauci & mali.* Et locupletatus S. Iob: *Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero translatus ad tumulum.* Sed præcipue Grzymaliorum

Digitized by Google

liorum familia habet, vt domus eorum hoſpitium Sanctorum conſtituatur, ſunt Sanctorum neceſsitatibus communicantes, ſunt omne bonum in virtute, moribus & pietate amplectentes, in proprijs domibus manent, vt hoſpites & Sancti. Legitur in itinerario Italico parte prima, Autoribus, Franciſco & Hieronymo: quod Ludouicus Sfortia tale poſuerit Palatio Epitaphium: *Palatij inſcriptio.*

Vilis gleba fui, nunc ſum ditiſſima tellus.
Cur? quia ſforciadum me pia dextra colit.

Ita de veſtra familia dicendum, ô Grzymalij.

Eſtis ditiſſima tellus.
Cur? quia pauperies te pia dextra colit.

Iſtud aperta veſtra porta dicit, hoc patentes fores præſagiunt, nec aliud patens veſtrum Palatium refert: Quapropter ſi Leonardus Valmarana Comes, extra portam in corona ſui Viridarij, Veronæ cum ſuo applauſu reliquit:


Ciuis, Amice, Aduena,
Qui loci amænitate cupis delectarier
Securus hic ingredere
Teque largiter recrea
Nullus intus canis, nullus draco
Nullus falce minaci, Deus
Omnia ſed tuta benigneque expoſita
Vos domibus veſtris inſcribite.
Religioſus, Pauper, Miles,
De panibus meis ſatiare
Et perficietur

Propitiatio mea ſuper ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum pugnabo.

Vtuntur his Grzymáłá, Potuliccij, *Goſliccij, Grudźynſcij.*

Digitized by Google

GRZYMAŁA
SECVNDÒ.



DELINEATIO.

EAdem quæ prius arma, at in porta eſt vir armatus, ſtans cum gladio in dextra ſtricto.

ORIGO.

EST facta additio ad inſignia Grzymálá, vir armatus cum diſtricto gladio in dextra, ob plurimam in Reges fidelitatem, in bellorum æſtu, quo pacto, & Bylinæ Duci, aurea manus cum gladio conceſſa fuerat. Hoc ad inſignia Kazanouiorum, Georgius Lemka, Doctor Iuris & Protonotarius Apoſtol. Scab: Lubli. notauit.

REGVM DELICIÆ.

Regum delicie Martis filij.

INter Regales delicias potiſsimas eſſe alumnos Martis, qui etiam flammas ex pectore & oculis hoſti in faciem iaciant. Auctor Pyrrus Epirotarum Rex, *vt refert Plutarchus in Apophth.* qui filijs puerullis percunctantibus cui illorum relinqueret regnum, reſpondit: Qui veſtrum acutiorem habuerit enſem. Virum armatum dum foribus veſtris inſiſtentem video, ô Grzymalij, non aliud quam alumnos

mnos Martis, & delicias Regum vos eſſe contemplor. Optimum quidem eſt ſeruis ſemper placere dominis ſuis, & cuicunque rei aliquis deſtinatur in ea gnarum ſe & placentem domino præbere, *dixit Euripid. in Aleme.* Sed nec Dominis iniucundum eſt ſeruus beneuolus in ædibus. Neque eſt & fuit vlla poſſeſsio melior in vita, quàm beneuolum ſibi famulum adipiſci, *vt Menander ait:* Plurimi ex vobis Regum deliciæ merito fuerunt, at inter alios non ſine inuidia præcipuum locum apud Reges Kazanouij obtinuerunt. Nam Caſimiro Rege Poloniarum, cum Pruthenis bellum ducente, Anno 1382. ſub Choynicienſi arce. Dominicus Kazanowſki Regem infeliciter pugnantem & equo priuatum, Bydgoſciam incolumem reduxit, vt Epitaphium de mortuo erectum habet:

Laus Kazanouiorum Reges defendere.

Si laus eſt ſocium à belli ſeruare parietes.
Defenſo maior gloria Rege venit
Namq; vbi Caſimirum bello vincere Prutheni
Ac defenſa Regem circuireq; manu
Defendi trepidum incolumemq; ex hoſte reduxi
Choynicij campis, Bydgoſciamq; tuli
Me tamen huc tumulo ſorpſit merſitq; profundo.
Mors inimica malis, mors inimica bonis:
Sed virtus viget, eruditq; mea acta Polonos
Quo Regi haud debent corde placere Deo.

Erat cur in delicias veniſſet Regias Kazanouius, verum alios quoque audiuimus alios vidimus, Sigiſmundum Kazanouium Capitaneum Kokonauſeñ. qui Sigiſmundo Tertio Regi Poloniæ talibus delicijs mancipatus fuit, vt Regiam prolem ac modernum Vladislaum Quartum Regem Poloniæ virtuti ipſius & moribus promouendum & educandum obtuliſſet. Quid de Martino Kazanowio, Duce Exercituum Regni Campeſtri, Palatino Podoliæ, Capitaneo Tlumaceñ. Nizyneñ: &c. referam? qui in bello contra Moſchos Vladiſlao Quarto moderno Regi Sereniſsimo deliciæ fuerat. Quid de Adamo Kazanowio Archicamerario Regni, Capitaneo Boriſouieñ. Rudouieñ. Niepołomieñ: referam? qui primam ætatem ſuam, primæ ætati Regis Vladislai ac Principis Regni Poloniæ, in delicias & obſequia conſecrauit. Habetis, ô Kazanowij, & relicta poſteritas.

Quam pater Æneas & auunculus excitet Hector.

Excitet verò in multiplicationem & incrementa bonorum, quæ à virtute procedunt.

PRÆSIDIVM REGNI SECVRVM.

Miles Chriſtianus ſine periculo vincit.

Cabones Dux Gentium Eccleſias Chriſtianorum reparat.

Gentilis in Deo Chriſtianus in ſpe.

Miles non Chriſtianus à Chriſtiano quo differunt.

NVnquam periculum ſine periculo vincitur. *dicebat P. Mim.* ſed laxandum in milite Chriſtiano ſententiam. Tollunt periculum ſine periculo, vt iuræ merito præſidium Regni ſecurum miles Chriſtianus ſtatuatur. Præter militem S. Martinum, de quo Hiſtoria Eccleſiaſtica habet, *Euagrium adhibeo, lib.* 4. *Cap.* 32. Inquit ille Maurorum Dux Cabones gentilis, cum Vandalos ad Triponem regionem inuaſiſſe perſenſiſſet, mandauit Secretarijs vt Eccleſias Chriſtianorum à Vandalis deſolatas & deſpectas, reficerent, cohoneſtarent, dicens: Ego quidem Deum Chriſtianorum ignoro, at potentiam illius optimè noui, ratum habeo, quod honoratos honorabit: & deſpicientes ſe deſpiciet. Commiſſo inde cum Vandalis prælio, victor clarus euaſit. Attende militem Chriſtianum eſſe præſidium Regni ſecurum, ſed neque mirum differentiæ gratia, eſto. Virtus non Chriſtiani militis eſt, Veneficia, idola, homicidia, mendacia. Vndè de illis *Apocalip.* 12. *dicitur.* Foris canes venefici, immundi, homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Virtus verò militis Chriſtiani eſt Deus, qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum. *Pſal.* 134. Caſtimonia, Turpe inter ſigna militaria ſol aſpicit conopeum *Horat.* Continentia. Sonat enim in aure illud. *Deut.* 23. Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes ſuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. Veritas. *Vnde Pacianus Epiſ. ad Sompronianum,* Catholicum nomen, nec Marcionem, nec Appellem, nec Montanum ſonat, nec hæreticos ſumit auctores. Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus cognomen; illud me nuncupat, hoc oſtendit, hoc probor, inde ſignificor. Et quia tantæ differentiæ eſt miles Chriſtianus à non Chriſtiano milite. Marci Aurelij Antonij Verri temporibus in bello cum Vandalis & Sarmatis cum ſiti copiæ premerentur Romanæ, & cohors Chriſtiana precibus ſuis imbrem, hoſtibus fulmina impetrauerat, cohors Chriſtiana legio fulminatrix appellata fuit, *ita Dion. Nic: & Baron.*

Catholicus & Chiſtianus S. Pacianus.

Catholici & Chriſtiani differunt.

Legio fulminatrix.

Veſtra ſtemmata, ô Kazanowij, (vt cæteros vobis ſtemmatibus pares venia beneuola taceam) dum mente reuoluo ipſa præſidia regni ſecura vos fuiſſe & eſſe ſæculo denunciant. Veri etenim militis Chriſtiani eſtis, nam dictorum militum conditiones obſeruare non neglexiſtis. Quis non talem referet noſtris diebus huius quoque Anni præſentis 1636. de caſtris Polonicis ad caſtra Angelorum euocatum Illuſtriſsimum D. D. Palatinum Podoliæ, Ducem exercitus in

campis,

campis & Capitaneum Tlumacen. Nizynen: &c. Martinum Kazanowium? Hic vſque ad decrepitam ſenectam tempore pacis toto fermè die humiliter incumbebat, omnes orationes non aliter concludendo, quàm pacem, pacem Domine. Tempore verò belli quid potiori præſidio ſibi fuit, Torax virtus, lorica honeſtum, galea fides, lancea Chriſtus. Tantus erat Chriſtianus miles, vt ex illo tanquam ſpeculo, omnes quidem ejus milites, ſed præcipuè cognatus Stephanus Chmielecki, Palatinus poſtmodum Kijouień. hæc arma didicerit, atque illis terror hoſtium, Scytharum tabes, Othomanis horror, Regni ſplendor, effectus fuerit. Quid de Sigiſmundo Kazanouio non ita pridem defuncto dicendum? Ipſe à iuuentute omni Sabbato confeſsione Sacramentali ſeſe muniebat. Sed venit in mentem Iulius Cæſar, qui gladium vna, librum altera manu tenens, pro Symbolo vſurpauit. Ex vtroque Cæſar, quaſi dicat: ſum præſidium & fortitudine & ſcientia. Neque aliud de vobis, ô Kazánowij, vtroque eſtis præclares, & fortitudine in Dominico, Sigiſmundo, Martino, & ſcientia in Bartholomæo Iudice, Stanislao Subiudice Lukouień. Bartholomeo Capitaneo Lukouień. & Tribuno Lublineń: Adamo Caſtellano Sandomirień. Archicamerario Regni, Capitaneo Boriſouień. Rudouień. &c. Sanum conſilium experientia: Quo circa ſine inuidia ſub armis veſtris Academicus Cracou. Nicolaus Stanislaus Roſynſki, ſubſcripſit:

Martinus Kazanowſky

Arma Chriſtiani militis.

Exemplar militi Dux.

Iulij Cæſaris Symb: liber gladius.

Quæuis Geryonis turres, has terna triformis
Hercule pro foribus, vim prohibente petat.
Audeat; ecce patet reſeratæ ianua portæ
Nec iam cum trabibus rem ſciat eſſe ſibi,
Aſt cum animo Herois dextram ſtringentis & enſem.
Kazanowſcij obex pectoris iſte nouus.

VIRTVTIS ITER.

VIrtuoſiſsimus ac plane exemplum virtutis Iob, iter ad virtutem laborem ſtatuit, *Cap 5. dum inquit*: Auis ad volandum, homo naſcitur ad laborem, vnde & *Zach.* 13. Homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. Accepit hoc vt iter rectum & verum Regni Galliæ Cancellarius M. Petrus Moruillerius, *vt inter Symb. heroica Paradinus habet*, & pro Symbolo ad virtutem raſtrum agreſte vſurpauit, alligatum ſcilicet ad litteram Pythagoricam Ipſilon, ac inſcripſit: *Hac virtutis iter.* Optimum iter conſolabitur, cum Nòé in operibus & laboribus manuum ſuarum in terra cui maledixerit Dominus qui carpſerit illud. Sed aliud inde elicio iter virtuti. *Dicebat Herodotus*: Multi ſunt homines,

Symbolum virtutis raſtrū agreſte.

Digitized by Google

Homo & vir differunt. homines, pauci viri, ſtatuebat differentiam maximam, inter hominem & virum, *Conueniunt Diogenes:* qui in meridie cum face viros quæſiuit in platea publica ciuitatis, *& Philo qui dicebat:* Capillos, barbas carnes viriles video, viros non video. Vnde viro homini iter ad virtutem differens erit. Quod igitur labor militaris, *vnde Iob.* Militia eſt vita hominis ſuper terram: Quapropter Seuerus Imperator militibus ſuis nobile proponebat; militemus, laboremus. Præmonſtratis, ô Illuſtriſsimi Kazanouij, tanquam limpidiſsimis ſpeculis iter ad virtutem laboris & militiæ, claros vos feciſtis Regno, vt quondam Horatius Cocles Romano Imperio. Sed habeo præcipuum in vobis quod ille non habuit. Demonſtraſtis iter vita bona ad perennem virtutem, de quo ita quidam.

Viuere præclare, ac rerum cognoſcere cauſas
Vnica ad laudem, atq; vnica ad aſtra via eſt.

Demonſtratis amore præclaro & ſempiterno. de quo ita quidam:

Vincit amor Patriæ laudumq; immenſa cupido
Vincat amor Chriſti cæliq; immenſa cupido.

Demonſtraſtis præcipuis votis, quod iter Henricus Rex Romanorum ita magnificauit, vt Spiræ ad Altare poſuerit.

Ad votum Regis Henrici dona ferentis
Reſpice de Solio reſides qui Chriſto ſuperno.

Hinc vobis ingenium ſalutare Eccleſias erigere Boriſouień. vbi Catholica Religio, nec fundamenta habebat, Monaſteria fundare Bolſouicenſia, Reędificare deſolata Oratoria Tlumaceń. In omni quoque loco, quæ ad veſtram adminiſtrationem peruenerunt Oratoria, Eccleſias ornatas diſponere. Hinc vobis conſurgit proles cum benedictione, Curiæ cum exemplo, familia domeſtica cum timore Domini. Et ſi ad ſepulchra primorum ſiue ſexus virilis, ſiue fæminei perueneri mus, ex pijs inſcriptionibus quærendum venit cum Ioſia Rege, 4. *Regum Cap.* 23. Cuius eſt titulus ille quem video? & reſpondebimus: Titulus eſt hominis Dei, vt ſine fuco dixerit Hiſtoria de vobis: Erant viri probi, ſequimini, Laborate, Militate, Orate.

PVLCHRITVDO PERENNIS.

HOmerum Platonici dixerunt in Pauonem abiiſſe, credo ob varietatem pulchritudine expoſitam Poetica. Turres veſtræ non Poetica pulchritudine, ſed reali & veriſsima adornatæ *In Pauonem abire.* in Pauonem abiêre è turribus pennæ pauonis, ſed cuius rei gratia? *Penna pauonis ex turribus quid?* An pennæ pauonis turrium tutamini erunt? an vim ſecretam contra hoſtem reſeruant? Additur ſplendori: pulchritudini turrium,

pulchritudo

Digitized by Google

pulchritudo pennarum, vt gratia gratiam pariat. Inſuper exprimitur ſumma prouidentia, & ipſa pulchritudo prouidentiæ, quam in conſeruandis ſuis turribus intus, extra, & ſupra habent. Vnde ex pennis Argos coniice Grzymalios, ex turribus adiunctis *illud Prouerb. Cap.* 2. Prouidentia cuſtodiet te, & intelligentia conſeruabit te, conſidera. Ita enim vt veteri prouerbio vtar. Bonus ſeruatius turrium. facit illis bonum Bonifacium. Antiquis hæc Iunonia auis duo clariſsima referebat: *ait Pier. lib.* 24. Vnum quod conſecratio Auguſtarum hac denotabatur aue, ſicut Auguſtorum Aquilla. Vnde in Fauſtinæ nummis, licet inueniatur, & Aquilla eo quod imperium contuliſſet viro: verùm inueniebantur. & argentei nummi, in quibus Pauo habebatur, cum inſcriptione *Conſecratio Fauſtinæ Piæ*. Et in nummis in quibus ſubſcriptum fuerat Diua Paulina, altera ex parte exprimebatur Pauo, qui fæminam inſidentem dorſo inter alas ſurſum tollebat. Et obſeruatum quod in conſecrationibus fæminarum, auis Iunonia è faſtigio emittebatur, Alterum quod per hanc Iunoniam auem, concordiam ſignificabant. Vnde Nummus Domitiæ Auguſtæ, Domitiani Imperatoris conſortis, ab vna parte Pauonis effigiem habuit, cum inſcriptione *Concordia Auguſtorum*. Auguſtam enim poſtquam ex ea filium ſuſceperat, ſalutauerat. Neque eſt ſpernenda talis obſeruatio Romanorum. Pulchritudo namque Pauonica, quæ in his veſtris turribus conſeruatur. Concordiam & conſecrationem his pennis referunt: Concordiam. Nam in bello Pruthenico, dum Illuſtriſsimus Koniecpolius, Generalis Exercitus Regni, aditum maris ad Puckum obſtruere, remibus, retibus, lapidibus, globis, Nicolaum Potoccium Notarium, tunc Generalem Campeſtrem, modernum autem Campiductorem Regni, cum exigua manu exercituum miſiſſet, & poſtmodum reſolutionem maris aduertit, nec conijciebat alio poſſe redire miſſum Potoccium, niſi ad caput arcis hoſtilis *Glowa*. Propoſuit optionem, qui velit redeuntibus occurrere, Illuſtriſsimus D. Martinus Kazanowius dixit: Ego vado, iuit, reduxit. O Concordiam militarem. Conſecrationem verò inde inſcribere licebit, nam cùm Vladiſlaus IV. Rex Poloniæ coronatus, nouum honorem Regni propoſuiſſet, Dapiferatum ſcilicet Regni ſicut Pocillatoratum iam tenebat. Hunc tantum titulum & primum Adamo Kazanowio, Capitaneo Boriſouień. Regia benignitate Rex cum Senatu conſecrauit vt inſcribere liceat: Conſecratio Dapiferatus Regni Poloniæ in veſtris pennis. Neq; ornatis iam omnibus regni titulis aliud expediebat, niſi nouis quoque titulis adornari. Hoc perpetuum poſteritati & domui monumentum:

Pauo referebat conſecrationem Auguſtarum die hac.

Pauo concordiã ſignificat.

Concordia militaris.

Omne honoratum augetur, contemptum imminuitur.

FORTITVDO INFRACTA.

INnumerabilibus medijs fortitudinem infractam plurimi oſtendebant. Agis Rex Lacedæmoniorum ita eam declarauit, Lacedæmonij non interrogant quot ſint, ſed vbi ſint hoſtes. Alexander Magnus inter alia & hoc modo in Ilio dum ſacra faciebat, ſacerdos illi dixit, ſe oſtenſurum Paridis Lyram: *at ille, imò Achilis, ait*: ſi habes, oſtende; ac ante Lyram prius & potius haſtam. Sed plurimi infractam fortitudinem munitione arcis & turrium. Vnde Vinricus Magiſter Pruſſorum, dum in ditionibus Olgerdi & Keyſtudi Principum Lituaniæ munitiſsimam arcem in ſex menſibus erexiſſet, illamque vndique foueis, milite & armis firmaſſet, tanquam infractam fortitudine, nec valentibus in eam viribus humanis nomen illi Gottes, ver, der, hoc eſt Collis Dei, indidit. Et Moſchi Cignum ſuum Smolenſcum in fortitudinem infractam dum celebrarent, obſidionem Sigiſmundi Regis Poloniæ III. nihili ducebant, imò impetus globorum cuiuſuis tormenti, cauda vulpina, à muro detergebant. Verum fortitudo infracta aliter ſtatuenda, ſuſtulit enim hanc prudens dictum P. Mimi omnium inſtabilitatem deducens:

Striic: lib. 12.

Non poſſunt primi eſſe omni tempore
Summum ad gradum cum claritatis Veneris
Conſiſtes ægre: & citius quam aſcendes decides
Cecidi ego, cadet qui ſequitur, laus eſt publica.

Sed Grzymaliorum fortitudo infracta. Arcem namque ſuam quomodo firmauerint, videte: Matthias Vngarorum Rex refert: Salomon à Cadano arcem tali Emblemate ornauerat, depinxit annulum cum lucenti adamante, ſupra quem ſtella candida, & inſcripſit: *Durat & lucet.* Hìc ornatus Grzymaliorum, Annulus enim fidei ſacræ, nec Hæreſi, nec Schiſmate pallet. Annulus fidei matrimonialis precioſior adamante, lucidior ſtella lucente conſpicitur, qualis coniunx moribus Sigiſmundi Kazanowij, qualis conſors Martini Kazanowij, quales Adami Boriſouień. Croſineń. vxores. Illæ graues ætate, graues & pietate, graues & virtute, iſtæ ætate paruæ, ſed vt lucent familiâ, ita lucent moribus & pietate, vt ſunt durantis proſapiæ, ita & durantis conſtantiæ. Moribus iam matronæ, ætate puellæ. *Refert Stob. ſerm*: 7. Socrati Lyſias orationem attulerat, adijciendo eam eſſe elegantiſsimam. *Cui ille*: Etiam roſas eſſe pulcherrimas, at ſibi non conuenire, inde contextum ſertum. Tanti Socrates honeſtatem habuit: Norunt etiam licita tractare matrimonio obligatæ Kazanouijs, niſi cum decentia ac mentis tranquilitate, & tali medio fortitudo eorum infracta. Hinc Socrates quæſitus,

Digitized by Google

quæſitus, quid robur eſſet, dixit: Motus animæ cum corpore, motus enim in bonum eſt robur, motus in malum eſt exitium: Vnde Menander:

Cum quid Sanctum agis, bonam ſpem
Tibi propone, certus quod
Conatum iuſtum Deus adiuuat.

CLAVSTRVM RELIGIOSVM.

ARcem clauſtrum dicere non inconuenit, arx namque benè cuſtoditur, dum optime clauditur, vnde in Repub: Genuen. fortiſsima Arx Sauoneñ. nunquam aperta, at ſemper clauſa, imo gubernatoribus, qui in duobus menſibus mutantur, nec colloqui ſæpe ad inuicem, nec conuenire licet. Hinc quidam arcem dixêre ab arcendo, ſed quomodo arces niſi claudas? Sed ſit Arx clauſtrum, at religioſum quomodo erit? Dic amabo, religioſa clauſtra quo pacto conſurrexere? Aliquando Imperatrices & Imperatores depoſita regali corona in arce, ad clauſtra veniebant, vt qui præſidebant regnis, obediant Imperantibus, ac ſibi quondam ſubditis. Vnde clauſtrum religioſorum ſit arx non murata, ſed perſonata. Aut inde arcem clauſtrum Religioſorum dicamus, quod quæ ſunt digniora, mittantur in arcem. *Vnde Cic. in Parad.* Hoc opus in apertum vt proferas, nihil poſtulo: non enim eſt tale, vt in arcem poni poſsit. Simile huic imo dignius eſt clauſtrum religioſorum. Quidquid enim habet precioſi, quidquid cogitat precioſi: hoc in clauſtro religioſorum conſeruat, ſacras virgines, ſacras intentiones, ſacros inſultus, Vnde Carolus V. Imperator Magnus ex arce ad clauſtrum deſcendit, & quid precioſum habuit, ſperauit: ibi conſecrauit, obtinuit. Aut ideo clauſtrum religioſum dicamus, quia norma religioſæ vitæ eſt firmitas & pulchritudo arcis. Nam licet arx dicatur ab Arcadibus, *vt ait Solinus*: quia munitiſsimos quoſque colles ſub Euandro tenuerunt: magis tamen arx dicitur Chriſtianis, ab arcanis altiſque virtutibus. Quapropter Tyberius Cæſar Mauritio filio ſuo & ſucceſori admonendo dixit: *Maurici pulcherimum tibi Epitaphium imperio tuo facere perge, & ſepulchrum meum virtutibus tuis exorna.* Tanti ornatus ſit & hæc arx veſtra, quapropter valuis eorum inſcribite, quod Ægiptiorum ſacerdotes ſcribebant:

Arx clauſtrũ.
Arx Sauon. ñ.
Clauſtrum religioſorum arx.
Clauſtrũ arx perſonata.
Arx digna conſeruat.
Arx ab Arcadibus.
Arx ab arcanis.
Foribus inſcribendum.

Alius de alio iudicat dies, ſupremus autem de omnibus.

THESAVRARII ILLVSTRES.

ALmæ pacis tempore fertilior terra amænius quæritur, belli autem tempore arx munitiſsima præſtantius ſpeculatur; namque hinc

que hinc iucunditas maior, hinc ſecuritas venit: quapropter ibi homines coloni concurrunt, & operam extendunt; hîc verò nobiles, opes, theſauros, conuehunt & committunt. Vnde munitiſsima Arx Theſauraria quædam nuncupabitur. Conſidero Vrbes quæ turribus inſignitæ ſplendeſcunt, & non alio nomine quam theſauri cuiuſdam appellatas habeo. Cracouia inſignis & caput Regni Poloniæ à Craco Principe fundata, an non theſauraria eſt, quæ coronas, ſceptra, monimenta Regia cuſtodit, conſeruat? An non theſauraria quæ ingenuarum ſcientiarum eſt benigna parens? An ob Senatum tam amplum & almum ſpiritualem & ſæcularem, non theſauraria nuncupabitur.

Cracouia & theſauraria.

Abundat magnis Grachia docta bonis.

Poſnania.

Habet turres Poznania & maioris Poloniæ & nobilitatis munimen & ſplendor.

Habet turres Caliſsia, &propugnaculum Regni antiquum & forte, ac ſtudiorum non profananda mater exiſtit.

Plocia.

Habet turres Plocia & vetuſtæ gentilitatis fundamenta, ſolerti vigilantia, & prudentia in æuiterna tempora tuetur & fouet.

Leopolis antea Lemburga vocabatur.

Habet turres Leopolis ante Lemburga dicta. Hæc vt quondam Ducum Ruſsiæ ſedes, nunc trium coronarum & inſigniorum, Romanæ Eccleſiæ, Græcæ, & Armanæ (qui & omnes Archiepiſ. latio ſermone vocantur) Metropolis. Hæc totius Aſiæ & Europæ theatrum & ſtatus. Hæc Senatum doctiſsimum & togatum, Religioſos, ſapientiſsimos & graues, populum Politicum & honeſtum conſeruat & adamat: Hæc trinis gaudet honoribus & ſtemmatibus, Leone, turribus, ſtella, Ducis, Regis, & Papæ. Quid igitur obſtabit Leopolim theſaurariam & nobiliſsimam nuncupandam? Iure merito aſſerere poteſt, *quod Xenophon de laudibus Agæſilai reliquit.* Vbi homines Deos venerantur, bellicas res exercent, Principibus obtemperant, qui non hîc conuenit affatum omnia bene ſperare. Huic deſiderauit quidam:

Sic micet æternum, vicinaq; ſidera vincat
Lemburgi in cælo ſplendida ſtella mei.

Hoc nobile ſtemma & nobilitatis dum erit, quis non euidentia ſigna honorum titulorum vocabitur? Turres dabantur ab antiquis & coronæ murales aureæ in modum turrium, qui primus vi & armis hoſtium mænia tranſcendiſſet. Ea omina vos ſpectant, hic honor vobis paratus, iſti tituli vos manent, ſi vnum caueritis. Ne de tam ſecuribus mænibus veſtris & turribus Simia luſum commonſtres: Nam

Corona muralis ex turribus.

Tota licet veteres exornent vndiq; Ceræ.
Atria, nobilitas ſola eſt, atq; vnica virtus.

Nobilitas præcipua virtus.

LINEA

LINEA FAMILIÆ GRZYMALIORVM.

SWidrigierus *Epiſ. Cruſuiceń. Alemanus*, vt Cathalog. refert: 1129. *ibidem ſepultus. Paulum Epiſcopum Poſnanień. idem meminit, Anno* 1122. *Domaratum Epiſ. Poſnanien. idem Anno* 1242. *Preclaum meminit Epiſ. Wroclauień. Polonum à Pogorzelce, in ſtudiis Bononiæ dum commorabatur, libère à toto Capitulo electus fuit*, 1244. *Ioannem Archiepiſcopum Gneſneń. ex decretorum Doctore, Decano Crac. & Canonico Gneſneń. atq; Cancellario Regni aſſumptus fuit*, 1372. *Erat & coadiutor in Archiepiſ. regnante Conrado, à Iaroslao Bogoriæ auunculo admiſſus. Qualis fuerit in Archiepiſ. Ianicius reliquit:*

Quid clerum Suchiwilce præmis furioſus in ira?
    Cognatos tantum natus amare tuos?
An ne tibi mores conceſsit auunculus iſtos,
    Conceſsit tanti cùm tibi iura loci?

Oleſnicki, *Caſtell. Roſtrzenſceń. Magnæ autoritatis vir. Domarath. Generalis maioris Poloniæ*, De his Cromer. lib 14. Miechou. lib. 3. *quod contra Naleciorum familiam copias duxerint, coëgerintq; Regem Sereniſſimum Vladislaum Iagiello in maiorem Poloniam ad componendam pacem deſcendere. Domarathum Iudicem Terræ Poſnanień.* meminit Cromer. lib. 8. *ex qua ratione, ibi videbis.*

Potuliccij, *in maiori Polonia, Petrus Palat. Caliſſień. alter Petrus Palat. Breſteń. alij volunt Płoceń. hic ex Kowalſka Caſtell. Leopol. filia reliquit filios*, Concordat Paproc. dignitates *ex Caſtell: Premeteń. Palat. Płoceń poſt mortem auunculi Palat: Brzeſteń. & Dominus poſſeſſionum.*

Grudzinſcij, *in Maiori Polonia: Andreas clarus in bello, & in negotiis Regni, reliquerat Stephanum Vexilliferum Caliſſień. in Repub. digniſſimum. Reliquit filios Sigiſmundum Ianuſium, Caſtell. Krzywinſceń. Stephanum Caſtell. Nakielſceń. & Andreã Palat. Rauenſeń. Sigiſmundus à Grudzyn, Palat. Rauenſis, cuius filia Marianna in matrimonium oblata Ioanni Bykowſky, Capit. Syradień: & Varteń: quorũ ſollicitudinem, ſtudia & actus, ita quidam Academicorum expreſſit:*

Ordine ſtat triplex, triplici Grudzinia turris,
    Porta patet, certant hìnc timor, indè fauor
Hoſtibus hæ clauſæ, quacunque á parte laceſſant.
    Illa Deo, Patriæ, Palladi, lata patet.

Garuaſcij, *in Cuiauia, & in Palat. Płoceń. Annis hi centenis Reipub. & Regibus in ſago & toga obſequentiſſimi. Hieronymus* 1578. vt Paproc. notat, *Cancell. Regni, Gneſneń. Cracou. Płoceń. Canon. Ita*

Digitized by Google

enim ſit quod obſequendo & placendo hominibus, rerum gerendarum commoditas acquiritur: amicorum verò minus honeſta ſolicitudo auſteritatem parit.

Zamoſcij, *Thomas Iudex Terrarum Zembrouienſis, & Oſtrolenſis, ad quale munus filius ſucceſſerat. Hinc colligere licet illorum iudicia, Cambiſis iudicio non fuiſſe ſimilia. Neq; eorum, qui ad aram aſſident, lege neglecta. Ioannes Archiep. Leopol. ex Suffraganeo & Abbate Plocen. Aſſumptus* 1604. *Mortuus* 1614. *Cuius ſepulchro tale ſuperadditum carmen*:

Hic iacet inſignis Præſul magnusque Senator.
Grimalia de gente, Zamoſcius, ille Ioannes.
Simplicibus gaudens, vitijs hoſtis, amator honeſti.
Exiguo diues, ſine luxu, largus in omnes.
Cuius vita fuit, pietas, prudentia, candor,
Morte nihil, præter corpus mortale peremptum.

Wſkrzenſcij, *in Plocen. Palat. Etiam laus nimia onus eſt, ſed præſtantes, & magnanimos meritò nominato, quos celebris fama & fortitudo commendant. Valentinus in Volhinia poſtmodum hæres, dum militia clarus celebratur, ſororem germanam Ducum in Zbaraż, relictam viduam poſt Bauorouium in Coniugem habuit.*

Grzymultowſcij: *Ianuſſius inter ſtrenuos milites ſingularis vir, Sigiſmundi I. temporibus. Quapropter vt aſſuetam Thoraci Martis, ac diſciplinæ Palladis familiam; quæ & in exteris nationibus cum Hieronymo Laſki præclara remanſit, in Capitaneatus Drahimſcenſes in Caſſubia eligebant. Ioannes & Nicolaus prognati ex Dźierzánowſka Abbatis Wagrouicen. ſorore familiam, decenti linea, vltimo decorarunt.*

Smerzenſcij, *in Cuiauia. His nec gladius retuſus, nec eloquendi libertas infructuoſa erant. Vndè Petrum Palat. Inoulocenſem, ac cæteros claros titulis, ſicut præclaros meritis familia læta meminit.*

Kobylniccij, *in Palat. Cracou. Iacobum æterna memoria dignum,* offert legendum Cromer. lib. 16. *Specioſam elegerunt vitam, vt de illis liceat proferre,* quod Nicolaus Poeta apud Stob: ſerm. 14. requirit:

Dicito, dignum enim eſt ſcitu.

Cuius fuiſti diſcipulus? quam ſectam profiteris? A quibus placitis incipiens, Audes. & optimus Ciuis, & egregius celebrari miles.

Goſliccij, *in Plocen Palat. Peruetuſtæ familiæ merita, Semouiti Principis Maſouiæ priuilegia,* 1392. *referunt. Henricus eiuſdem Principis Dux exercituum in Pruſſiam. Nicolaus locotenens Sierpſcij, in initijs Domini & Regni Sigiſmundi, Cruciferos ad Proboſczowicze*

alacriter

Digitized by Google

alacriter inuaſit, fortiter vicit. Bini Gosliccij, ad Sokal ceciderunt. Grimyslaus Cancellarius Principis Maſouiæ eiuſdem ſolertiſſimus. Franciſcus in Podolia, ſub Capitaneis Barenſibus Pretficz, & Herburth, contra Tartaros inuictus Rothmag. Qui dum contra Tartaros pauca manu fortiter, Sigiſmundo Auguſto regnante, in campis deſertis congreditur, in captiuitatem venit, ſed cum peccuniariam ſummam pro libertate offert, à Iudeo, quis nam ille fuerit, proditus fuit. Quod dum ſolenne Tartaris eſſet, ibidem in fruſta diſſectus eſt. Locus vſq; modo tumulus Gosliccij dicitur. Et quoniam à noſtris crux ibidem erecta conſpicitur, crux Gosliccij etiam nominatur. Ioannes Finium Regni cuſtos, qui à teneris ad ſenectam miles & Rothmag. fuit, Obijt enim ætatis 95. Anno 1630. Eius Epitaphium Laticouiæ in Podolia, apud Patres Ordinis Prædicat.

Clarus Lechiadum clara de ſtirpe Ioannes
Goſlicki: belli ſtudio generoſus in omni
Splenduit hic patriæ, turmis ac ipſe præfuit
Sceptra tenens galeas, gladios, inſignia Martis
Nec Martem timuit, nec mortem Martis amicam,
Martis amicus erat: ſed mors quæ proxima Marti
Et ſuffert omnes Hæroas, Regibus atrox
Suſtulit hunc Regni cuſtodem: mors vigilauit.
Sed vos, ô Iuuenes, Domini qui ſomnia amatis
Nec non Belligeri mortem Martemque timetis
Diſcite quæ geſsit, precibus perfundite funus.

Laurentius *Decanus Plocen. a Regno & Rege multocies legatus & Orator in Vngariam, Germaniam, Sueciam, Pruſsiam, Epiſ. Poſnanienſis moritur. Paulus ſuus Vterinus Canonic. Cracouien. Eorum germanus Valentinus Subiudex Plocenſis. Ioannes Pocillator Breſten. in Cuiauia, Vir litteris & virtutibus ornatus.*

Arma Goslicciorum virum armatum in porta non repræſentant, ſed arcem clauſam ferunt.

Siemianowſcij *in Goſtinen. diſtrictu: Boni ciuis iuxta ſententiam* Demoſt. *rem curarunt: Incolumitatem Reipub. & ſuauitatem iurium & verborum. Tiburtius notarius Terræ Goſtinen. in quo honore & officio patrem imitatus fuit. Simon Vexillifer Rauen. Fælix Subdapifer Goſtinen. Auguſtinus ſorte propria contentus, inopiam bonis auctis ſuſtulit.*

Grabowieccij, *in maiori Polon. ſatis clara familia & antiqua. Qui dum penetralia animi virtuti conſecrarunt, ex illis Gabriel Capitaneus Mlauen. & maior domus Reginæ Polon. Ex fratre eius Stanislao, Sebaſtianus, Tyrocinia nobilis actus, in Regia Auguſti Regis acuerat. Hinc*

Digitized by Google

rat, hinc grauis & expertus miles euaſit, ſicut ex externarum regnorum ſtudiis & moribus, ſalutaris in conſilio, & Secretarius S. R. M. fieri meruit: Quapropter ex Curia Reginæ Annæ, coniungem de armis lelita, domus Czerminſciorum acceperat.

Inuide, ne odias fortunatum, quem Deus amat.

Oleſcij, *in Maiori Pol. Et antiquitate domus & virtutum progreſſu, omnibus bonis amabiles, & Regni Principi grati. Ioannes Oleſ. Subdapifer Reginæ Annæ, qui ex pediſequis Reginæ, Barbaram Sczepieczka coniugem habuit. Vir conuerſatione affabilis, moribus grauis, nec degener fuit poſteritas.*

Mniſzewſcij, *in Plocen. Palat. Qui propter celebre ingenium, multos ſibi familiares compararunt, & propter mores plurimos amicos.*

Bieganowſcij, *in Poſnanien. Palat. Hos iuxta Theognidis ſententiam vti viros bonos ſequitur prudentia, verecundia, fortitudo. Quapropter Nicolaus, miles auidus laudis, in Vngaria ſtrenuè in acie obijt. Stanislaus Stephano Regi Pol. affabilis eiuſq; Pocillator. Albertus Canonic. Poſnanien. & verus cultor religionis fuit. Bieganouium, & iſta tempora, (dum ſcilicet Supremum Præfectum exercituum Stanislaus Koniecpolſki gerit) Statorem caſtrorum Regni, atq; externarum nationum gentis Alemanæ Rothmag. inſignem obſeruant.*

Rybſcij, *in Goſtinen. diſtrictu, quibus dum honeſtum deliciis ſit, in honores vocantur: hinc Dapiferi Goſtinenſes, & optimi Reipublicæ ciues fieri meruerunt.*

Czapſcij, *Horum virtutes & merita dum lego, dictum Alexandri Magni illis aſſcribere non dubito. Miſerat Phocioni Athenienſium ciui centum talenta: quærit ille ex Legatis, quamobrem ex tanto Athenienſium numero ſibi ſoli ea mitteret, reſponderunt: quoniam ſolum te ipſum exiſtimaret honeſtum egregiumq; virum. Ita dico Czapſcij egregij viri in bello, in ſcientia, in Repub: titulis, honoribus, præmiis donandi ſunt. Nam Cruciferorum Ducem Czerwonkam dictum fortiter & ſæpiſſimè Czapſki pugnando victor euadebat, donec ab iis occiſus eſſet. Domaratus verò non ſolùm ingenio & ſcientia præſtans, ſed & Reipub. ſummè neceſſarius fuit. Andreas Subiudex ſui diſtrictus Dobrzynen. in Comitiis Regni multoties legatus, & in conſilijs priuatis ac publicis fæliciſſimus ex Skarbkowna reliquit Andream filium Rothmag. S. R. M. in Moſchouia & Sereniſſimo Regi Stephano. ob inſignes in militari actus notiſſimum.*

Baranowſcij, *in Sendomirien. Palat. Qui dum perpendunt quod gratis mori damnum ſit euidens, vt nomen illorum ſuperſit, id quod eſt optimum, virtus & militia, ab illis amplectitur. Vnde Stanislaus inter iurgia ſeminantes & fouentes, facilis & fælix, ex ſtrenuo milite,*

mediator

Digitized by Google

mediator: Eius poſteritas, iniecta virtutũ ſemina, honorificè promouet.

Siedleccij *in confinibus Regni Palat. Chyouień. & Podoliæ, quos ipſa nobilitas in terreſtres titulos iucundè promouebat. Eorum poſteritas, nec modo militarem aſpernatur. Rationibus enim aluntur hominum opera.*

Soieccij, *in Rauen. Terra. Qui pietatem ſpirante ſecunda fortuna decenter colunt, Quapropter & Regum aulici, & Eccleſiarum Canonici religioſiſſimi.*

Kazanowſcij, *à Kázdnow in Palat. Lublineń. diſtrictu Lukouień. viri bellicoſi, virtute clari, Regibus ſuis fideles & chari:* Paproc. in Stem. ex Hiſtoricis refert *Dominicum Regis Caſimiri Succamerarium Radomirień. Nepolomiceń. Capitaneum, qui in bello Prutenico ſub Choynica, à denſiſſima & valida hoſtium manu circumdatum Regem incolumem, ex acie in tutum locum Bidgosciam eduxerat, pro quo officio ſibi præſtito Rex multis eum honoribus & donis ornauerat. Huius filius Stanislaus fuit Succamerarius Lublinen: & Iudex Sandomirień. Alter erat Nicolaus, Henricus III. qui ex captiuitate Turcica, in qua per annos 20. detentus, ab eodem Turca à quo captus erat in patriam reductus, cum eo vſque ad mortem in amicitia ſumma & tanquam fraterna manſit. Quartus Dominici filius, Bartholomæus Aulicus Regis Sigiſmundi, & Iudex Terræ Lukouień. Sigiſmundus Kázdnowſky Archicamer. Regni Capit: Kochonauſen. Solceeń. Gł..yteceń. Mucharouien. &c. In cuius locum & officium Archicamerariatus, ſucceſſit eius filius Adamus Solecen. Boriſouien: Koziniceń: Capitaneus, in armis ſtrenuus, & ingenio pollens, Sereniſſimo Regi Władislao IIII. charus, à quo & dignitate Caſtellaneatus Sendomirien. eſt ornatus. Qui non ſolùm totius Patriæ Optimatum, qua priuatim, qua publicè inſedit affectibus, ſed totius ferè Orbis Chriſtiani Principum ſtudia, in eum tanto ardore, imò fatali quadam beneuolentia conſenſerint concertarintq́, ita omnium ſeculorum fortunatos proceres inſignitè præcelluit. Eius frater vterinus Stanislaus Capitaneus Kroſinen: & Predborien:.*

Barth olomæus *Kázdnowſki, Caſtell. Zauichoſten: vir æqui rectiq́ tenax. Catholicæ fidei & S. Romanæ Sedis authoritatis zelator maximus, huius filius Dominicus Capitaneus Lukouień. & Bartholomæus.*

Hieronymus *Kazanowſky Vexill. Sădomir: filius eius Adamus S.R.M. Secretarius, & Rothmag. Alter Suentoslaus eſt Pocillator Sădomirien.*

Martinus *Kazanowſki, bellorum vſus inter paucos, permulta ſtipendia operamq́ multis in expeditionibus egregiè poſitam, Chotinium pro bello contra Oſmanum Turcarum Tyrannum proficiſcenti Sereniſſimo tunc Principi, nunc feliciter regnanti Vladislao*

IIII. adiunctus, eius Prætoriam cohortem regebat, ad æſtimationem ſimul honoremq; Principis ac ſalutem Reipub. enixus. Hic poſtea factus Exercitus Ductor Campeſtris, & Palatinus Podoliæ cunctis bonis mærentibus, Obijt: tali Epitaphio poſt mortem eſt decoratus.

D. O. M.

Illuſtri & Magnifico Martino, à Kázánow Kázánowſki.

G E N E R E,

De armis Grzymaliorum clariſsimo

P R V D E N T I A,

In toga Senatoria, primùm Caſtellano Halicień: poſt Palatino Podoliæ ampliſsimo.

F O R T I T V D I N E,

In ſago, Exercituum Regni Duci Campeſtri bellicoſiſsimo,

M E R I T I S,

Bohuslauień: Zuinogrodeń: Tłumaceń: Predborień: Niſineń: Capitaneo digniſsimo,

F I D E,

Bello & ſeditione ciuili, & alias ſemper ſenſus in Republica optimi tenaciſsimo

P I E T A T E,

Bellis omnibus quibus à puero ad extremam vſque ſenectam vel interfuit, vel præfuit, in quibus victoriarum, vel ſocius, vel author fuit, vt pote Liuonicis, Scythicis, Turcicis, Pruſsicis, Moſchouiticis, feliciſsimo.

T R O P H Æ I S,

Ad Thelaſinum, Kiercholnum, Auzonam, Lopuſchanos, Klaſinum, Smolenſcum, Moſcham Ducalem, Chotyınam, Ornetam, cùm victoribus Regibus, & Ducibus ſuis, ac per ſe erectis celeberrimo.

F E L I C I T A T E,

Qua poſt Cecſorianam cladem penè ſolus è Scythica captiuitate, diuinitus euaſit ſalus, & in difficillimis conflictibus, pluribus ipſe acceptis vulneribus, viuaci ſenectæ vltra 70. annos glorioſæ pertrahendæ, & morti naturaliter oppetendæ, eſt ſeruatus, inſigni

Virtute & ſcientia bellica,

Quâ eodem Duce Vladiſlaus IIII. Inuictiſsimus Rex Poloniæ, Smolenſcum arctâ obſidione liberauit:

Pluſquam 100. Millia Moſchorum parua manu obſedit,

Ex multis propugnaculis in vnum compullit

Seinum

Digitized by Google

Scinum Ducem ſui exercitus & armorum deditione adegit,
Moſchouiæ Imperatori, victor pacis leges dedit;
Et ab ea parte plenam victoriam retulit,
Regnum acceſsione tot Prouinciarum auxit.
Ad poſteros glorioſiſſimo,
Omnibus magno ſibi ipſi minimo:
Et ſub proximo lapide exuuias mortalitatis deponenti, Anno ſalu- 1636. 4 Kalend: Octobr: pie vitâ functo, mæſta proles poſuit.

Filius eius Dominicus Capitaneus Bohuſlauieñ. ac in Caſtris Exercituum Regni Notarius, Alter Adamus Capitaneus Tlumaceñ:

Smoguleccij, *in Maiori Polonia decore fortunæ clari, inter quos Matthias Smogulecki Capitaneus Bydgoſtienſis, hac ætate primas tenebat: Vir ſingularis doctrinæ, quam cùm zelo religionis & patriæ facile iunxit, & optimum ſuæ eruditionis ſpecimen, in lucem editis libris, monſtrauit. Eius Conſors ex nobiliſſima familia Radwan, illius Magni Palatini Cracouienſis Zebrzydowij filia, tres filios genuit; quorum maior natu, dum Patriæ in Capitaneatu Naklenſi munera fideliter obit, & aſſeſſorem Tribunalis Regni agit, diuiniora præmeditans, Societatem* IESV *ingreditur. Succedit Iacobus Smogulecki frater germanus, quem ſplendor propriæ virtutis & morum pietas ſpectata, nullo ſuſpecto religionis cultu ornata, maximè commendat. Et patriæ amor, cui dum ſalutem omni molitur arte, paterna tellure relicta, Flandriam, Galliam, Italiam, permeat: ſtudijſque præcipuis gaudens, Regi Vladislao IIII. feliciter moderno, cui (omnibus officiis fidelitati debitis) ſincerus fuit, eiuſque Aulicus, poſtmodam Capitaneus Naklenſis factus: quo in munere exiſtens tantum decoris ſibi accerſiuit, vt decreta eiuſdem tanquam oracula à iudiciis Tribunaliciis Regni mirarentur & obſeruarentur. Vir erat in omni genere virtutum non inops: hîc cultus veræ religionis: hîc deuotio peculiaris erga Deiparam, quam ſolemni introductione Archiconfraternitatis Sacratiſſimi Roſarij, in templum Viſocenſe ditionis propriæ teſtatus eſt, multis apparamentis, Clenodiis, prouentibus auctis. Amore pauperum & religioſorum, ſed maxime familiæ Prædicatorum, quàm ſingulariter ſuis beneficentiis & ſincero affectu proſequebatur, clarus. In ſubditos largus: in æquales humanus, in conciliandis animis diſcordium facile felix: plenuſq; virtutibus,* Obijt Anno ſalutis 1639. *Cuius Conſors Zophianna de familia Niemoiewſciorum duos reliquit minores optimæ ſpei talis parentis filios. Supereſt tertius frater eiuſdem Iacobi Smogulecky Florianus, qui in exteris nationibus ſtudiis vacat, futurum decus & patriæ columen. Extant & alij eiuſdem gentis Smoguleccij viri, non minus*

Digitized by Google

virtutibus quàm fama heroica in Maiori Polonia inſignes. Non exiguum ſanè inclita domus Smogulecciorum attulit Turribus Grzymaliorum ſplendorem: *Fertur* vt autor eſt Pompilius lib: 5. *quod Coſdras Rex Perſarum ſubiugata Aſia & Africa, iuſſerit ædificari turrim excelſam argenteam, cum Throno deſuper aureo, gemmis ornato: latebant & multa foramina, per quæ aqua ad inſtar roris ſtillabat: muniuit eandem & tormentis bellicis, quæ ad inſtar fulminum emittere mandabat: ſicq; ſuam turrim in laudem vanæ gloriæ magnificam faciebat. Maiorem planè attulit familia Smogulecciorum turribus Grzymálá magnificentiam: altæ enim ſunt, & eminus facilè viſibiles, quarum nititur virtus perſpectiua ſplendeſcere facit. In illis Smogulecciĳ Thronum aureum veræ religionis, gemmis multorum & exemplorum bonorum ornatum collocarunt. In illis foramina non occulta ſed apparentia, per quæ aquam ſuæ doctrinæ, & ſingularis eruditionis ſtillabant hic, ſtillabant & alibi. Quid quæſo ſibi vult illud, quod quidam Sapientiſſimus Præceptor, in vrbe Romana ad interrogata cuiuſdam Illuſtriſſimi Nobilis Poloni, facta his verbis: Quibus interim hic nobiles Poloni occupantur: Reſpondit Varĳ, variis: ſoli Smogulecciĳ ſtudiis ingenuis vacant? Vacabant certè, quorum vnus in facie totius Eccleſiæ, in omni ſcientiarum genere Princeps: alter tum in Patria, tum alibi doctrinâ, prudentiâ, facilitate in agendis clarus. Eaſdem turres Grzymaliorum Smogulecciĳ munitas habent, ſi non materiali tormentorum genere, ſatis & plus eſt affectu & ſinceritate quàm pro omni occaſione inſeruiendi patriæ ſatis ſuperq; commonſtrabant. Fruſtra Vegetius iactat turres ambulatorias, quæ erant mobiles, nunc ad Caſtra, nunc ad Arces. Grzymaliorum turres ambulatoriæ ſunt, dum Smogulecciós nunc ad Caſtra, nunc ad arces, nunc ad armatam Reipub. & Patriæ defenſionem, nunc ad ſubſelia iuridica, nunc tum ad publica, tum priuata patriæ & amicorum obſequia mouent. Et vt paucis multa complecti liceat, in turribus Grzymaliorum Smogulecciĳ, & decorem fortunæ ac familiæ: & decorem patriæ: & decorem animæ collocarunt. Viuant ſuperſtites diu felices.*

HAMVS

Digitized by Google

HAMVS ſeù CHRINICKI.



DELINEATIO.

EST hamus ab vtraque parte, ex quo extrahuntur grandiores de flumine piſces. Hamus ſunt ſurſum erecti, infra ad hamum eſt crux coloris albi in campo rubeo.

ORIGO.

Contra Tartaros dum vigilias Wolhyniæ Princeps deſertis in campis teneret. Chrinickiorum primus cui talia arma collata fuerunt, longe ab exercitu in lacu hamo deducebat piſces, caſu aliquot hoſtium accurrerunt; qui proiecto hamo, equum celeriter poſsidet, conſertisque manibus, occidit aliquos & diſperſit aliquos, vnum denique captum Duci ſuo adduxit. Cognito hoſtium numero & loco Dux quaſi omnes oppreſsit, & vigilanti militi arma hæc Hamum & Crucem contulit.

INÆSTIMABILE OPVS.

Romanorum aliqui non dedignati fuerunt imponere cognomina familijs à piſcibus. Quapropter comentator Alciati *Embl.*

170. *refert*: Sergium vocitatum fuiſse Orata ab Aurata piſce marino, optimi ſaporis & coloris aurei, eo quòd primus viuaria inſtituerit. Multo dignius Chriniccij à piſce & hamo familiam ſuam notabunt, dùm loco piſcis eorum parens piſcatur hoſtem, pacem, honorem. Auratus piſcis, coloris quidem aurei eſt ſed omnium timidiſsimus, nam maris reflexu, ſub littoralium arborum radicibus occultatur, ibique frondium agitatione exterritum facile capi, quaſi quadam deditione. Aurei me hercule piſces erant, quos anteceſsor Chriniciorum piſcabatur, dùm piſcando piſces victoriam de hoſte accipit, ſed in hoc differunt piſces Chriniciorum aurei, ab aureis piſcibus marinis, quod hi timidiſsimi, illi audaciſsimi, iſti ſemper victi, illi ſemper victores. Quapropter vſque modo milites ſtrenuiſſimi, bellatores fortiſsimi, victores laudatiſsimi in caſtris numerantur, admirantur.

FAMILIA CHRYNICIORVM.

In Wołynia Chryniciỹ clari & ingenioſi Mineruæ & Marti dediti.

HARATINOVICIORVM, ſeu CHARATINOW.



DELINEATIO.

Diuerſimodè arma delineata video. Alij enim duas litteras maiuſculas latinas, inuicem iunctas delineant, videlicet litteram *N* & *E*. Alij litteram *V* & *E*. vt legendo primas *NE*. legamus, legendo ſecundas, legamus *VE*. Pinguntur in campo rubeo litteræ coloris aurei, ſuper galeam quinque pennæ Strutionis.

ORIGO

ORIGO.

ALiqui ex Græcia allata fuiſſe referunt, ſed quo pacto non facile inueſtigare. *Originem Paproc. in ſuis operibus refert.*

VIRTVS EXCELSA.

NVllibi litteræ vacuæ, ſed vbicunque ponebantur ab antiquis Romanis, ſenſum legitimum ferebant. Si ſcriptæ fuerant litteræ, *N. D.* erat ſenſus, *Neci dandum*: ſi *N. L.* erat ſenſus, *Non liquet.* Ita *Pier. lib.* 42. *Cap.* 53. Vnde& litteræ in arma à Græcis, ac Lithuanæ nobilitatis Illuſtribus viris aſſumptæ, vocabunt ſuum legitimum ſenſum. Et meo iudicio ſi ſunt litteræ *N.E.* erit ſenſus *Nobilitas excellens*, ſi vero ſunt litteræ *V.E.* erit ſenſus, *Virtus Excelſa*. Nil enim conuenientius nobili eſt, nec quando fuit, quam nobilitatis excelſæ encomium, & virtutis celſæ excellentia. Sola enim apud Deum nobilitas eſt, clarum eſſe virtutibus. Ergo armis veſtris inſcripta maneant, auro, & adamantino calamo, quod B. Nilus ad excellam virtutem radicandam, vitiumq; omne abolendum docebat:

Væ impio; quia cum illuminabuntur omnia, tum ipſe ſolus obſcurabitur.

Væ iniuſto, ad iudicem enim auſterum & iuſtum legislatorē perget.

Væ ſocordi, quæret enim tempus quod male conſumpſit & quærens non inueniet,

Væ ſuperbo, nam cum ſepulchrum ingredietur, quis nam ſit, intelliget

Væ ſcortatori, quoniam ſtolla eius nuptialis ſordebit, & ex Regiis nuptiis turpiter eijcietur.

Væ delicatis, nam tempore exiguo tanquam vitulus iugulandus ſaginabitur.

FAMILIA CHARITANOWICZ.

I*Oannes vel Iwnus Vexillifer Nouogroden. Auguſti Regis Poloniæ temporibus prudens & audax miles. Conducebat Moſchos plurimos Regi, vt Echo illius maneat:*

Non me delectant vani monumenta Poetæ
Qui Decios, Curtios, Æmilioſque canit:
Sunt ſua Sarmatico propria ornamenta Quiriti,
Non deſunt nobis Æmilij, Decij,
Hic libertatis cuſtodia vendicat omne
Punctum: virtutem ſuſcipe, diſce, cole.

Reliquit filium Semionem, veſtigia parentis non ſegniter obſeruantem.

HELM

HELM: GALEA, aut CASSIS.



DELINEATIO.

Galea cum cornibus & folus quercinis.

EST Galea haſtiludialis, ex qua prodeunt duo cornua pecorina, inter quæ eſt cauda pecoris iuxta *Dlugoſſium*, iuxta alios duo folia quercina viridia. Deſuper ſunt tres pennæ Strutij in campo rubeo.

ORIGO.

BOleſlao Kriuouſtio cum Pruthenis & Pomeranis Anno 1111. bellum ducente, quidam ex hoſtibus ita monſtroſe armatus & ornatus, in medium proceſsit, clarum militem ad ſe euocando. Prohibuit Rex nobilem procedere. Vnde militis cuiuſdam equiſo ſtafarius proceſsit, qui inſultanti hoſti, ita armato gladio vibrato ſub colare, caput cum brachijs ademit. Secuta eſt poſtmodum victoria, nam hoſtium 27. millia occiſa, duo millia in captiuitatem redacta. Ille verò monſtrum illud dum Regi obtulit, nobilis facti titulum cum prædictis victoriæ ſuæ ſignis in perpetuum memoriale accepit, *Ita Paproc. in Stemm. Nob. Pol.*

INSPE-

Digitized by Google

INSPERATVM AVXILIVM.

M. Valerius Romanus, vt Liuius refert cum Gallo, quodam altæ ſtaturæ aduerſario & hoſte olim euocatus dimicans, inſperato auxilio beatus fuit, vt pote, in cuius hoſtis caſsidem coruus inuolans, eidem ita hoſti oculos vellicauit & obfuſcauit, vt à Valerio tandem ſuperatus ſit. Vnde huic Valerio ab Auguſto Cæſare ſtatua erecta eſt, cui coruus in galea ſublimi ſederet, in tanti portenti monimentum, & ab inde Valerius à coruo Coruinus cognominatus fuit. Hanc victoriam ſi tamen ſpectes, inſperatum quidem fuit auxilium, at non propria virtute partum. Veſtrum vero, ô Helmij, inſperatum quidem auxilium, nam nudus contra armatum, inexpertus nec miles, contra expertum & militem proceſsit veſter Achiles: ſed in hoc Valerium exceſsit, quod propria virtute partum fuerit, dum manu gladio monſtroſum caput & galeam ademit, ac victoriæ certæ, Regi omen ſecurum detulerit. Vnde ille à coruo Coruinus, vos à Galea & Caſside, Galeati & Caſsides nuncupabimini. *Ezech.* 27. Ore Domini Propheta dicit ad Tyrum ciuitatem: *Perſæ & Lydi & Lybies viri bellatores, galleam ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo.* De vobis verò dicendum venit, Pruthenî, Pomeranij, Rex exercitus miles, viri bellatores, ſuſpenderunt galeam in vobis pro ornatu veſtro, ſed ad ſuum etiam inſperatum auxilium. Vnde meritò Galeati nuncupamini.

Valerius *Galea cum coruo.* *Galeata familia.* *Galea donatur ſuſpeſa.* *Galea in auxilium.*

CONSTERNET NEMO.

ELeganti acumine & dicto, expreſsit thematis ſenſum Virg. 12. Æneidorum:

> ..... *Fixumq; latronis*
> *Impauidus fregit telum, & fremit ore cruento.*

Impauidus

Porrexit legendum Froſtard. Symbolum Carol. VI. Galliarum Regis, Caſsidem coronatam ſtrutionis pennis diſtinctam, quam lancea quatit. At ſenſus Symboli eſt. Dum Rex tenderet in Britonum Prouincias, ac per Cænomanos iter faceret, occurrit ei vir pauper in ſyluis, qui tenuit Regis equum, dicens: *Ah Rex, vltra ne pergito, ſed potius redito, es enim à tuis venditus,* quæ res territauit, commouit, & expalluit Regem, ſed præfecti audentius pergunt. Vbi Rex verba moderando pauperis dum attonitus vadit, puer Regis, qui ferebat haſtam in caſsidem, quam ferebat alter puer, demiſit: quo ſtrepitu & ſpectro hominis, Rex perturbatus furenti ſimilis enſem vibrat, velut inter hoſtes acclamat; *agite, perdite proditores:* ſic inceptum bellum conſternatus à nemine moriebatur. Optimè *Plin. lib.* 28. *Cap* 19. Pellis aſinina iniecta pauidos infantes facit. Veſtræ

Caſsis cum Lancea. *Carol. VI. Galeam Regis ſpectrum.* *Lancea in caſsidem cecidit.* *Pauidũ facit pellis aſinina.*

Digitized by Google

Helmij Galeæ ſunt tituli iſti. *Conſternet nemo.* Nam monſtra & ſpectra, tollitis monſtro, fortitudinem fortitudine, viriditatem viriditate ſuperatis, hoc namque galeis conceſſum à Domino *Hierem. 46. State in Galeis, polite lanceas. Quid igitur? Vidi ipſos pauidos, & terga vertentes, fortes eorum cæſos.* Et infra: *Quia dies interfectionis venit ſuper eos, tẽpus viſitationis eorum.* Quapropter nedum vera galea ſed ſimilitudinaria hoſtium terror & victoriæ cauſa Præmiſſo Principi Lechorum (qui Galeas ex corticibus tenerioribus arborum confectas ad hoſtilia caſtra oriente ſole expoſuerat) fuit. Veſtris igitur Galeis ſcribendum erit. *Conſternet nemo.* Scytharum Princeps quidam Regi Hiſpaniarum reſpondebat: Si veſter Princeps equum ſibi non mundat, quomodo mecum pugnabit? quaſi aſcriberet ſibi, *Conſternet nemo.* Cum veſtris Galeis eſt equum nedum ſcire detergere & ornare, ſed vti & potiri equo. Vnde ſatis vobis aſcribendi iſti tituli erunt. Anno 1516. Scythæ Galeis vſi fuerant in bello Buſceń. ſed ad Wiſnioueciam á Duce Wiſniouecen; trucidati, licet toti erant in ferro. Sic veſtra Galea ſtetit & ſtabit.

Galea ex corticibus arborum.
Crom. lib. 2.
Stricon. lib. 24. Cap. 4

GALEA SALVTIS.

Mirifice galea ſalutis commendata eſt in ſcripturis ſacris, quam vti neceſſariam abſolutè ad conſequendum æternitatis finem, nobis D. Paulus commonſtrauit, dicens: *Et galeam ſalutis aſſumite.* Virtutes Theologicæ, Fides, Spes, Charitas, nobis hâc galea denotantur, nam ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Spes autem non confundit, at ſperantem in Domino miſericordia conſequetur. Charitas verò quæ horum eſt maior nobiſcum in cœlis coronabitur. Vnde Gabriel Symeon Florentinus in Emblem. Galeam depinxit in altari, ſupra quam è cœlo manus patera effundit aureos. Quo exemplari exprimebat illuſtris viri & Catholiciſsimi Lucani Mathæi Balbani ſacram intentionem, qui quotidie orabat Dominum, nullas ſibi diuitias dari, aut rerum afluentiam, niſi ſimul cum eiſdem recte vtendi voluntatem ac rationem. Hinc doctos viros alebat, pleriſque ſtipendia ſuppeditabat, aras implebat, milites conſeruabat. Dignum Principe votum, qua re tali Emblemati adſcriptum dogma expetendæ opes vt dignis largiantur. Talem galeam veſtram, ô Helmij conſpicio, affluit honoribus, diuitijs, bonis; nam abundans manus è cœlis vobis dignis diſpenſatoribus illa non negauit, ſic diuitiæ & honores cedunt vobis in retributionem, & galea in galeam ſalutis. Sed vnum mihi reſtat quo galea, galea ſalutis fiat, adhuc dicendum Iſaiæ 59. dicitur: *Vidit Dominus quia non eſt iudicium, & vidit quia non eſt vir, & apporiatus eſt, quia non eſt qui occurat, & ſaluauit ſibi brachium ſuum, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eum*

Galea ſalutis neceſſaria homini ad ſalutẽ
Ad Epheſ. 6.
Virtutes. Theologicæ.
Galea ſuper altari.
Galeam è cælo implet auro.
Opes expetendæ vt dignis largiantur.

Digitized by Google

uit eum. Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius, indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio Zeli. Senſus SS. Patrum eſt. Omnipotens Pater Filium ſuum in vindictam contra impios & iniuſtos armabit, contra iuſtos miſericordem faciet. Vnde dicitur galea ſalutis ſuper caput eius. Et veſtris Galeis ſalus aſcribitur. Eſt namq; vir in vobis qui faciat iudiciũ & iuſtitiam in terris, Tribunalia iudicia Terreſtria & Caſtreń. quibus præeſtis & præfuiſtis teſtificantur de vobis. Iuſtitia vobis virtus, in Xenodochijs, clauſtris Religioſorum, & Eccleſiarum cuſtodibus, rebus ipſis à vobis depicta, ſaluat brachiũ veſtrum, & galeam veſtram, galeam ſalutis effecit. Vnde Homericum carmen ſupponam vobis, cum Galea ſalutis ſit in capite veſtro, hoc eſt in principio cuiuſque operis.

Galea ſalutis in capite ob vindictã ſuam mendam.

Galea in capite ob iuſtorum perfectionem.

Precare benè

Quando vir haud nequam nec ſtultus videaris,
Per multum ſalue, atq; vale: Dij proſpera donent.

SOCRATICVM ROBVR.

ANtiſthenis Philoſophi dictum eſt: *Virtutem ſibi ſufficere ad fælicitatem, nec vlla re opus habere niſi robore Socratico.* Certe carentem tali robore, opus dicere: *Non putaram,* habentem verò illud, dicere *Putaram.* Veſtras galeas dum aſpicio, ô Helmij, Socraticum robur vobis concedo. Virtutem, fortitudinem, perſeuerantiam, & omne pulchrum & bonum. Diogenes percuſſus in faciem dicebat: *Neſciebam me debere habere galeatum caput.* Vos ſcitis: Athenienſes tumultuabantur ob verſiculum recitatum:

Laertij lib. 6. Cap. 1.

Non putarã.

Facies Galeata.

Quid turpe, ni videatur hoc vtentibus.

Quibus adiecit Antiſthenes.

Quod turpe, turpe eſt, ſiue credas, ſiue non.

Veſter autem tumultus in his Galeis veſtris cornua & cauda, vel folia querci, non ob turpe, ſed ob virtutem atque ipſius pulchritudinem, ſunt galeæ iſtæ ignominiæ hoſti victo, vobis victoribus ſunt gloria virtus & pulchritudo. Addidiſtis enim ad virtutem veſtram, illam virtutem, cuius armatura non poteſt detrahi. Nam enſis, clypeus, excutiuntur: virtute autem præditus, nunquam non armatus eſt, nec vinci quando poteſt. *Vnde Ceſ: Ripa in ſua Iconolog. par. 3.* Virtutem depingit inſuperabilem, hominem optimè armatum, qui in manu dextra haſtam, in ſiniſtra ſcutum, in qua auicula portat ramum oliuæ, cui inſcriptum: *Nec ſorte, nec fato,* Quare Alciatus tale Emblema fecit virtuti heroicæ & beatæ.

Bellerophon vt fortis eques ſuperare Chymeram.
Et Licij potuit ſternere monſtra ſoli?
Sic tu Pegaſeis rectus petis æthera pennis
Conſilioque animi monſtra ſuperba domas.

Digitized by Google

FAMILIA HELMORVM.

ARmorum meminit Dlugoſſus: Helm ſeù Arma ſic dicta, galeam habens haſtiludialem pro inſigni, ex qua prodeunt duo cornua pecorina, ex quibus prodit etiam pecorina cauda. Quis eiuſmodi armis vtatur, ſcire non potui, vidi tamen in Eccleſia noſtra Laticouienſi in Podolia eiuſmodi arma, inter alia demortuorum virorum inſignia noniter in Serico efformata. Vnde colligo eiuſmodi familiam benedictione Dei in hæc tempora ſtabilitam: Obſerua igitur diligenter quod Eccl. 10. admonuit, *Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.* Obſerua, *inquam*, nam his quoque malis, periodus in familias quandoque velociter inducitur.

H E L T.



DELINEATIO.

Sagitta per medium aeris

EST ſagitta, per medium aeris volans per longum, in campo albo, coloris rubei. Campus verò ſcuti formam refert coloris nigri ſuper galeam. De illo *Paproc. in Nido virtutum*, ſuper galeam caput cum extenſo collo canis venatici, charta linguam expreſſam gerit.

ORIGO.

Digitized by Google

ORIGO.

IN Regno Poloniæ antiquiſsima arma, vnde & *Starza* nuncupata ſunt. Scriptores non referunt, quibus meritis atque medijs collata fuerant, ratio tamen indicat, quod magna tentanti in medio furentis Martis, collata fuerint. Allata ſunt ex Germania à Noremberga.

SAGITTA SALVTIS.

GRaue & magnum in ſagittis contemplatus fuit, *Corn. Tacit.* dum de bello Germanico referendo dixit: *Sola in ſagittis ſpes, qua inopia ferri oſſibus exaſperant*: Salutem namque in ipſis miratus fuit, 4. *Regum Cap:* 13. Ioas Rex Iſrael deſcendit ad Eliſeum proximum morti, qui flendo ſuper eum, dicebat: *Pater mi, Pater mi, , currus Iſrael, & auriga eius.* Cui Eliſeus, *Affer arcum & ſagittas.* Cùm attuliſſet, ait Regi: *Pone manum tuam ſuper arcum,* & ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas Regis manibus, & ait: *Aperi feneſtram orientalem, & iace ſagittam;* & iecit. Et ait Eliſeus: *Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam, percutieſque Syriam in Aphec. donec conſumes eam.* Quid clarius dicendum erit, inter ſagittas, eſſe ſagittam ſalutis. Veſtram nemo per nubem impulſam ſagittam, quis ſalutem afferentem patriæ non ſpecificabit? Dicebat Iuſtinus, *lib.* 41. *de Parthis.* Hi pari cura liberos ſuos habent, & equitare & ſagittare magna induſtria docent. Vobis verò, militaris cura prædeceſſorum meritis commiſſa, non alio fine, quàm patriæ defenſionis, & Regis munimine, præcordijs inhæſit, vt in vobis perficiatur, quod *Cic. ad Attic. lib.* 5. *dixit*: Magna tormentorum copia, multis ſagittarijs, magno labore, apparatu, multis ſaucijs, incolumi ex noſtris exercitu, negocium confecimus. Hoc antiqua arma veſtra, hoc in multa tempora deducta familia, hoc virtutibus, ſcientia, exercitio clara progenies veſtra, ſecum tulit & ſignificauit. Sitis ſalus Regno & Reipub. dum ſagittipotens, ſolis hunc ſuſtinet orbem.

Sola ſpes in ſagittis.

Sagitta ſalutis domini.

Parthi ſagittare, equitare, docent liberos.

Sagitti potens ſolem ſuſtinet.

MERIDIES SATVRNI.

FIgurando meridiem Cæſ: Rippa in 3. part. Iconologiæ, ponit in dextera manu iuuenis ſagittam, tùm vt doceat radios ſolis penetrare intima terræ & maris, tùm omnem vmbram noxiam, à rebus ſubtrahere. Vnde Ouid. lib. 2. Metham.

Iamque dies medius rerum contraxerat vmbras.

Meridiem Saturni, ſi quis finxerit, non aliud dicat, quam quod

 noctem

Digitized by Google

noctem & vmbram à Regno depellit. Sagittarium veſtrum meridiem Saturni dicam. Nam Sagittarius ille, qui ſuſtinet orbem, dum Idibus Februarij occidit, dicente Columella vehementer hyemat, dum verò oritur, quodam modo meridiem præſefert. Sagittarius autem veſter, qui ſuſtinuit impetum hoſtium occiſionem ferentem: (depellendo vires, haſtas, tormenta illorum) meridiem noſtro exercitui attulerat. Vnde nobis riſit Saturnus, illis verò fremuit. Volans ſagitta veſtra per medium cœli quid? lætitiam hanc meridiei Saturnicæ defert. Dux Coſacorum Saidacius, nuncium Conſtantinopolis Patriarchæ Schiſmaticum, dum reduxiſſet annis ab hinc 13. in Sorokam Moldauiæ, quidam Mechmeth interpres Soltani Galga illi miſerat venaticos canes & arcum electum cum ſagittis, muneris loco, miratus audaciam hominis, ferentibus dixit Scythis: Vnde nouit me venatorem eſſe confrater veſter? venor, ſed Scythas & Turcas in campis: referte pro munere mittenti. Opto vt Deus Max. det mihi vitam & vires impellere ſagittas ex hoc arcu in præcordia & mittentis, & fortiſsimorum Scytharum. Ceſsit omen. Nam ſub Chotino in præſentia Vladiſlai Principis, nunc diuina prouidentia Regis Poloniæ Turcis & Scythis atro horore ſtetit. Talis eſt veſtra ſagitta: Nouit venari famam, venari gloriam, nouit patriæ laudem, ſibi amorem, hoſti afferre terrorem. Veteres meridiem mediam noctem dicebant: inquit Varro: *Nos diem mediam nuncupamus.* Sitis ergo meridies die & nocte, qui eſtis familiæ antiquæ. Sitis meridies Saturni & Iouis, hoc eſt, & in pace & in bello, in toga & in ſago, Regi, Regno, Senatui ſalutares.

SAGITTA FORTIS.

HOratius 3. Carm. Ode 10. acute de forti Sagitta. *Interim dum tu celeres ſagittas promis, hæc dentes acuit timendos.* At ſimpliciter fortem ſagittam nec quando fallacem multa faciunt. Alco peritiſsimus ſagittarum iaculator, cum vidit filium ſuum colubrum innaſiſſe, & cum diſcrimine vitæ cingere, vti peritiſsimus iaculator ſagittarum, arcum tetendit & colubrum occidit, filium non lędendo; mirabile hoc opus fuit. Sed addit M. Manilius. Ars erat, eſſe Patrem. Tamen erat ſagitta fortis, & ſagittator fortiſsimus. Sed fortior mihi ſagitta eſt, quam 4. Eſdræ Cap. 16. vidi. *Nunquid repellet aliquis ſagittam à ſagittario fortiſſimam? Dominus fortis immittit mala & quis eſt qui reppellet eam?* Si verò mittet ſagittam ſuam in vindictam. quam fortis ſagitta ſua erit? Ierem. 50. quid dicatur, accipe. *Ecce ego ſuſcitabo congregationes gentium magnarum de terra Aquilonis, ſagitta eius quaſi viri fortis interfectoris, non reuertatur vacua, quoniam exultatis, & magna loquimini diripientes hæreditatem meam*

Coluber ſagitta occiditur ad ventrē filij.

Sagitta in vindictam à Deo miſſa.

Digitized by Google

meam, quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam & mugiſtis ſicut tauri. Sed quis niſi impudens negabit fortem ſagittam & ſagittatorem Deum? Veſtra ſagitta vt ſit fortis atque conformis vetuſtorum heroum familiæ veſtræ, ſagittas veſtras tinctas habete, non quidem Gæthorum more de quibus Ouid. de Ponto Eleg. 19. ad Seuerum. *Sagitta tincta*

Nulla Gæthis toto gens eſt truculentior orbe
Tinctaq́; mortifera tela ſagitta madet.

Sed tingite in Chriſti ignominijs, Eccleſiæ Zelo, Sacramentorum honore, & ſagittas veſtras, in perfidias gentium, hæreſum blaſphemias, ſchiſmaticorum errores, hoſtium vires, fortiter complebitis.

SAGITTA ARDENS.

DIuus Pſaltes hanc ſagittam adumbrabat pſalmo 7. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* Sed variè ardentem ſagittam nominare licet. Eſt inter aeris impreſsiónes ardens ſagitta, dum humor aduritur velocitate tanta, quaſi ſagitta cucurriſſet, ſed talis ſagitta licet ardens ſit, tamen ſerenitatem indicat. Verum ardens propriè, non erit ſagitta, quam ſi igne ardeat. Ita Ezech. 39. *Egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael & comburent arma, clypeos, & haſtas, arcum, & ſagittam.* Erat ſagitta & ardentius ardens, cum Romæ ante peſtem inguinariam, corpora i viſu è cælo deſcendebant ſagittæ ardentes, & ferientes. Erat ſagitta & ardentiſsime ardens, qua Angelus præcordia feriebat S. Tereſsiæ, incenſionem amoris diuini irradiando, & deſiderium incedendo, ſunt enim adminiſtratorii ſpiritus. Veſtram hanc ſagittam dum volantem video, ardentem cogito: refert namque ſagittatoris vim ardentem, aut materialem, aut formalem, aut vtramque. Adhibuerunt ad deſiderij charitatis ignem ad ſuas ſagittas prædeceſſores veſtri, vnde non mirandum ſi ardenter currendo, magis ardentius currat. De Sagittario cæleſti fingunt Poetæ, quod fuerat filius Euphemes nutricis Muſarum dictus multis nominibus, Centaurus, Chiron, Crocus, qui cum habitaſſet cum Muſis, poſtmodum venationi & ſagittis incumbebat, mortuus Muſarum precibus à Ioue inter aſtra relatus. Tam ardens ſagitta veſtra his Muſis, Fide, Spe, Charitate, vt pennis quibuſdā elata, ardentem gloriam Seraphinorum & Cherubinorum aſſequetur.

Ardentes ſagitta. *Maxime ardens ſagitta.* *Sagittarius quomodo in cælo.*

Familiam Heltorum adnotare non potui. Laticouiæ in Podolia inter arma nobilium defūctorum vidi talia arma nouiter depicta: Quapropter poſteros in diem præſentem forte manere dicerem. Antiquæ familiæ iſta habemus ſcriptis porrecta: Sifridus & Melchiſedech Heltij in Regnum Pol. venerant. Imperatoribus Rom: demū Regibus Pol. gratiſſimi. Ex quorum vno filia relicta, Koniecp. præcipue Caſtell. Roſperſcen. & Capit. Vielunen. genitrix fuit. Pap. in Stem. *ſed ſub Armis Pobog videbimus.*

HERBVRT

HERBVRT.



DELINEATIO.

Gladij in pomo.

TRes gladij integri intra pomum viride ad modum diametri diſpoſiti, in campo rubeo.

ORIGO.

EX Sclauoniæ partibus in Regnum illata fuiſſe, ſub Caſimiro Magno Rege Poloniæ, ſed cum ante duos gladios pro ſtemmatibus haberent, Carolus magnus Imperator pomum viride Paradiſi dictum cum gladio addidit, quia ſicut in Sclauonia inchoata familia ſingulari fortitudine ac virtute præfulgebat, ac in Saxoniæ regno non minori gloria floruerat, ita contra Vngaros rebelles pro Imperatore animoſi, inuicti, & victores refulſerunt. Quapropter armis addi voluit gladium & pomum, *Ita Guiciardinus.* Claris igitur armis, toga, Marte, & Minerua, fide & fidelitate additio facta eſt, *Bielſc: lib.* 3. Ludouico Rege regnante veniſſe, Anno 1378. refert. Venit Vladiſlaus Dux Opolień. cum Friderico, Venceſlao, Nicolao de Fulſtyn. in Morauia.

INVICTA FORTITVDO.

In pomo trāſfixo gladio fortitudo:

NOn te moueat, quod pomo tribus gladijs tranſfixo, inuictam fortitudinem adhibuerimus, nam & columnam lapideam transfixam ſagitta, inter Nobilium arma cernimus. Quod

rem magis

rem magis in dubium vocat, ſed in his non ita rem ſignificatam quàm modum ſignificandi conſideramus. Quid enim cauſæ, quod Herculi fortiſsimo, & in diuos redacto pro boue fortitudinem ſignificante in ſacrificio pomum immolare licitum fuerat? *Dic profecto:* Etiam pomum inuictæ fortitudinis fuiſſe ſignum denotat, ſed ad rem intentum vt deducamus, pomum vniuerſum orbem ſignare. Hinc Imperatoribus orbis, pomum offertur aureum; Qui igitur tres partes mundi, Aſiam, Africam, Europam, ne dum peragrauit, ſed gladio, vt alter Hercules confodit, ille inuictæ fortitudinis erit, & qui extrinſecis ſignis, quod intrinſecis notis expræſſerat, repræſentabit, merito in pomo gladios tres ſuſtinebit. Herculis ſtatua ærea, in Capitolio Romano obducta pelle Leonina, vna manu geſtabat inſigne Ducum exercitus clauam, altera poma tria, in quorum ſingulis littera *S.* notata fuerat, Hæc quidem antiquitus ſilentium indicebat, *vt Cellius refert.* Sed ibi ſilentium ob attentionem innuendo, aliud ſignificabat, per primum enim *S.* ſignificabatur Sagacitas, per ſecundum *S.* Strenuitas, per tertium *S.* Solertia Herculis, *ita Heucer Delphius de rebus Burgen:* Herborthorum verò ſtatuæ & inſignibus, eſt pomum cum gladijs tribus, qui quidem non aliud ſignum referunt, quam S. vt nedum intelligeres, eras Herburthe, *ſed es,* imo vt in ſingulis gladijs litteram *S.* contempleris, & iam non in pomo, ſed ex pomo, & intra pomum. Primumque S. intelligas ſiſtit, ſecundum *S.* ſtrauit, tertium *S.* ſuſtulit. Sed quæres, quid ſiſtit, dico Sauromatas, quid ſtrauit? dico Scythas, quid ſuſtulit? dico Skinderos Turcarum & Baſſos, & ne quid dubites de modo & quando. Siſtit Sauromatas ſtylo, leges & ſtatuta conſcribendo. Strauit Scythas gladio, Ioannes Capitaneus Bareñ. & duo Nicolai Palatini Ruſsiæ. Suſtulit tertio gladio Turcarum Scindros, Fælix in Multania ſub Ploieſto, vbi Michailum terrorem vt vocabatur Turcarum depullit. Seuerinus ſub Obertino cum Valachorum Palatino, muro à Sarmatis Turcarum. Quid de Capitaneo Præmiſlieñ. quid de Caſtellano Sanoceñ. Capitaneo Tlumaceñ. Caſtellaneo Cameneceñ: Capit. Skaleñ. & alijs referam? non eis licebit vſurpare illud: Virg.

Columna ſagitta transfixa.

Pomum pro boue Herculi immolabatur

Pomum eſt orbis.

Herculis ſtatua poma cum S. nota tenebat.

Pomum Herburtorum in gladijs habet S.

Herburthorum dignitates.

Mutemus clypeos Danaumque inſignia nobis:
Aptemus: *virtute, non dolo procedere maluerunt,*

Refert *Cardanus de rerum varietate lib. 1. Cap: 56.* Keimetus Rex Scotiæ, Emitlindum Fenellæ filium occiderat. Fenella vltrix, ſtatuam fieri curauit prægrandem & elaboratam, in cuius manu poſuerat pomum aureum, oneratum precioſis gemmis, & lapidibus: ſed quicunque illud tangebat, quaſdam ſagittas ab intra emittebat, & enecabat.

Pomum interficiens.

Digitized by Google

& enecabat. Vt vidit Rex, audacter acceſsit, & periјt: Non ars, ſed virtus pomis veſtris affixa, vt qui tetigerit hoſtiliter minus decore, nimis audacter, vincitur, ſternitur, perimitur. Ieremiæ dicebat Deus: *Quid tu vides Ieremia: & dixi: Ficus bonas, bonas valde, & ficus malas, malas valde, eò quod comedi non poſſunt.* Ita de pomis veſtris dicendum, licet gladijs plena ſint, ſunt tamen bonis bona, & valde bona, ſicut malis mala, & valde mala. Eccleſiæ, Regi, Patriæ, Regno bona valde; hoſtibus, periuris, maledicis & blaſphemis valde mala. Vt veritas ſerpentis doloſi ſub falſitate latitans exprimi illis poſsit, moriemini & non viuetis.

Ficus bona.

Poma valde bona & valde mala.

PVLCHERRIMA ACCIPIET.

Pomum cum oraculo.

FIngunt Poetæ Iouem in terram demiſiſſe pomum, cum tali oraculo: *Pulcherrima accipiat.* Concurrebant Pallas, Iuno & Venus & pulcherrima omnium Venus accepit. Suppono Apologo veritatem, tres gladios Marti, Palladi, & Dianæ ablatos Deus inſertos pomo demiſerat in bello, & cecidit in Herburthum à Fulſtyn, & facta eſt familia eius pulcherrima, in Sileſia, Polonia, Ruſsia, Podolia, cui feſtinat benedicere omnis viuens. Moyſis benedicebat Iozepho Deuter. 33. *Benedictio eius de bonis cæli, rore atq; abyſſo ſubiacente, de pomis fructuum ſolis ac Lunæ, de pomis collium æternorum.* Locum hunc dum Titus Broſten. lib. 3. con. Manich. conſid erat. *Poma* (inquit) *collium æternorũ ſunt poma cæli: Poma autem cæli ſunt, quia cælum halant, per locutionem cælum olent, per conuerſationem cælum ſapiunt, per rerum ſupernarum guſtum.* Hanc & tantam benedictionem meretur Familia Herburthorum. Nam ne dum forti gladio Martis, ſed forti ſtudio Palladis, forti veritate Dianæ, Patriam vndique ornant, dum illuſtres militia, celebres ſapientia, ſolertes prudentia, illos mirabimur. Ab illis namque clarum ius in Regno, firma protectio in bello, maxima perſuaſibilitas in legationibus procedebat. Hinc vigilantiſsimi Duces in exercitu, veriſsimi indagatores in Senatu, optimi apud Imperatores Henricum & Turcam legati fuerunt. Quapropter pulcherrima Familia, pulcherrima accepit. Ornata enim multis dignitatibus & honoribus à Rege, coniuncta ſanguine ſummis in nobilitate & honore permanet. Et quod pulcherrimum orbis Polonicus habuit, hoc pulcherrimæ Familiæ Herburthorum conceſsit. Ezechielis 57. promittebat Dominus: *Orietur lignum pomiferum, non defluet folium ex eo & non deficiet fructus eius, per ſingulos menſes afferret primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam.* Mirabile & ſalutiferum pomum. Habet tam mirabilia & ſalutifera pulcherrima

Gladij vnde tres.

Familia pulcherrima Herburt.

Benedictio in pomis.

Poma ſunt cæli.

Folia pomi medicina.

Digitized by Google

pulcherrima familia Herburthorum poma, quia aquæ eorum de ſanctuario procedebant. Parentes intelligo pios & timoratos, qualis erat Palatina Ruſsiæ in Fulſtyn Podoliæ & Iaromirka permanens, quæ vidua relicta, omnes conſecrabat dies orationibus & ieiunijs. Qualis erat Regina Zolkiewska de Fulſtyn Cancellarij & magni Ducis coniux. Qualis eſt relicta vidua Caſtellana Cameneceñ. in Podolia & Capit. Scaleñ. Quocirca poma eorum cedunt in fructum Regno, & folia in medicinam. Iagello Rex Poloniæ Anno 1432. Leopoli vltima Nouembris dum pro exercitu contra Swidrigalum miſſo, ac ſuum Ducem Fedorum, toto fermè die Dominum exorabat, eo ipſo die pauca manu fortiſsimum & aſtutum hoſtem proſtrauit ad fluuium Morachwa. Et tametſi locus victoriæ vltra quadraginta Leucas à Leopoli fuiſſet, ea die tamen noua diuulgata per Leopolim (ignoratur à quo) victoriæ & lætitiæ fuerunt. *Ita Stricouius lib. 16. Cap.* 4. E ſanctuario quoque cordis veſtrarum matronarum Herburtorum poma aquas defluere faciunt; ideo & folia illorum, conſilia puta & intentiones medicinam ſtillarunt. Benedictio ſit vobis, quia boni & optimi parentis eſtis filii. Hoc igitur à vobis expectabimus. Producite nobis noui temporis nouum pomum Illuſtres & Mag. ſoboles prædeceſſorum. Quod fælix fauſtumque nunciet, conſecret Dominus.

Aqua de ſanctuario à corde pij.

Iagello orando exercitum iuuit.

FESTVM POMILEGIVM.

AVtumni temporibus per dies ſeptem feſtum Athenis celebratur fuit Pomilegium dictum; habebant tunc poma ſuum honorem, gens verò lætitiam: Poma Herburthorum ita fortiter iuncta, quis non feſtiua nominabit? Non tamen Pomilegium feſtum, ſed feſtum Pomicoronarium nuncupandum erit, ſunt namque à die collationis ſuæ ad præſentem diem, nullibi lecta, ſed coronata poma. Demetrius Imperator cuſtodem pomarij ſui medicum vocabat, quanta enim cura circa ſanitatem hominis, tanta & circa pomaria adhibenda venit. Veſtra verò poma ſunt & medicus & medicina, curatis namque Rempub. gladio, vt medici Pharmaco, conuerſatione vero ſua vt quodam anthidoto. Hinc per vos Regno nunquam Feriæ, at ſemper feſta veniebant, nunquam pomilegium, ſed ſemper pomicoronarium, accedebat. Felices namque in bello, recti in conſilio, optimi in Senatu. Vno tamen tempore ſit veſtrum Pomilegium, de quo Amòs Propheta Cap: 8. dicit Dominus ad Prophetam: *Amos quid tu vides? vncinum pomorum ego video.* Mors legit poma veſtra, vncino gladios cauendo. Suſtulit optimæ ſpei virum in adoleſcentia, Nicolaum Herburth, Capit.

Pomicoronarium.

Pomarius medicus dicitur.

Vncinum pomorum.

Tlumaceń: Suſtulit Gaſparum Herborth, per inuiſam vetulam & matrem coniugis, ſuſtulit Fridericum miſſo vncino in manum Scythicam, Seuerinum in manum Valachicam &c. At his omnibus illud Epitaphium Caroli Medicis, quod ſibi Imperator Ferdinandus fecerat ſubſcribendum: *Poma immatura mundo, matura cælo,* Vndè *non illos mors ſuſtulit, ſed transtulit, vacua namq; poma, licet pulchra ſint, mors aufert.* In loco Sodomæ ſubmerſæ, naſcuntur pulchra quidem poma, ſed fumo, puluere, cinere, plena, vſui vacua. Talia aufert mors, ſed poma ſpecioſa, ſana, ſapida, de quibus Cant. 6. *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma & inſpicerem ſi germinaſſent.* Transfert mors in menſam regiam & cæleſtem. Vnde ſponſa ait: *Poma noua & vetera ſeruaui tibi dilecte mi.* Vt igitur poma veſtra non patiantur Pomilegium famæ, ſed Pomicoronarium memereantur, nec mors illa legat vt demittat, ſed vt transferat, ab vna parte armis veſtris inſcribite illud Hierem: 17. *Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra ſcribentur.* Ab altera vero parte illud Cant. 6. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.*

Poma Sodomiticà vacua.

Poma quæ mors aufert & quæ transfert.

Armis Herburthorum bi arcus inſcribantur.

FAMILIA HERBVRTORVM.

VLadiſlaus *Dux Opolień. Caſimiri Magni à ſorore filius, maximè dilectus Regi Vngariæ, & Poloniæ Ludouico, Gubernator ab ipſo Ruſſiæ & poſtmodum totius Regni,* vt Cromer. lib. 13. *Tres vterinos fratres Herburthos in Ruſſiam, Fridericum, Venceslaum, & Nicolaum de Sileſia, ſeu Morauia à Fulſtin, ſecum conduxit,* 1382. *Qui in Podolia arcem cum Oppido Fulſtin fundarunt: De quibus eorumq; poſteritate,* Orichouius in Quincunxe magnifica collatione 6. retulit. *Fridericus in bello Socaleń. obit. Andreas ad Starodubum multis incommodi bellis laceſſitus, obijt: Ioannes Capit. Bareń. partium Ruſſiæ & Podoliæ magnus defenſor & Reip: optimè meritus. Ex Krotowſka Palat: Inouloceń. filia reliquit, coniugem Capitanei Scaleń: Lanckoronſki. Valentinus Epiſ. Præmisl. in Concil. Tridentino vir grauis, qui cum duodecim Epiſcopis deſignatus fuit ad colligendos abuſus, per Sacroſanctũ Concilium abolendos. Ioannes Caſtell. Sanoceń: Præmislień. Capit.* de quo Orichouius: *Difficile inueſtigare, an magis virtute, quàm doctrina præditus fuerit. Collegit Compendium Chronicę Pol. Statuta Regni ſcripſit quibus nobilitas vteretur. Legationem ad Henricum in Galliam perfecit. Stanislaus Caſtell. Leop: Sambori reliquit Petrum multarum linguarum peritiſſimum. Nicolaus Cap. Leopol: in rebus bellicis nobiliſſimus vir. N. Caſtell. Belzeń. de Chlipie in Præmisli: Terra, reliquit*

Digitized by Google

ra, reliquit ex Hodnowſka Albertum non degeneres ſibi, qui domum notabat à z Boyſka, ex Bełżecka reliquit poſteritatem: Et Ioannem peritiſſimum in externis nationibus, & in bellicis rebus contra Moſchouitas ſtrenuiſſimum, & propriis expenſis in Caſtra properantem. Coniunx eius Goſtinſka, & filias quinque maximis viris nuptas, vt memorat Paproc. *Iacobus à Miżieniec bellator indefeſſus, ex Vapowſka reliquit Abrahamum, & duas filias, quarum vna Zebrzydowſcij Stęzyceń. & Boleslaw: Capitanei coniunx erat. Nicolaus Rothmag. clariſſimis ſub Mieleccio Duce Exercituum, dum Bogdanum Sedi Valachicæ reſtituebat, & ſæpe ſæpius contra Tartaros. Poſtmodum Palat. Ruſſiæ, reliquit ex Lanckoronſka filium Ioannem, ſecundò matrimonio habuit Zorawinſcij Caliſień. Caſtell. filiam, reliquit Capit: Tlumaceń. Ioannes qui notabat familiam ſuam à Bruchnal. Maximus vir, tempore interregni habuit coniugem Annam Sczawinſka Caſtell: Lencicień. Capit: Sochacouień. Varcenſi filiam. Ioannes ex Lanckoronſka Palat. Ruſſiæ filius, quis fuerit Epitaphium Camenetiæ in Podolia, in Eccleſia Cathed. referat.*

Hoſpes quiſquis es.

Greſſum ſiſte, oculos erige, animum adhibe.

Illuſtris & Magnificus Dnus. Dnus. Ioannes Herburth à Fulſtin, Caſtell. Cameneceń: Hic quieſcit mortuus.

Dole mortuum, virtutes iubent, honores iubent, poſteri iubent.

Gaude mortuum, Caſus iubent, pericula iubent, miſeriæ mundi iubent.

Vel dicam breuius.

Vitæ illius dies benè acti, melius peracti, iubent.

Dole. Nam mortuus eſt:

CVIVS.

Surgentem ætatem, Pallas cum Muſis ob ingenium ſtupuit.

Creſcentem, Turca, Scytha, Suecus propter fortitudinem timuit.

Matureſcentem, Sigiſ. III. Pol: Rex propter fidem amauit.

Ingraueſcentem, Reſp. Senatoris ſubſellio propter cõſilium illuſtrauit.

Ille mortuus eſt, Qui

Pietatem Chriſtianam integrè coluit, fidem Catholicam conſtanter tenuit, Religionem, Patriam ſincere ſeruauit.

Dole igitur & gaude, vtrumq; potes, vtrumque debes.

Hoc volebam te ſcire. Abi, & diſce viuere,

Vt ſcias mori: Obijt 1626. Ætat. 58. 7. Octob.

Digitized by Google

HIPPOCENTAVRVS.



DELINEATIO.

EST homo parte anteriore, poſteriore verò equus tendens arcum retrorſum in partem dextram in os draconis.

ORIGO.

EX Imperio Romano Iulio N. Cæſare imperante, quum contra eum cum Pompeio plurimi fuiſſent Romani & Duces illius Dolabellam & Pompeium viciſſent, iram Cæſaris euitando plurimi cum Libone ſeu Palemone quinquaginta nobiles in ora Lituaniæ vbi nunc Samogitia peruenerunt. *Vide Miechou. lib.* 2. *Cap.* 8. Pro ampliori cognitione, animaduertendum eſt, quod vetuſtioribus referentibus quidam Itali deſerentes Italiam, terram Lithuaniæ ingreſsi, inter quos nobiles venerat quoque Iulianus Dorſprongus horum inſignior. *Vide Stric. lib.* 3. Hi ergo in Samogitia & Lithuania à fundatoribus deſcendentes talia arma ferunt.

MONSTROSA VIRTVS.

NON ſine aliquo tamen fundamento & Poetæ Hippocentaurum monſtrum eſſe dixerunt. Figmenta enim licet ſint Poetica

Poetica. *De quo & Cic. de Nat. Deorum. Quis Centaurum fuiſſe aut Chimeram putet? quaeue anus tam excors inueniri poterit, quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta extimeſcat?* Fundamentum habent iſtæ fabulæ, & certam occaſionem. In Teſſalia enim iuxta Pelion montem, cum incolæ primum iuuencos & boues ſtimulis agere cæperunt, populus ille ab incolis vocatus fuit Centaurus, qui cum domare poſtmodum equos, ac illis vti cæperunt, & aſsidentes illis, quaſi vnum corpus cum equis coaluiſſe viderentur, monſtra vocati ſunt. Et cum ante ſe agebant ſtimulis boues, Hippocentauri fuêre nominati. Merito igitur his virtutem monſtroſam aſcripſimus. *Non eſt modica fortitudo humeris ferre iuuencum, aut ferramenta equorum infringere, aut tantum pondus vnum ferre, quantum decem & vltra non poſſunt: ſed belluam ferocem, velocem, & fortem domare, ac iuxta placitum illo vti, certe virtus monſtroſa eſt.* Verum iam vobis, qui his armis inſigniti remanetis, aliunde virtus in bello excellens, inuincibilis, monſtroſa virtus nuncupanda: Et nedum quod cum Pompeio Magno, tam mirabili progreſſu magnanimam virtutem adepti eſtis, ne dum quod tam potentes Duces Iulium Cæſarem fortes terra & mari, monſtroſe viciſtis: ne dum quod ipſum Cæſarem, hoſtem capitalem veſtrum, & ingenio & fortitudine illuſiſtis. Sed quod tantum orbis ſpatium medios inter hoſtes, montes, Alpes, fluuios, maria peragraſtis, ac noua gente ſtabilita & progenita, Italiam, Hiſpaniam, Angliam, Germaniam, Pruſsiam & Poloniam, virtute & progreſſu monſtroſo poſtmodum debellaſtis. Et niſi optimus Rex Iagello vnitas Regiones, fide & obedientia Regno & Eccleſiæ feciſſet, poſteritas primorum ſuorum olefaceret & in præſens conceptus. Profecto monſtroſa in veſtra familia virtus. Domaſtis non ſolum boues & equos, non ſolum vrſos Dracones, Leones, Aquillas, ſed Regna, Imperia, ſceptra, coronas. Qui igitur ſupereſtis & tanta gloria ac fama nomen retinetis, illud ſummopere vobis cauendum erit, ne id vobis quadret, quod de Gentilium Dijs vanis modo aſſeritur.

. . . . Atq;
Ablata eſt Pythij vox haud reuocabilis vlli
Temporibus longis, etenim iam ceſſat Apollo.
Clauibus occluſus ſilet.

OPTIMA BONITATIS NOTA.

NVllum monſtrum ſine aliquo præſagio, & nota fuit. At communiter fit nota mali. *Vnde de Hippocentauro refert Plin. in Claudio Cæſare,* monſtroſos huiuſmodi partus aliquando editos, *Nota maligna Hippocentaurus. Hippocentauri naſcuntur homines.*

editos, non ſine graui alicuius mali impendentis præſagio. Natus in Teſſalia ex muliere Hippocentaurus, Claudij Principatu, & malum belli ſubito ſubſecutum fuit. Sed nedum ob aliquod ſignum mali imminentis monſtra fiunt, ſed quandoque ob peccatum parentum declarandum vel puniendum, quandoque ob aliquod accidens. Ob peccatum declarandum *inquam*, nam Anno 1555. Turingiæ mulier peperit filiolam quam è veſtigio ſecuta eſt flamma ignis cum fragore imitante bombardarum ſonum, repleuit conclaue fumo fetenti: combuſsit corpus fermè totum infantis & loca matris, & mortui ſunt. Et Cracouiæ natus erat puer cum dentibus, qui baptiſatus amiſit eos: Aliquando ob peccatum puniendum. Vnde cum mulier peperiſſet puerum, qui à medietate erat ſerpens alatus, patrem dum venit aduolando obpræſsit & ſuffocauit. Aliquando ob aliquod accidens vel imaginationis *vt Plin. refert.* quandam enixam, fuiſſe filiam camelli modo piloſam quod præ oculis in conceptu haberet imaginem S. Ioannis Baptiſtæ pillis camelli obductam. Vel ob obſtructionum aliquarum, vt in agro Sueſiano mulier prius peperit tres lapides, tum puerum, *vt S. Anton. refert.* Vobis igitur cauenda eſt nota maligna, quæ ex corruptione morum prouenit, ſed mel teneatis in ore, melos in corde, omnibus affabiles eſtote, & Domino grati. In Ægipto Hippocentaurus in melle eſformatus inuentus fuit. *ait Plin.* Rem monſtroſam & malignam pijs & virtuoſis actibus adornate, & aſpera in ambroſiam cedent. Sit vobis in viuum exemplar Paulus Dux Olſanien. qui ex Luceorieñ. ad Vilneñ. Cathedram aſſumptus de veſtris armis fuerat: Anno 1536. duodecimus ordine, in qua ſedit annos tredecim.

Monſtra propter tria.

Partus cum ſonitu bombardarum.

Partus piloſus.

Mulier lapides parit.

Hippocentaurus in melle.

Omnibus ille fuit chariſſimus, atq; mirandas
Patria virtutes quas imitetur habet,

Familiam Hippocentaurorum ipſe lector adnotabit, præcipuè dum Lithuaniæ Ducatus præcipuas familias antiquas animaduertere non negliget.

HOLOWIN-

HOŁOWINSKICH.



DELINEATIO.

EST luna media ſurſum cornibus obuerſa coloris flaui, intra quam alta crux coloris eiuſdem vel aurei, ſubtus lunam verò ſunt duo montes coloris viridis. Diſponuntur vero ita montes, vt appareant eſſe arma Odrowąz dicta.

ORIGO.

IN patrio ſolo Ruſſis debito acquiſita fuerunt. Nam cum aduertiſſet hoſtem Regni quieti deditum, datis ſignis exercitui ſuo cunctos oppreſsit. Quocirca montes vnde ſpeculabatur hoſtem, lunam cum cruce, quia de nocte & feliciter contra eum proceſsiſſet, pro inſigni accepit. Sic iuſtitia tribuit quod cuique par eſt.

SPECVLVM GLORIÆ.

MOntes gloriam eſſe elementi terræ atque ornatum, quis in dubium vocabit? Mons enim licet ſit quidam tumor terræ, ſed ab eminendo eminens dicitur. Quapropter omne eminens in aqua & àëre, mons quoque vocatur, hinc Virg: *Præruptus aquæ mons*. Luna orbium eſt gloria. Vnde viuentium matrem antiqui dixerunt. Crux eſt gloria cœli, & tanta gloria, vt cruce repara- *Luna orbium gloria.* *Crux gloria cœli.*

Pp tum

Digitized by Google

tum fuerit nunquam inſolubile cælum. Scripſerat quidam de Cæſarum gloria.

Omnia Cæſar erat, ſed gloria Cæſaris eſſe
Deſijt: & tumulus vix erat octo pedum.

At de Cæſare noſtro vero Ieſu Chriſto, qui cruce vicit hoſtem, cruce aſcendit & regnat in cælis, iam dicendum venit: Chriſtus.

Omnia Cæſar erat, ſed gloria Cæſaris eſſe.
Non deſijt: cuncta timent eum.

Quia præſidet ipſe creatis. Arma igitur veſtra nihil aliud erunt, quam ſpeculum gloriæ, ſi in eis montes, lunas, cruces, & vnum ſuper aliud expoſita geritis, & conſeruatis. Lamachus præfectum quendam in bello peccantem repræhendebat acriter, *refert Stob: ſerm:* 54. Et cum ille diceret, poſthac ſe nunquam peccaturum. *Reſpondebat*: Non licet in bello bis peccare, quod ſi irremediabile eſt in bello & graue bis errare, imo ſemel errare non licet. Me hercule ſi ita fit in bello, errare in gloria & honeſto, nihil grauius nil turpius erit. Arma veſtra ſpeculum gloriæ ſunt crux, luna, mons, quam gloriam requirent? conſcientiæ, famæ, ſalutis. Cæterum, qui color albus erat, tum erit contrarius nigro.

Non licet in bello peccare.

SOLIDA DOMVS.

NON quidem eſt humani fauoris, ſolidam ſperare domum, qui vitam alterius momenti, ſuam dicere non valet. Neque induſtriæ humanæ eſt, ſtabilire fundamenta domus, licet ſuper ſolidam firmet petram illius initia. Sed ſolida domus erit, quam voluerit altiſsimus ſolidam manere. Vnde dicitur Petro. *Quid ad te? Sic eum volo manere.* Et concluſerunt inter ſe, quod diſcipulus ille non moritur. Non erit ſolida domus, niſi quam voluerit Deus talem manere. Exaltatam domum veſtram video, dum arma hæc inſpicio, ſed quia non vosmetipſos, ſed Deus vos exaltauit, non licebit ſubiungere, qui ſe exaltat humiliabitur, ſed quem Deus exaltat, iterum exaltabit, ſolidabitque. Hinc Pſalm: *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.* Quapropter præmonemur: Deut. 20. *Si quis ædificauerit domum, & non dedicauerit eam, reuertetur de prælio.* Solemnitas magna eſt dedicatio domus. O quanta ſolemnitas, ſi Dominus ædificet domum & dedicat ipſe alicuius familiæ, nè dum ſolida, ſed & ſancta erit. Solidata eſt domus familiæ veſtræ cruce, ſignum quod & ædificat, & cuſtodit quoque illam Dominus.

LINEA

Digitized by Google

LINEA FAMILIÆ, HOLOWINSCIORVM.

IN Wolhynia *facile eſt conſpicere familiam. Haurilius vir marte præſtans, cum Duce in Czartorijſko, multoties Scytharum cuneos inuadebat, proſtrabat.*

Georgius *Dux in Czartorijſko, duxerat in matrimonium Hołowinſciam.*

IAŁOWICKICH

ſeù Portarum.



DELINEATIO.

EST porta Caſtrenſis coloris albi, in campo rubeo, ſupra portam aurea crux, victoribus namque lætus color, pugnantibus ſanguineus, triumphatoribus aureus conuenit.

ORIGO.

CVM in Volhinia antiquus vſus horum armorum, virtutis anhelitu, & celebri obſeruantia in patriam, vſque modo reperiatur: à Ducibus Ruſsiæ, initia habuiſſe facillimè conſtat.

Digitized by Google

Caſtrorum igitur irruptori & diſruptori, ſiue in campis, ſiue Ruſſorum more in Oppidis, collata fuerunt. Quam dulciter Propertius.

Quod ſi deficiant vires, audacia certè
Laus erit in magnis, & voluiſſe ſat eſt.

PRINCIPVM PORTA.

INcredibili prudentia dum caſtra metirentur Romani, ad Lycurgi diſciplinam, ad expertorum ſuorum Præfectorum cautellam, portas Caſtrorum munitas, proprijs nominibus donabant. Hæc ſit Prætoria inquiunt, hæc quæſtoria, à Prætore & Quæſtore qui caſtris præeſſet. Talis porta ad ſolem orientem, & in conſpectu hoſtium erigebatur. Principalem quoque portam habebant, ex qua Principes & ſummi Duces ſi quando neceſſe foret, opem ſuis laborantibus ferre conſueuerant. *Alex. ab Alex. lib*: 1. *cap*: 12. Deductis Romanorum de portis rationibus, non faſtidit intentio dicere: Arma veſtra Portam Principum nuncupare. Inualuiſtis enim contra hoſtem, portas caſtrorum aduerſus portas hoſtium erexiſtis, Quæſtoribus & Prætoribus ſimiles, Principibus antiquis pares facti eſtis. Hinc Porta veſtra effecta eſt Principum & Regum porta. Horatius Cocles Romanus æternum ſibi comparauit nomen, dum contra Tarquinios & Porſenam Hetruſcorum Ducem, ad portam imperterritus ſtetit, ac conſternatos Romanos infatigabili brachio animauit, & hoſtem trophæa erigentem deijcere compulit. Æterna vos manent trophæa, qui vtimini his armis. Eſtote fauente cælo Principum porta.

Porta Caſtrorum.

Porta Principum.

MARS VLTOR, DEVS TVTOR.

MAxima in bello & pace commoda, necnon Reipub. ornamenta dum ſignificamus, Martem armatum & vltorem ponimus. Muneris namque Martis eſt, auertere à ſe cladem & hoſtibus ferre calamitatem. Quapropter Mars vltor dicitur, & cum ſcuto & haſta totus armatus & loricatus efformatur. Dum arma veſtra inſpicio, Martem pro vobis vltorem, & Deum veſtrum tutorem contemplor. Porta namque veſtra, quæ hoſtium quondam firmiſsimum præſidium (vt potè aggerum & vallorum congeries) fuit, vobis in arma ceſsit. Quod dum fortiter inuaſiſtis, fortius expugnaſtis, fortiſsimè vnà cum hoſte rumpſiſtis, annihilaſtis, Mars vobis vltor aſſcribendus erit. Et nedum Mars vltor, ſed & Deus tutor. Hoc enim inſinuat crux veſtra, quod contra hoſtes veſtros ipſe Deus Chriſtianitatis fautor, extiterit pro vobis vltor & tutor. Refert Ioannes

Mars vltor.

Deus tutor.

Iaco-

Digitized by Google

Iacobus Chiffletius, dum Equitum Ordinis Aurei Velleris inſignia Gentilicia deſcribit: Quod Don Fadrique Henriquez, Comes de Modica, admirabilis Caſtellæ circa arma ſua ad dextram inſcripſerit, *Aue Maria*, ad ſiniſtram verò, *gratia plena* Pia & perreligioſa inſcriptio. Ita vos armis veſtris à dextris inſcribite: *Deus tutor*, & à ſiniſtris, *Mars vltor*, vt deuoti verò & Catholicæ Eccleſiæ filij circumcirca hoc lemate, corde & animo adornate. Pro Deo & Eccleſia Anathema.

FAMILIA PORTARVM.

Iałowiccij *in Volchinia*.
Chaueylowicz.

IANINA, vel CAMPVS intra campum.



DELINEATIO.

EST ſcutum coloris violacei, in campo rubeo, in corona ſunt pennæ Iunoniæ auis.

ORIGO.

IN Regno Poloniæ conceſſa fuiſſe: *ait Dlugoſſius*, quos concordes & vniformes fuiſſe aſſerit, qui illis vſi fuerunt; Ianina verò nuncupata ex nomine viri Ioannis, ſeu Ianik, ob ſtaturam nimis mediocrem Ianina vocitatum, *vt habet Paproc.* conceſſa fuerunt à Boleſlao Chrobri. Dum Ianicius in præſentia Regis, aſſerum fortalicio compoſito, medium hoſtium furentium fortiter inuaſiſſet, & penitus

nitus diſrupiſſet. Referunt aliqui, quod familia Ianinorum ducat dignitatem ſuam, à Leſcone Regni Principe, qui ante Principatum, ſtratagemate coriorum de arboribus detractis, hoſtem proſtrauerat. *De quo Cromerus lib*: 2.

Vellum tranſparens eſt ſcutum.

VELLVM TRANSPARENS.

Cur ſcutum eſt vellum.

NVllius iudicium fugit, ſcutum eſſe militis vellum, tranſparens tamen, non enim vellum eſt timoris, ſed maioris telorum tranſparentiæ. In modum ſcilicet ſolis lucentis, qui ſummè dum irradiat, res inſpicere niſi cum manus vellamine non permittit. Exercuerant certamen artis Zeuxis & Parrhaſius, *ait Bruſon. ex Plin.* Ille tam ſcitè efformauit vuas, vt aues aduolarent tanquam ad veras deguſtandas. Iſte detulit linteum depictum ita repræſentans, vt Zeuxis ipſe verum linteum fuiſſe exiſtimaret, flagitabatque vt remoto linteo oſtendat picturam, ſed cognouit ſuum errorem. Erat vellum ſed non tranſparens, & ideo fallax. Scutum veſtrum eſt vellum ſed tranſparens, ô Ianinij. Quiſquis namque illud in campo ſupinum aſpexerit, animaduertit ſubito illic velatum Martem & Palladem, ſapiens ſcilicet conſilium & hoſtium ſtratagema: Animaduertet Solem & Lunam, fidem ſcilicet & fidelitatē, in Regem & Patriam. Antiqui, *vt refert Pier. lib*: 42. in ſcutis ponebant figuras, vel aureas, vt Armeni in ſcutis aureum vmbilicum figurabant, vel luteos canes, & præcipue illi, qui ſub aliquo Illuſtri Magiſtro militabant vel literas figurabant. Vobis ſufficiũt pro omnibus veſtra ita nude poſita arma. Nam cùm in campo & ſic galeata ponuntur, nedum pectus aureum, & ſagacitatem caninam in hoſtis aſtutiam, ſed ipſum Martem velatum pro hoſte, in vobis repræſentati ſunt. *Refert Plutarchus in Laco.* Quidam conſpexerat tabulam, in qua depictum fuerat, quomodo Lacædemonij trucidarentur ab Athenienſibus, & dixit: *Fortes Athenienſes*: ſubiecit alter in tabula; *Ferunt quandoq; in clypeis Leones, Vrſos, Gryphos, Elephantes, qui forte nec cum muſca certamina habuêre.* Veſtris tabulis nil additur, ſed quia duos campos repræſentant, & in ſanguine natant: eſſe fortes in bello, terribiles in campo, eſſe tegumen Patriæ, protectionem Regni & Principum quis negabit?

Zeuxis & Parrhaſius pictores.

In ſcuto quatuor repræſentantur, Mars Pallas, Sol, Luna.

In ſcutis vmbilicus canis.

Conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis
Conueniant veſtris, ſtemmata iſta viris.

Clipeus tabula pietatis.

TABVLA PIETATIS.

Intellectus tabula raſa.

INtellectum humanum, quandam tabulam raſam, in qua nihil eſt depictum, Ariſtoteles vocauit: ſenſim namque ea apprehendit ſenſatio, & per Phantaſiam intellectui porrigit, colligit illa & conſeruat.

ſeruat. At ſi intus tabula raſa eſt ad omnia creata, & ſenſu percipienda, multo magis homo erit tanquam tabula raſa ad pietatem exercendam. Naſcimur enim in peccato parentum, quod ſi per gratiam Baptiſmi, vel virtutem abſolutam Dei quomodo tollitur, procliuitas tamen ad peccandum & fomes in nobis remanet. Eſt tamen, cur in vobis ob ſcutum veſtrum, tabulam pietatis propoſuerim. Video namque vt Appianus, quod Afranij & Petreij turmæ à Cæſare circumuentæ poſitis ſuper capita clypeis, & caput ſubmittendo illis, totalem deditionem ſui repræſentarunt; fuit pietas, ſed neceſsitata. Veſtrum ſcutum tabula pietatis eſt, totalem illa deditionem ſui offert, ſed Eccleſiæ S. Romanæ, virtuti, Patriæ, vt pietas veſtra æuiternum teneat, & nomen, & omen. Hinc de vno ex veſtris memoriæ relictum ſempiternæ, ab Academ. Cracouieñ. Barthol. Vreſnano:

Pietas rara.

Scuto deditio fuit.

In campo terſus clypeus ſplendeſcit aperto
Ardens Vulcani crede laboris opus:
Virtutem notat iſte rigor, ſplendorq; metalli,
Pſoncia qua valde floruit vſq; domus.
Pro Patria Pſoncæ quid non fecêre ſuaui,
Aut quid ſacra Religione Dei
Teſtis adeſt clypeus, qui patria iura tuetur,
Sub clypeo Regni pax latet, atq; fides.

Pſonka.

LIBER MILITARIS.

Liber militaris eſt clypeus

PLurimi Clypeum in libros conuerterunt, communis Romanorum vſus, qui clypeis ſuis has inſcribebant literas, S. P. Q. R. id eſt, Senatus populique Romani ſum miles. Et quandoque Ducis ſui primam literam ex nomine eius ferebant. Vnde & Lacedæmonij litera Λ Lambda vtebantur, Meſſani litera M. vt ſe tales exprimerent patria, ſicut & diſtrictus Ploceñ. in Aquila tenet P. literam. Quocirca & Troiani Mineruam in clypeis ferebant, *vt ait Seruius,* quaſi librum militarem & artem ſcutis appendentes. Verùm quandoque Lacedæmoniorum L. in ludibrium venit, Meſſeniorum M. in moroſitatem, Romanorum literæ à Sabinis in iocum conuerſæ fuerunt. In veſtris armis hoc ſingulare eſt, quod clypeus veſter, liber & inſtructio veſtræ poſteritati ſtetit, & ne dum militaris liber quod naturale quoddam modo eſt vobis, ſed etiam militiæ Chriſtianæ factus eſt liber. Agnoſcitis enim vos eſſe Adæ filios, beatudinis gratiâ conſequendæ genitos. Hinc Chriſtum colitis, diabolo recuſatis, Euangelium ſeruatis, fraternè viuitis, & grati Deo, honeſtum corde, capacitatem diſciplinæ obſeruatis. Quapropter lamentantes de peccato, Militatis Chriſto, Nobiles animo, Opere clari,

Literæ in clypeis.

Alphabetum militiæ Chriſtianæ.

Digitized by Google

Pietate inſignes, quietem amatis. Reſiſtentes verò vitijs, ſani Senſu, Tutores pauperum, Viui Deo, Zelozi fide, dies veſtros tranſitis. Hinc Adm̃. R. P. Birkouius in laudem Illuſtriſsimi Domini, Dñi Palatini Belzenſis, Kraſnoſtauienſis, Iauorouienſis, &c. Capitanei, Iacobi Sobieſki:

Remigio famæ cælo ſub vecte Sobieſci,
Plena cui eloquij flumina ab ore cadunt:
Martigenas ſcutum hoc loquitur, Patriæq; periclis
Impenſos, veſtram ſæpè dediſſe domum:
Tu mihi maior eris, namq; vno pectore virtus,
Herculea & Tulli conſociata tuo.

Piaſecki Epiſcopus Camenecenſis. Et de Illuſtriſsimo Epiſcopo Camenecenſi Paulo Piaſeccio, vita & moribus conſpicuo, Paſtore & Senatore, quidam Spiritualium reliquit:

Dum Numma Pompilius ſacra thurea ponit in aram,
Inſignem Clypeum cælitus ara capit:
Romam ſi ſerues, fore dicit Apollo beatam,
Quinq; & ſex Clypeos Rex fabricare iubet:
O hunc vndecies clypeum ſi mitra bearet,
Fælix Religio, Patria, Rexq; foret.

LINEA FAMILIÆ IANINORVM.

IAnik *Strenuus miles & ingenioſus victor hoſtium, Boleslao Chrabri Pol. Rege Sceptra Regia tenente.*

Ioannes non diſſimilis Patri Ianico, filius. Marte clariſſimus. Anno 1030.

Ioannes de Bilatowice Comes, reliquit duos filios, Canon. Cracou. Petrum & Iacobum. Anno 1071. Cathalogus refert.

Vitus Epiſcopus Płoceń. de Chotel, in Sendomirienſi Terra. Anno 1179. *De bonis propriis Monaſteria Ordinis Præmonſtr. in Buſco Sanctimonial. in Vitow, in Płocko, in Ladza*, vt referunt priuilegia Monaſteriorum. *Vixit in Epiſcopatu annos viginti quinq;.*

Ioannes Palat. Sendomirień. Magnus bellator, Leſco nigro Principe regnante, quem Litacius, Roxolanus, Scytha *fugiebant*, 1280.

Wierzbięta *Ianuſius declarat antiquam ſuam familiam etiam per hoc, quod honoratus eſſet titulo Palat. Cracouień. tùm quod optimè ſibi merito militi Vachonio prope Lelouiam, laneos 66. donauit cum villa Przegina, tùm quod Stephanum Boleslai Pudici temporibus* referant Hiſtorici, *à Tartaris ad Legniciam Anno* 1240. *occiſum.*

Bernar-

Digitized by Google

Bernardus Ianuſij filius cui Caſimirus Magnus latam contulit beneficiorum ad Sacze memoriam.Hunc in diplomatibus Regiis ita expreſſit. Miles noſter nobis ac Regno bene meritus, 1341.
Iacob de Preſouia familiam notabat. Huic ad Starodubum pugnanti exercituum magnus Præfectus Ioannes Tarnowſki, magna encomia tribuebat, Anno 1510.
Fælix reliquerat filium Stanislaum, qui notabat ſuam familiam de Bielſco.
Stanislaus alter ex Iacobo deſcendens, notabat ex Przeſowa familiam ſuam. Et quoniam difficilia ſunt quæ pulchro in Repub. & Regno animo teneat relicta poſteritas, quod nemo vnquam ignauia immortalis factus eſt.

Podlodowſcij *à Przytik, Optimè de patria mereri curarunt. Iacobus Caſtell. Radomſceń.* 1460. *Ioannes Caſtell. Zarnoueceń.* 1445. *Dicebat Saluſtius :* Vita humana ſimilis eſt ferro, quod ſi exerceas atteritur, ſi non exerceas, rubigo conſumit. *Quotidiana exercitia in Curia Regia in Caſtris & Iudiciis, dignos effecerunt Podlodouios. Tranſierunt demum in Podoliam, ex quibus Stanislaus benè affectus Ordini noſtro, multis temporibus exactor Contrib. Regni fuit.*

Biedzienſcij *in Sendomirienſi Palatinatu, Georgius, Vladislaus & Chriſtophorus vterini fratres virtute & pietate inſignes. Moneba B. Nilus Martyr auditores.* Ne decipiant te res illæ quæ in hoc mundo celebres ac ſplendidæ videntur, omnino enim prætereunt & nihil ex apparentibus ſtabile eſt.

Pſzonkij, *In Lublineń. Palat. Primo de Krzcanow familiam ſuam notabant, poſtmodum verò tempore Vladislai Iagielonis à Kurow, alij verò à Babin, quorum claritatem Domus, & geſta inſignia diuerſi Hiſtorici, cum Orichouio & Stricouio referunt. Nam multi ex ipſis partim ob familiæ dignitatem, partim ob merita diuerſa, variis officiis in Regno fuére ornati. Ex quibus fuit Petrus Pſzonká, Iudex Lublinenſis, alter verò Petrus etiam Pſzonká, Notarius Terreſtris Lublineń. Stanislaus Pſzonká de Babin Sigiſmundi Auguſti, Aulicus, Reipub. Babinenſis fundator. Nec eſt prætermittendus inter alios Iacobus Pſzonka, hæres in Babin, vir in rebus bellicis optimè verſatus, variis expeditionibus Reipub: clarus, liberalitate & humanitate inſignis, in conuerſatione multorum celeberrimus. Iſte reliquit filium Adamum Pſzonka, hæredem in Babin, Vexiliferum Chelmeń. virum morum integritate inſignem, pietate clarum, fautorem religioſorum, & ſingulariter Ordinis Prædicatorum, litteris excultum glorioſis actibus in campo Martio, in diuerſis expeditionibus contra Moſchos, Suecos, hoſtes Patriæ & alios conſpicuũ liberalitate & auita humani-*

humanitate prædiuitem, Filias vero reliquit quatuor, Zophiam maiorem, Conſortem Illuſtriſſimi D. Venceslai Zamoyſki, Caſtell. Leopolień. alteram Annam conſortem Octauiani Samborzecki, tertiam Catherinam conſortem D. Nicolai Stradomſki. quartam Marinam conſortem Alexandri Myſſkowſki, Capitanei Tiſſouicenſis. Quæ omnes, pietate erga Deum, obſeruantia incredibili verſus maritos, mutuo amore inuicem, prudentia ſingulari à Deo ornatæ fuere.

Sobieſcij *in Palatinatu Lublinenſi, quorum quilibet præſtantius eſſe exiſtimat, operam ſuam Patriæ impendere, quam in otio tranquillam vitam voluptatum copia auctam agere, Glorioſum enim vnicuiq; ducitur, ſi propriis periculis quærat vniuerſorum tranquillitatem: quod ex hac familia præſtitit Marcus Sobieſki Palatinus Lublineń. qui ſub Rege Stephano apud Gedanum & in Moſchouia in multis expeditionibus fortiter & animoſe militans pro patriæ tranquillitate ſuſcepta vulnera non numerabat, ſed cum Epaminunda clypeum ſuum vel ipſe moribundus ſaluum fieri curabat, memor illius quod mulier Spartana filios ſuos in militiam mittens illis præcipiebat.* Aut cum hoc aut ſuper hoc; *aut ſcilicet ſcutum referrent aut ſuper clypeum mortui efferrentur. Iacobus Sobieſki Marci filius Palatinus Belzenſis Kraſnoſtauień. Iauorouień. &c. Capitaneus, de quo illud dici poteſt.* Lingua in conſilio valet, in certamine dextra. *Hic ob præclaram qua inter alia dona ſibi à Deo concesſa facundiam pollet, gratiam & fauorem Regum ac Procerum Regni promeritus, ab illis non raro Reipub. curis & neceſſitatibus, domi foriſq; admotus, impoſitum ſibi munus & ſtrenue geſſit & vbiq; fæliciter confecit. & inter cætera cum aliis primariæ in Regno exiſtimationis & nobilibus viris Commiſſarius & adminiſtrator contra Oſmanum Turcarum Imperatorem belli Chotimenſis, cui etiam priuatis impenſis non paruam militum manum adiecerat Anno 1621. deſignatus fuit ac poſtea in eodem bello ipſiſmet Turcis pacem poſcentibus ad diſceptandas cum eorum vezeriis conditiones pacis delegatus, omnia quæ ad pacem faciunt fæliciter & animoſe confecit.*

Macieiowſcij *de Macieiowice G. Alexandro Macieiowſki præſtantiſſimo & cito fatis ſubtracto à terrenis, merens & amans coniunx Golſ. Epitaphium Radlouiæ poſuit. Ne quiſpiam confidat ætati.*

Iſtis armis vtitur quoq; vetuſtiſſimæ nobilitatis proſapia Piaſeciorum de Piaſeczno Terræ Radomienſis cuius progeniem feliciter propagatam, tam anguſta ſedes cum capere non valeret, ad latiores poſſeſſiones virtute quærendas dimiſit. Cumprimis Stanislaus Piaſecius, vendita ſua ſorte in eadem Piaſeczno (vt ſunt in Actis Terreſtribus Radomienſibus circa annum Chriſti Milleſimum quingenteſmum, diuiſiones

nes

nes hæreditatis illius, & præcipue anno 1617. reſignatio, & nota vbi deſijt eſſe poſſeſſor hæreditatis ſuæ in Paſieczno) ex prima vxore Sophia Golembiowſka Andream & plures filias, ex ſecunda Anna Valentini Chwoſtak Grodźicky Sebeſtianum, ex tertia Barbara Martini Gromadzki filia, Stanislaum & Chriſtopherum filios procreauit. Et Sebeſtianus quidem, ex Catherina Marci Gromádzki filia ſuſcepit Paulum, qui noſtra hac ætate litterarum eruditione, & dignitate Epiſcopatus Cameneceń. floret, ac Remigium Camerarium Terræ Sandomirienſis Patrem Iacobi Abbatis Claræ Tumbæ & Secretarij Regij, iuuenis optimæ expectationis, tum & Pauli, Petri, Remigij, Ioannis genitorum ipſi ex Elizabetha Chryſtopheri Zagorowſky Palatinatus Cracouienſis. Stanislaus verò habuit filios Andream, Paulum, Ignatium & Stephanum Præpoſitum nunc Caliſſienſem Varſauienſemq; Canonicum Secretarium Regium ex Catherina filia Andreæ Swider Wierzbięta de Modlnic. Alij verò eiuſdem ſtirpis Piaſecianæ, geniti ex Hieronymo Piaſecio Hypparcho ſeu ſtabuli Regis Auguſti Præfecto in Lithuania claras affinitates, cum Sapihis, & Chodkieuiciis, latifundiaq; ampliora obtinuerunt. Alius ramus eiuſdem Stirpis ex Floriano Piaſecio, à Turcis cum Wiſniouiecio capto & trucidato in Podoliam conductus, demúm in fæminis deſinens ad Potocios Iacimierſciosq; hæreditatem Orininenſem tranſtulit. Alij demum ex Georgio Piaſecio Notario Terreſtri Sendomirienſi ac ex eius germanis ſeu patruelibus reliquorum prognato diuerſas poſſeſſiones in diuerſis locis ſunt ſortiti. Excellit autem ex filiis Georgij Notarij præfati Iacobus Piaſecius Abbas Coronouienſis merititiſſimus.

Zaduſcij *in Sendomirienſi Palatinatu. Horum eſt æmulari, non cauillari. Hinc animus prudens, virtus excelſa, actus nobilis.*

Naraiowſcij *in Ruſſia, ſtabiliunt familiam ſuam & firmant amore, fauore, virtute. Quapropter conſecrata virili ætate Reip. & Marti, Iudices Terræ Leopol. Terreſtres iuſtiſſimi fuerunt. Hos imitati ſunt filij, vnde his quoq; honoribus gaudent & in præſentem diem. Reliquerunt filios caſtris deditos, ſicut Bartholomei à Naraiowſki in Eccleſia Buſcenſi Ordinis Prædicatorum Epitaph. refert.*

Q V E M

Clara indoles & paternus ſanguis
Poſt exactam liberali otio adoleſcentiam,
Durisſimis in Prusſia Rusſiaque bellis,
Inuictisſimum tribunum militum exercuerat.
Sed mors naturæ debita.

In medio ætatis curſu, pro S. Reg. Mag. ac Patriæ ſalute, glorioſum deuotum victorem in acie, proſtrauit 1630.

Ioſephus *Iudex Terreſtris Leopol. Nicolaus frater ſuus erat ex Subiudice Iudex ibidem. Samuel eius filius poſt militares actus grauiſſimos, Dapifer Leopol. Alter filius Stephanus Dapifer Podol. Alij filij Georgius & Raphael, Aulici Regij & milites ſtrenui.*

Kołaczkowſcij *in Visliceń diſtrictu, Ioannes Kołaczkowſki in negotiis Reipub. prudens & grauis.*

Olbieczcij *in Lublineń. Qui cum magna ſpe eſt natus, ſi benè educatus, fuerit, magna ad extremum vitæ tentabit.*

Kaſzewſcij *in Lubl. Petrus Iudex Terræ Lublineń. Habenda eſt ratio diligenter quos imitemur, quorum ſimiles velimus eſſe. Fruſtra tamen ponitur virtus, vbi non eſt fides.*

Vrzazowſcij *In Sendom: Nihil eſt virtute formoſius, pulchrius, amabilius, ideò illam neceſſario ſequitur gloria, recogitate, obſeruate.*

Ianikowſcij *ibidem. Honorabiles viri, & plurimorum amici. Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus geſtis, æſtimatione vitæ.*

Przezwoccij *ibidem. Quicquid præter id quod honeſtum eſt expetendum duxeris, & lumen virtutis extinguis, & virtutem penitus euertis.*

Iaroßewſcij *In Sendomir. Suſcepit vita conſuetudoq; communis vt excellentes viros in cælum fama tollamus.*

Vnießowſcij, *aut Wnieſſowſcij in Lublineń. Terra.*

Quam eſtis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles.
Tam maximè æquo animo vos æqua noſcere oportet.

Bieleccij *in Lublin. Spem pretio nullus emit. Emit tamen miles & patriæ amans.*

Zerzinſcij *de Zerzino in Lublin. Terra. Ex Maſouia domicilia tranſtulerunt. Chriſtophor Iudex Varſauień. Ioannes Theſaurarius. Lucas ſuus germanus Iudex Caſtreń. Lublineń. Optimam vitæ ſuppellectilem ſibi comparauit, qui amicos parauit. Ioannes Canonicus Cracouienſis, & Officialis Generalis.*

Lęczcij *In Lublineń. In aula Iacobi Potocki Palat: Braſlaw. Generali Podol. aliqui tyrocinia & vitam expenderunt, cuius filio Nicolao Potocki Campiductori Regni obſequia reddiderunt.*

Suchodolſcij *in Lublineń. Ioanni Zegotæ, Stanislaus filius Vexilifer Lublineń. Epitaph. poſuit, Anno 1572. Si præmiis animi iuuenum ad virtutem accenduntur, magis parentum exemplo.*

Stoieſcij *de Stoieſſyno in Lubl. Si virtutis caput eſt caruiſſe vitiis, gloria quæ eſt illius præmium, in ramos honeſtatis effloreſcet non mediocres*

Erant

Digitized by Google

Erant Stoieſcij Iuſtitia, doctrina ornati: Stanislaus reliquerat Ioannem, & filias Helenam coniugem CHamiec, Zophiam Troiani Barbaram Dzik.

Zawieprzſcij *in Lublineń.*

Gabonſcij *in Cracouień. Palat.*

Kanſcij *in Lublineń.*

Gielcewſcij *in Lublineń.*

Braniccij *in Lubl. Omnes familiæ vt antiquitate domus, ita meritis & glorioſis actibus conſpicui, Magna enim eſt vis in virtutibus, eas ſi dormiunt qui excitat, ei aderit princeps fortitudo, qua animum liberum benè & ordinatè conſtituet.*

Potoccij *in Lubl. contra hoſtes patriæ continui milites.* Refert Cato Mag. *quod quærenti Piſiſtrato à Solone, qua tandem ſpe fretus ſibi tàm audacter reſiſteret: reſpondit, Senectute. Reſiſtunt Potoccij hoſtibus patriæ. Fortitudine, virtute.*

Pełka *in Lubl. de Golczew, Chriſtophorus optimus ac ſtrenuus miles. Matthæus, alter Demoſth. Cracouiæ occiſus.* Optimè Cic: *Homines nos eſſe nouerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra.*

Zawadyczcij *In Sadeceń. diſtrictu. Erant & literis magni, & marte ſecundi dicebat Demoſth. Pulchrum eſt ob vnum aliquod præclarum facinus clarum eſſe in Repub. at multo clarius ob merita iterata & frequentia.*

Tarnawſcij *in Caliſſień. Antiquam familiam ſuam virtute ornarunt.*

Woliccij *ibidem. Non aliam Woliccij reputant poſſeſſionem, quam virtute præditos eſſe.*

Zuliccij *in Leopolienſi Terra. Omnia orta quum occidant auctaq; ſeneſcunt, famam & gloriam quæ nunquam occidit, elegerunt.*

Ianowſcij *in Sendomirienſi Palatinatu. Quidam ex his erat Abbas Czyriceń. poſtmodum Iendrzeiow. Cuius fratres erant Petrus qui reliquit filios quatuor, Stanislaus qui reliquit tres. Fælix qui reliquit filios tres.*

Strzeſzkowſcij *in Lublineń. Boni & Optimi ciues. Cuiuſmodi homini vnquam mali quicquam euenire poteſt, nec viuo nec mortuo.*

Białobrodzcij, *Docebat Socrat: modum cognoſcendi virum optimum. Qualis cuiuſq; animi affectus eſſet, talem eſſe hominem, qualis autem homo ipſe eſſet, talem eius eſſe orationem, orationi autem facta ſimilia, factis vitam.*

IASIENCZYK.



DELINEATIO.

EST clauis aurea, in campo Ceruleo, ſuper coronam quinque pennæ ſtrutionis. Pingitur quaſi cælum aperiret.

ORIGO.

SVnt in Regno acquiſita, *vt ait Dlugoſſus*, Caſimirus Rex ſtrenuo & fideli militi in obſequium omne promptiſsimo, præcipuè ad caſtra contra Regios inuidos hoſtes ruenti Iádzwingos, quos Maſlaus Mazouiæ Princeps deduxerat, & in conſpectu Principis maxima tentanti, in magnæ ſinceritatis, ac ſinceræ fidelitatis teſtimonium contulit, & bonis ampliſsimis præmiauit. Video inter vexilla Cruciferorum clauem coloris albi in campo rubeo. Diſponitur clauis, ceu in campo iaceret, habet tres cruces in medio dentium Erat vexillum Vicetheſaurarij Magiſtri Cruciferorum. Signum igitur dignitatis erat clauis eiuſmodi apud Cruciferos.

ALTA POTESTAS

IN tantam altitudinem Iſaias eleuauit clauem vt illam in humerum poſitam Chriſto referat, Dauidque clauem vocet. *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius* & Romani altam authoritatem in

tem in

Digitized by Google

tem in claue ſignificarunt *vt Codic. lib* 12. *Tit. Prætor habetur.* Præfe-ctis Prouinciarum vſus fuit, vt cum in Prouinciam venerint recentes ſubditi Regionum offerebant ei capitatim ſolidos ſeptem, clauem, & ſphæram cum terræ ceſpite illi alligatam. Clauem ideo, vt libertatẽ dicendi imperandiq́; extenderent, ceſpitem, vt cogitaret, ne annona carior euaderet fiatq́; fames, Sphæram ideo, vt ſummum ius & authoritatem haberet. Tam altam poteſtatem ipſe dominus exemplificauit in claue Apoc. 3. *Angelo Philadelphus ſcribe. Hæc dicit Sanctus & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit claudit & nemo aperit.* Veſtram clauem auream dum inſpicio, altam poteſtatem vobis ominatam contemplor, in Senatu, in Propugnaculis, in Prouincijs, in Regnis. Aurea enim veſtra fides, auream obtinuit clauem & poteſtatem non immodicam. Quanta namque & quam digna clauis, tanta eſt & tam digna poteſtas. Auro nil dignius, poteſtate quoque veſtra nihil nobilius, quocirca Noe Dominus & Rex vniuerſi orbis poſt diluuium conſtitutus, ad declarandam ſibi conceſſam à Deo poteſtatem vltimæ poſteritati, pro inſigni ſtemmate claues aſsumpſit in modum Crucis, inter quarum medietate Sceptrum Regium alligauit, *ait Beroſus.* Vt igitur alta poteſtas vobis ominata conueniat. *Querite Deum & viuet anima veſtra.*

Domino ſubditionem per clauem.

Noe inſignia claues.

SANCTIMONIA DOMVS.

SApientiſsimus Salomon Prouer. 4. Domus ſanctimoniam expreſsit dicens: *Domus impiorum delebitur, tabernacula autem iuſtorum germinabunt*, puta ſanctimoniam, cum germine ſuo. Verum ad ſanctimoniam domus inchoandam & conſeruandam, ſera & claue opus quoque eſt. Quapropter antiqui referunt, Deos ſeras & claues adinueniſſe, non ob aliud, quam vt pudor & ſanctimonia domus conſeruetur. Hinc Iano, à quo ianua dicitur, in beneficij memoriam, clauem manui ingerunt. Et Portuno portarum Deo eædem apponuntur. *in Pier. lib.* 49. Clauem auream dum in armis veſtris habeo, iam & ſanctimoniam domus habeo. Nam ſi in Auguſti Cæſaris corpore viſis cæleſtibus & Zodiaci ſignis, antiqui dixerunt. Cœlum Auguſtum ad ſe inuitabat, *vt Sueton. in vita illius*: multo conuenientius claue aurea veſtra viſa, domus clauſuram, vitam pudicam, ſanctitatem Dijs gratam, vobis ominabor. Habeo domum quæ aperitur claue ferrea, ſed ſanctimonia exultat: *Refert namq́ Holbot. in Sentent.* Senatorem quendam ædificaſſe caſtrum in cuius porta ſcripſit.

Claues Dij inuenerunt.

Signa cæleſtia in Auguſti corpore.

Decretum datur, ne dormiat aut epuletur.
Hic gens villana, ſed Achiles, Plato, Diana.

Ferrea

Digitized by Google

Clauis ferrea. Ferrea clauis ad caſtrum: Cum verò infirmatur monitus mutare decretum, vt auream clauem appendat, ſubſcribatque. Subſcriptio arcis.

Muta decretum, ſanctorum collige cætum.
Nudum Martinum, Iacobum, Lazarum, peregrinum

Sanctimonia domus veſtra ornata, hinc clauis aurea ad ipſam ac plurima fortitudo. *Domus* enim *iuſti plurima fortitudo Prou.* 15.

SAPIENTIA VERA.

Clauis ſtultitia & ſapientia ſigna. Vera ſtultitia eſt claue findere ligna, & ſecuri aperire domum. Sapientia autem vera, contraria conatur, ſed aliunde veram ſapientiam ex claue colligo. Non procul à valuis ædium Leontichydæ Senatoris Lacedæmonij ait Claud. M. Parad. in Symb. Heroi. Serpens circa clauem. Claui ſeſe viuens ſerpens circumuoluerat. Relatum ad augures, Prodigioſum eſſe apud Senatorem contendebant. Doctrinale negotium magis quam prodigioſum accipio. Docet namque ſapientiam veram clauibus veſtris circumuolutam, qualem ſcilicet dominus expreſſerat Exod. 28. Sapiens corde. *Loqueris ſapientibus corde, vt faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Accipient aurum & hyacinthum facient ſuper humerale de auro & hyacintho ipſa quoq; textura & cuncta operis varietas ex auro & hyacintho.* Sapientiam cordis, ſapientiam animæ, ſapientiam æternam, aurea clauis veſtra exprimit. Hæc namque eſt vera ſapientia, & hanc, ſi quis erat prodigioſus ſerpens exprimebat. Sapientia humana & diuina quomodo differunt. Alia enim ſapientia ſtultus fit omnis homo vt Ierem. 51. hæc autem ſapientia vitam tribuit poſſeſſori ſuo *vt Eccl.* 7. dicitur. Sed in vobis exemplatam & hanc ſapientiam video. Sapientia exemplata à Deo. Cum magnos conſilio, prudentes opere, vos eſſe cerno. Non enim omnis ſapientia damnatur, ſed quæ nociua proximo, incommoda ſibi, Dei blaſphema eſt. Eccl. 37. Sapientia autem in populo hæreditabit honorem & nomen viuens facit in æternum. Talis eſt veſtra ſapientia, vnde & vera nuncupatur. Hanc clauis aurea aperit, hanc veſter honor efflagitat, nobilitas adamat, Sic clauis veſtra ornamentum aureum doctrinæ & brachiale in brachio dextro *vt* Eccl. 21. *dicitur*.

CVBICVLARII REGNORVM.

Cubicularius Regni.

Regum cubicularios eſſe nouiſtis, Regnorum quales ſint attendite, Regum cubicularij reges in oculo tenent, regnorum verò in regnis officia adminiſtrânda contendunt. Cubicularius Regum. Sunt vt erant à prima ſanguine Iaſiencij regum cubicularij vt diligentiſsimi ita ſapientiſsimi, vt nec Cæſaris Iulij iocus illis non conueniat. Hic namque dum Syllam dictaturam depoſuiſſe audiuit iocatus erat, Syllam Dictatura. neſciſſe

neſciſſe litteras allendo quod præceptores dictantes diſcipulis ſcribenda præambulent. Iaſiencij namque ſi ſunt Regnorum cubicularij, certe regum & ante fuerant & ſciebant regum cubiculis adeſſe, non abeſſe, præſtolari non vſurpari, adfuiſſe non luxiſſe. At vltra cubicularia regum, regni titulos adfero. Illos namque & natura & fortuna, & vis, & virtus cubicularios regni effecit. Quapropter auream clauem obtinuerunt. Improbabat Plato ſomnolentiam, ait Laer. lib. 3. & dicebat. *Nemo dormiens vlla re dignus eſt.* Vigilantes pro Regno fuiſtis, non dormientes pro regno eſtis, cubicularij regni eſtote. Sed aliam adhibeo intenti rationem. Tres claues Regnorum aſsignat D. Bernardus in ſententijs. Vnam quæ aperit abyſſum, alteram quæ aperit cælum, tertiam quæ eſt clauis Domus Dauid. Illa eſt anxium tempus, malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ Eccl. 11. Iſta eſt ſpei ſubtilitas, *Sperantem in Domino miſericordia circumdabit.* Vltima eſt dilectionis conſpicuitas, *Qui diligit legem impleuit.* Veſtra clauis vna & aurea geſsit vices harum trium, Abyſſum conſiliorum hoſtilium anxio in tempore Regni aperuiſtis. Spem victoriæ & cæli beati præpoſuiſtis victoribus. Dilectionem domus Dei conſpicuam declaraſtis. Vna igitur trium, tres vnius clauis imago fuit. Hinc aurea extitit, hinc Regnum Patriæ, hoſtium, & cœli aperuit. Hinc clauem Dauid, quam in modum Crucis Paradinus effecit, in aurea veſtra vna Deus & fortuna figurauit.

Dormiẽs nulla re dignus.

Regnorum claues.

Crux clauis eſt.

LINEA FAMILIÆ IASIENCIORVM.

IAſieniek *cui collata fuerant hæc arma, qui tyrocinia & adoleſcentiam ornatam in Curia Caſimiri Regis Pol: decerpſit.* 1098. *Michael Epiſcopus Wroclau. his vtebatur armis,* vt Cathalogus refert: 1216. *Volmirius Epiſcopus Vrocl.* 1271. idem Cathalog. *Laurentius Epiſcopus Poſnanień.* 1061. idem refert.

Karczewſcij *in Płoceń. Terra. Optabat duo morti propinquus Cic:* Primum. *vt populum Romanum liberum relinquat.* Alterum. *Vt ita cuiq; eueniat, ſicut de Repub. quiſq; meretur. Idem pij nobiles Regno & Ciuibus Regni, optabant, curabant, optant & curant.*

Miiakowſcij *in Płoceń. Palat: Hi ad gloriam via virtutis perueniunt. Stanislaus de Miiakow Tarnouio Caſtell. Woyniceń. & Zborouio Petro maximè dilectus, tum ob eruditam indolem, tum ob mores cum grauitate pietatem ſpirantes. Relictis paternis bonis, in Cracouień. Palat: latam hæreditatem acquiſiuit, natus ex Barczykowſka. Va-*

lentinus Stanislai germanus ex Nowowieſſka natus, relicta Maſouia in Cracouień. Palatinatu, ſtatiua cum fratre elegit. Filius Stanislai ex Balinſka Martinus in Ordine Prædicat. Cracou. vitam, religioſam amplexus eſt, patrimonio ſuo Kraſne & Laſocice bonis Conuentus incorporato, eximius euaſit Prædicator, Filiæ autem dicti Stanislai Heduigis Præclai Lipnicki, Sophia Alberti Słoſtowſki coniunx. Valentinus verò ex Radlinſka aliquot filios & filias reliquit. Filij Marti adoleſcentiam offerre perſuaſerunt, vnde in Moſchouia, Ruſſia, in Pruſſia, aliisq; expeditionibus ſolertes, Albertum famæ glorioſæ teſtem domui ſuæ, in acie cum Moſchis occiſum reliquerunt.

Barczykowſcij. *His innatum eſt non inuidere bonis, ſed bonos imitari.*

Michałowſcij *de Michałow, ad Wareciam qui ſemper malunt ſuis geſtis florere, quam malorum opinione vti: & ita viuunt, vt poſteris ſuis ſint nobilitatis initium & virtutis exemplum, religione, eruditione, & militia, ad honores conſcendunt: Inter hos memorantur, Nicolaus de Michałow Michałowſki Pallatinus Sendomirienſis, Alter Nicolaus Caſtellanus & Capitaneus Cracouień. & ſub Iagelone Rege Supremus Dux exercitus. Albertus Caſtellanus Zauichoſteń. Valentinus de Michałow, vir humaniſſimus & liberalis, Stanislaus de Michałow Subiudex Raueń. quem Paprocius per errorem ponit ſub armis Trzaſka, Iacobus de Michałow Pocillator Terræ Cerneń. eius filij duo Gaſpar Vexillifer Terræ Cerneń. S. R. M. Secretarius, & Melchior vir tàm eruditione, quàm iurium ſalubri experientia grauis. Notarius Caſtreń. Crac: poſt Vicecapit. ibidem, demum Tribunus Lubl. ſub ſignis Zamoiſcij Ioannis ſtrenuus & maximus miles, Iudiciorum Tribunal. quatuor vicibus Iudex deputatus, ſemel Marſchalcus, nuncius Terreſtris ad Comitia multoties. Huic filium vnicum Thomam, Ioannes Zamoyſcius vitam finiendo commendauit, reddidit. Gratus beneficij Thomas Zamoyſki illi Cracou: ad gradus S. Hyacinthi Epitaph. in marmore poſuit. vbi addit: In omni vita, habitu, cultu, moribus, rectus, modeſtus, frugalis. Bonis quibuſq; commendatiſſimus deſideratiſſimus. Reliquit ex Kochánowſka duos filios, Iacobum Tribunum Lublineń. & Hiacynthum S. R. M. intimos Aulicos, qui maiorum ſuorum referunt & exornant imagines, & poſteris ſua claue aperiunt portam virtutis.*

Przeraccij *in Płocenſi Terra.*

Kraiewſcij *ibidem, Stanisłaus in Academia Cracouienſi Profeſſor, Petrus Zuparius Zakroćim: Samſon à Korain, cuius parentes in Olſtineń. diſtrictu venerant, Varmień. Generalis Officialis Canonicus Ołomuceń. In Caſtris contra Tartaros Notarij exercituum, plurimos bellatores Kraiowſcios adnotarunt.*

Zbro-

Zbroſcij *ex Cerſcenſi diſtrictu Martinum refert Epitaph. Varſauiæ,* 1539. *Vicecapit: Czerſceń. non ita pridem vnus erat.*

Radowſcij *à Błonie. Generoſa indoles magno bono eſt patriæ, ſin ad vitia degeneret, magnum adfert malum.*

Bielſcij *ex diſtrictu Czerſcenſi, non multis verbis laudabo vos. Quod enim per ſe eſt rectum & vtile, non eget prolixa oratione.*

Strupiechowſcij *ex Liuenſi. Qui natura probus eſt, vbiq; & apud omnes probus ēſt. Talis nobilium generatio.*

Iabłonſcij *ibidem. Duo lumina nobilis & Chriſtiani. Benè viuere & benè mori: At benè & honeſtè mori non contingit niſi virtute præditis.*


Warpeſzowie *in Maſouia ad Varſauiam. Res verbis ſi ante ponendæ ſunt, multo præclarius eſt res magnificas gerere, quàm magnificè loqui.*

Buſcij *in Rauenſi Palat. Vera virtute præditus, nil ſpectat niſi vt proſit Reipub.*

Lichowſcij *aut Lychowſcij. Hos Iudices Terreſtres & Notarios graues vidi, vt meritò eorum virtus libris exprimatur, quæ licet quodam modo virtus picta vocitetur, cum tamen virtus non modo vſu ſed etiam lectione diſcitur, habebit lumen ſuum & in libris. In Siradień. Pal. domicilia retinent.*

Ianowſcij. *Iucunda eſt virtus exercentibus illam. At vobis nil pulchrius, nil amabilius virtute.*

IASIENIECKICH.



DELINEATIO & ORIGO.

Iaſieniecki.

SVnt arma quaſi compoſita ex armis Dulicz & armis Chrinicio-rum, nam latam ferunt crucem forte à Dulicijs, hamos à Chri-niccijs. Vnde vel paterna cum maternis arma coniunxerunt vel additionem ad Dulic ob merita receperunt.

PISCATOR GLORIÆ.

Piſcatio gloria.

PRæmittunt fines ſua media, & piſcatio gloriæ præmittit piſca-tionem gratiæ. Tobias iunior cum peregrinaretur cum Angelo piſcem ſe ſe inuadentem apprehendit manu, quo exanterato, iuſsit eum Angelus conſeruare iecur & fel, iecur contra Spiritus do-micilia hominum iuuadentes, fel contra albuginem oculorum erant hæc in medicinam domus parentis, erant in medicinam oculorum patris, ſed præceſsit piſcatio gratiæ. Oculi tui vias domini cuſtodiant vt addatur gratia capiti tuo *Prou.* 12. Vos quibus talia arma conceſsa ſunt, crux inquam & hami, iam piſcati eſtis gratiam Principum, & domui ſuæ gloriam æuiternam, nam in chamo & freno maxillas eo-rum qui non approximabant ad fontem viuum & verum Ieſum Chri-ſtum atque ad benignitatem Ducalem & Regiam conſtrinxiſtis: reſtat

non

Digitized by Google

non aliud quam vt gloriæ quoque æternæ piſcatores profiteamini. Sic florebit decoro decus. Pono medium ad piſcandam gloriam æternam & nunquam marceſcibilem ſed ſemper virentem. Erat reſponſum Hammonis Athenienſibus datum. Ioui magis cordi eſſe vota Lacedæmoniorum tenuia & oblationes modicæ piæ & caſtæ, quam Athenienſium opulenta, nam victimis illorum fœdantur aræ, votis igitur pijs & oblationibus caſtis piſcatur gloria æterna. Hinc quidam

Plurima ſcit doctus, Chriſtum pius, vltima merces.
Laus dabitur docto, vita beata pio.

FAMILIA IASIENIECCIORVM.

IN Podlaſia viri vt bonorum non immodica poſſeſſione, ita & fama percelebres. Et profecto ille tantum honos eſt qui propter merita claris viris defertur & datur, nam eſt non inuitamentum ad tempus ſed perpetuæ virtutis præmium.

IASTRZEMBIEC aliis BOLEleſzycz, aliis Kudbrzyn, aliis Kániowa.



DELINEATIO.

ACcipiter dicitur à viro milite Accipitrin nuncupato. Eſt coloris aurei, ſolea equi extremitatibus ſurſum obuerſa, intra quam

eſt Crux, in campo cæruleo, ſuper coronam accipiter cum campanulis, pedibus colligatis, quibus eadem arma attolit.

ORIGO.

SVnt in Regno acquiſita, Boleslai Chrabri beneuolentia Anno 999. Dum hoſtes inimici fidei & Chriſti Caluo monte præocupato, ſuperbo animo in Regios milites inſultantes, aduocabant enim maledicto tumultu certaturos dicendo, an haberent qui cum vno illorum pro Chriſto ipſorum Deo certamen iniret. Tunc ardore fidei & gloria nominis Chriſti, Accipitrin ſoleis adinuentis quibus equus in montem aſperrimum fulciretur agiliter concertantem inuaſit, compreſsit, tenuit, Regi deduxit. Demum ſoleis equos ad montem aſperum & glacioſum Centenos adarmatos exercitui ſuo præmiſit, & inuium montem peruium fecit, ac hoſtes circumdedit, & agilitate admirabili equorum hoſtes diſsoluit & diſperſit. Rex ingenio collaudato, talia arma ſibi inter cætera præmia contulit.

SPECIMEN GENEROSITATIS.

Agamemnon. GEneroſo animo quia nil excellentius, plurimi ex præcipuis ducibus & Orbis Dominis, varijs medijs ſpecimen ſuæ generoſitatis declarabant. Agamemnon ille Leonem clipeo appendit, à cuius ore flamma micans ſpargebatur. Cui tanquam veritati, ingenuè poſteritas ſubſcripſit. Virtus fortunæ Agamemnonis, quaſi dicerent, Leo hoſtium, quo fortior nullus, igne rugiebat. Dicebat vix & fiebat. Alexander M. aliter generoſitatem ſuam expreſſit: fulgur ſcutis impoſuit, Penetrabat enim hoſtium vires fulguris virtute & velocitate. Darius falconibus tribus exaratis, generoſitatem inſinuauit. Credebat enim totum vniuerſum annetibus tribus aſsimiliari, vnde falcones aſſumpſit, vt Aſiæ, Europæ, & Africæ clarum & potentem animum figuraret, at crediderim ego nullo melius, ſpecimen generoſitatis commonſtrari, quam Iaſtrzembieccijs armis Cruce, ſolea, Accipitre, auro, Malteſes cruce demonſtrant ſuam generoſitatem, & qualis eſt generoſitas eorum? Talis vt ipſam ſummi Pontifices religionem florentem vocauerint, licet illi cum ſuo Magiſtro Generali humilem ſibi titulum aſcribant. Nempe, Dei gratia ſacræ domus Hoſpitalis S. Io. Hieroſolimitani Magiſter humilis, pauperumque Ieſu Chriſti cuſtos. Talis generoſitas eorum, vt toto ſudore & conatu, Soltanus Solimanus Turcarum Imperator illam exhorruerit, dum vires ſuas cum exercitu & ducibus amiſit. Solea verò tanquam generoſitatem exprimit, vt niſi ille qui acerrime hoſtes

inſecu-

inſecutus fuit, eoq́ue animo equeſtri inuaſit, vt ſoleæ à calcibus equi deciderent, & hoſtilis ceruicis victor potitus eſſet. Accipiter verò quantam generoſitatem dicat *Gab. Symeon in Hieroglipbic. 6. demonſtrat, dum ait:* Accipiter Spriuerius dictus, quibuſcunq́ue aucupatricibus alijs volucribus aſſociatus fuerit, ea vniuerſa enecat, vnde inſcripſit illi: *Sic maiora cedunt.* Aurum autem vt præſtantius eſt omni metallo, ita ſi exprimet generoſitatem, illam ſupremam qua maius nulla exprimet. Talia ſunt veſtra inſignia, nec aliud efferunt, quam vnicum ſpecimen generoſitatis.

Generoſus eſt qui à ſua natura non degenerat.

CVSTODES TRIPLICIS BONI.

TRiplex bonum ſtatuitur, honeſtum, vtile delectabile, ſed quia nil nos celerius fugit quam bonum, amittitur enim nedum ex quocunq́ue defectu, ſed etiam ex leui occaſione: ideò cuſtodes tanti boni ſtatuendi erunt. Honeſti quis eſt cuſtos? Educatio bona; Prou. 4. *Tene diſciplinam cuſtodi illam, quia eſt vita tua.* Vtilis quis cuſtos? Iuſtitia & veritas ad Epheſ. 5. *Fructus lucis, in bonitate, iuſtitia & veritate.* Igitur vtilis nobis fructus, iſti ſunt cuſtodes. Delectabilis boni quis cuſtos? Perſeuerantia, 1. Cor: 12. *Fratres ſtabiles eſtote, & immobiles abundantes in opere domini.* Et ad Galat: 6. *Bonum facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus.* Video in vobis triplex hoc bonum radicatum ô Iaſtrzembcij, nec quoties arma veſtra hæc contẽplor aliud mihi proferre licet, ſed ipſi vobis cuſtodes facti eſtis tanti in vobis boni. Radicatum eſt in vobis honeſtum, quod ex veſtris armis in Laurentio Myſzkouio apparuit, qui ita ſub Orſza hoſti Moſcouitico rebellis at Regi ſuo fidelis fuit, vt omnium ordinum interceſsione caſus ſui, (quem ex occaſione Ducis Zatorienſis vltimi apud Sigiſmundum Regem & occiſi conſanguineos merito aſſumpſerat) leuamen acceperit: *Stric: lib. 23. Cap: 7.* Quod ex alijs quoq́ue poteſt qui tot ac tanti Senatores de his armis in toga & ſago fuiſtis. Radicatum vtile bonum, quos dum vigiles conſpexerunt Reges in officio ſibi commiſſo Exercitus, Marſchalci, Oratoris, tot titulis bonis & honoribus auxerunt. Radicatum & bonum delectabile qui dignitatem ſuam illuſtrem, tam illuſtrì encomio adornaſtis, vt externi Principes vos in ſingulares delicias eligentes, ſuis honoribus & titulis donarunt. Quocirca arma veſtra in Familia nunc florente Myſkouiorum dum videmus, illa Aquilæ Leones, & Mauors armatus, vt delicias quaſdam ac delectabile monile, cuſtodiunt & tuentur.

Myſkouius occidit Zatorień. vltimum Principem.

Hinc

Hinc in Orat: Funebrali Myſkouij, à Staniſlao Labęczki æternæ memoriæ poſitum fuit:

Pro Ioue pugnarunt Aquila & Leo quando Gigantum
Seua cohors cælo vimq; manuſq; tulit,
Quatuor hic Aquilæ poſuere, hic bina Leones
Caſtra ferus Mauors hic magis arma mouet.
Scilicet alta petit virtus Myſſkouia monſtrat.
Hoc diadema Aquilæ bis Leo magnanimus
Hoc ſoleæ robur Crucis & pia ſigna potentem
Gonzagæ oſtendunt robore honore Domum.

Sol & veſter accipiter vigilans cum hac campanulla hoc dicit, hoc crux ſancta in vobis præſagit, hoc aureæ equi calces expendunt, vt boni veſtri cuſtodes, bonorum veſtrorum & æternorum nominamini.

MALVM IRRETITVM.

MAlum tam moris quam culpæ, his tribus capitibus prouenit. At pertinacia erroris, & ſic malum hæreſis ſerpit, aut ex ſuperbia & præſumptione. Quomodo ſupremus exercituum Dux Iuanus Andreæ Celadinus dum ſub Orſza venientem ad ſe militem Regium per Boriſtenem noluerit donec totus exercitus tranſmeaſſet inuadere. Tantus enim exercitus (aiebat ille ſuis Palatinis) noſter nec vnguem hoſtis dimittet, circumactos flagellis conducemus vti pecudes cum Rege in Moſchouiam. Ita Herberſteinus, ſed contrarium expertus fuit. Aut ignorantia eorum quæ ſcire quis debuit & neſcit. Facile enim Dux errat, qui nec miles fuit, & qui non adoleuit perturbatur. Tantum autem malum irretitur & ligatur, ſui intellectus captiuatione, prudentiæ, perſpicacitate, & experientia rerum magiſtra. Dum arma veſtra contemplor, quid hæc Crux qua ligatur ſolea? quid hic accipiter irretitis pedibus, & ad aliud opus reiecta naturali rapina aſuefactus? Non aliud me hercule quam omne vitium & malum ligatum & irretitum, ne quando ſerpat in Familia veſtra præſagunt. Quapropter plurimi ex veſtris talem elegerunt vitam, quæ à mundo & mundanis abſtrahit, & ad cælum & cæleſtia aditum facit, plurimi ſapientia edocti, intellectum altum prudentia inſignem Deo ſubditum coluerunt. Vnde Epiſcopi, Canonici Lateranenſes, Præpoſiti Eccleſiarum facti; vt intellectu captiuato, in obſequium Chriſti, malum irretitum & fomitem omnem ligatum declarent. Hinc ab Academia Cracouienſi pietatis, probitatis, ſapientia, & elegantiarum matre de Armis veſtris Andreas Stremboſz Canonicus Lateranenſis, Præpoſitus Mſtouienſis apprime laudatur,

& Petrus

& Petrus Myſzkouius Epiſcopus Cracouienſis Dux Seuerienſis cum Alberto Iaſtrzembecio à Chriſtophoro Kątcki ex ſapientia & prudentia ſumme extollitur. Cauendum igitur vobis erit, quod de vno ex armis veſtris relictum fuit. Ne facta ſint conſona, armorum veſtrorum nomini infeſto. Nam.

- - - Quæ populo ſunt turpia,
Sacris credite Paſtores eſſe nefanda viris.

LINEA FAMILIÆ IASTRZEMBIEC, SEV ACCIPITRORVM.

IAſtrzębiec *tali cognomine primitus familiam notabant ſuam, dum & in Paganiſmo fuerunt, & dum babatum pro Armis ad denotanda ſua merita regio conſenſu aſſumpſerunt. Durauit hoc Proclama Armorum & nobilitatis ad ſucceſſores S. Adalberti Archiepiſcopi Gneſnenſis, quorum aliqui à Rytwiány, aliqui à diuerſis poſſeſſionibus familiam notare cæperunt. Ioannes Epiſcopus Vratislau: Boleslao electionem ſuam acceptante, & Alexandro II. Papa confirmante. Hic primus ex Polonis poſt Italos Epiſcopos ibidem fuit,* 1062.

Mſzcziuij *de Iakuſowice, Ioan: Canonicus Cracouień.* 1061. Cathalog. *Borzywoius filius Mſte rediit ex Vngar. benignitate Vladislai Ducis* 1084. *cum Mecislao Boleslai Audacis filio Succam. Cracouien. Caſimiri Regis literæ* 1366. *Derslaus Pocillator Boleslai Krzywouſtij* 1114. *magnus bellator. Eius filij Albertus & Derslaus. De his literæ Boleslai Criſpi. Nos Boleslaus &c. Conſiderantes fidelitatem & probitatem militum noſtrorum, Alberti & Derslai Accipitrinorum, pro fideli ſeruitio illorum villas ipſorum Iakoſowice & Kobelniki de Iure Polonico in ius Teutonicum transferimus. Albertus prænominatus erat Vexillifer Sendomirienſis, Reliquit filium Petrum. Suentoslaus Epiſcopus Poſnanienſis*, Cathalog. 1151. *Petrus Epiſcopus Płocenſis*, Cathalog. 1154. *Andreas Epiſcopus Vilnenſis qui fidem Catholicam primus in Lithuania promouit*, 1390. Cromer. *Virum pium & doctum* lib. 15. refert. *Anonÿmus de illo.*

Strenuus accipiter pennis ſuperantibus aſtra
Deſpicit, eſt humili quidquid in orbe ſitum
Is quoque tam clara qui traxit origine gentem
Diſcolor, haud quando ſtemmatis huius erat.
Dum parat æterno victuram tempore famam
Nomine percrebuit notus vtrique pollo.

Narciſſus germanus Andreæ Epiſcopi Vilnenſis, qui PP. Ordinis S. Franciſci in noua Ciuitate Korczyn Eccleſiam erexit, fundauit. Koſczon

Petrus de Sędziſsow Dlugoſſ: 1400. *Albertus Epiſcopus Poſnanienſis, demum Cracouienſis, poſtmodum Gneſnenſis Archiepiſcopus. Iterum Cracouienſis Epiſcopus, notabat familiam de Lubnice* 1412. *Poſteris de ſua familia emit Rytwiány, quapropter familiam ſuam cæperunt notare de Rytwidny & Rytwianſcij. Martinus ex fratre Epiſcopi filius Palatinus Lęcyceń.* Crom: 16.

Rytwianſcij *à Rytwidny, Derslaus Palatinus Cracouienſis, Ioannes Caſtellanus Cracouienſis frater vterinus,* Cromer lib: 28. *Filij Martini. Ioannes Rytwianſki Caſtellanus Sendomirienſis, Palat: Cracouienſis, & Marſchalcus Regni,* Crom: lib. 28. *Orator ad Pontificem,* Crom: lib. 25. *Erant viri clariſſimi in Regno & Eccleſia, in bello & pace. In Curia & Senatu veri Ciues, veri amatores patriæ, obſeruantiſſimi Regum & Legum. Derslaus filius Caſtellani Cracouienſis, Caſtellanus Roſperſceń. demum Palatinus Sendomirienſis, vt priuilegia Monaſterij Tremeſenſis referunt. Reliquit filiam quam nupſit Korozueccio, qui dum reliquit filias tres, bona Rytwiany cum eis diuiſa ceſſerunt, Rytwiány, Laſko, & Korozueccij bona Lanzckorunſciis.*

Sic vos non vobis fertis aratra boues,
Sic vos non vobis mellificatis apes.

De illo Cromer. quod ad controuerſias componendas cum Vngaris fuerit cum alijs miſſus Commiſſarius, lib: 27.

Narciſſi ſeu Marciſsi filius Petrus de Zborow. Hæc bona etiam Albertus Epiſcopus cum Rytwiány comparauerat, dilectus Caſimiro Regi Venator Sendomirienſis, 1479. *Ex Tęcinſka reliquit Nicolaum & Andream.* Refert alia de illo Dlugoſſ: *Nicolaus magnus Bellator in Vngaria, in præſentia Matthiæ Regis, à quo & honore militari decoratus fuit, Regi Pol: pugnanti contra Cruciferos profuit & marte & ſumma peccuniaria. Pauperibus Cracouiæ beneficia plurima præſtitit. Receperat à Sereniſſimo Rege in ſumma peccuniaria Odolanouiam. Andreas verò frater Nicolai, poſt mortem fratris Tenutarius Odolanouij, & Dominus in Zborow Zborowſki nuncupatus fuit, & Elizabeth Szydlowieczka Chriſtopheri Caſtellani Cracou: filia, reliquit filiam, quæ primo matrimonio iuncta Krzepiecio, ſecundo Szafrancio, & filios tres reliquit, obijt Caſtell: Vieluneń. Ioannes primus filius Andreæ, qui in Vngaria dum Regno præeſſet Sigiſmundus Bohemiæ Rex, maxima ſpecimina adoleſcentiæ in militari theatro demonſtrauit, demum in patria pro patria, dum ad Orſſam pugnat occubuit. Eius Epitaph: Vilnæ in Eccleſia S. Franciſci de Obſeruantia.* De illo Cromer lib: 27. *ad Tartarorum Principem legatus fuit.*

Caſimi-

Digitized by Google

Caſimiro Rege regnante. Petrus alter filius Andreæ Pocillator Sigiſmundi Regis, demum Caſtell: Máłogoſteń. & maior domus in Curia Auguſti filij Regis, obijt Caſtellanus Sendomirienſis, & Capitaneus Sanocenſis 1557. Martinus horum germanus, vir in conſilio & bello fælicisſimus, Regibus maximè charus. Ex Caſtell: Caliſſ: Palatinatu ibidem, demum Palatinus Poſnanienſis, obijt Caſtellanus Cracouienſis. Capit: Szidłou: Stobnic, Tlumac: Odolanow. Cuius geſta & heroicas virtutes, Epitaph: in Zborow ita refert: Illuſtriſſimi & Magnifici viri animi celſitate, virtute atq; integritate Senatoris clariſſimi, Martini Zborouij de Ritwidny, è gente Iaſtrzembciorum, Patre Andrea, Matre Elizabeth Szydłowiecka progeniti Caſtellani Cracouienſis præfecti Stobn. Reliquit filias Zophiam Coniugem Oſtrorog Caſtell: Sanoceń. Catharinam Oſſolinſcij Caſtellani Sendomirienſis vxorem, Barbaram Stadniccij de Zmigrod, Elizabetham Tarnouij, Chriſtinam Ioannis Chodkieuicz Comitis in Skłow & Myſſ, Marſchalci M. D. Lit: Coniugem. Filios reliquit Martinum Caſtellanum Krziuienſceń. Roth. Auguſti Regis Curiæ in Filandiam, cuius animi dotes Vilnæ apud Bernard: Epitaphium dicit. Nobiliſſimi Regni Poloniæ Patricij, animi heroica magnitudine & morum comitate præſtantia, bello Liuonico ſub auſpiciis Sigiſmundi Auguſti extincti 1559.

In patria virtuti ſat eſt obijſſe ſibique
Perſimiles patriæ progeneraſſe ſuæ.

Reliquit filios ex Rozrazewſka. Petrum alterum filium Palatinum Cracouienſem Generalem Capitaneum Crac: Stobnic. Tlumac. Kamionac Legationem ad Adalbertum in Pruſſiam, ad Selimum in Turciam fæliciter perſoluit. In electione Stephani Regis ſummè proficuus, in expeditione contra Gedanenſes deſideratiſſimus, viris doctis & ſacerdotibus Eccleſiæ Romanæ maximè affectus (licet Caluinus) fuit. Reliquit filium ex Barbara Myſſkowka, cui in parato peccuniam reliquit centum viginti millia. Ioannem tertium reliquit fililium Caſtellanum Gneſnenſem, præfectum militiæ Regiæ & in bello ſingularem victorem Gedanenſium militum præfecti, Hans Koln cum parciſſima manu, Legatum in Galliam ad Henricum Poloniæ Regem 1577. Habuit vxores tres, ex Sileſia Malicianownam, Ducis in Pronſko Palatini Chiiouienſi filiam, & Konarſcij Caſtellani Caliſienſis filiam. Andreas filius quartus, Marſchalcus Curiæ Cap: Radom. Hic cum iuuenilem ætatem exteris in nationibus excultam, grauioribus exercitiis adornaſſet, Regi fideliſſimus fuit: Eccleſiam profanatam in Zborow à parente conſecrauit, altaribus adornauit, parochum introdu-

Digitized by Google

introduxit. Reliquit ex Iordanowna Caſtell. Cracouienſis filia Martinum filium. Nicolaus quintus horum frater, Hic artem rei militaris cæteris virtutibus præſtantiorem eſſe docebat. Epitaphium in Zborow de illo refert. Natalium ſplendore, Prudentia, Fortitudine, à multis præclaris virtutibus ornatiſſimi viri Præfecti Szydłou. Runeburg. Dzierzbneń. Ex Tęcinſka Caſtellani Cracouienſis filia ſuſcepit Chriſtophorum, Petrum, Elizabetham. Sextus frater Samuel, quem ob militarem animum, affectum, prudentiam, Coſaci ad Donum pro ſuarum copiarum præfecto expoſtularunt, elegerunt, cui poſtmodum regimen ſuum & Coſaci ad Boriſtenem commiſerunt. Cum quibus qualia perennis gloriæ indicia perfecerit. Paprocius latè referet. *Chriſtophorus ſeptimus illorum frater, qui dum in electione pro Maximiliano vota dediſſet, in illius ac filij eius curia, vitam finiuit. Extant his temporibus poſteri, ex Samuele Alexandri filius in* SOCIETATE IESV *Profeſſus.*

DISTINCTIO ARMORVM IASTRZEMBIEC.

L*Aurentio Miedzileſki Præpoſito Vilnenſi, Nuntio & Protonotario ac Comiti, Palatino Apoſtolico & Oratori Sereniſſimi Regis Poloniæ ad Cæſaream Maieſtatem pro claris factis, in obeundis R. P. Chriſtianæ negotiis, ad expeditionem contra Turcas & alios Chriſti nominis hoſtes, prudenter & ſtudioſè fieri ſolitis, nonnihil decoris addidit, vt Accipiter cum campanellis venatis ad vnum pedem, altero pede dextro babatum teneat erectum Maximilianus Romanus Imperator ſemper Aug. conceſſit. Præterea omnimodam facultatem conceſſit perpetuis temporibus duraturam tres milites ſeu equites laureatos ex eadem familia creandi & faciendi vnum in Polonia, alterum in Lithuania, tertium in Maſouia. Datum Auguſtæ* 1518. *Regnorum Romani* 33. Hungariæ 28. Latius habet in Stemmat. Paproc.

Myſzkowſcij *de Mirow, Petrus Palat. Lęcciień. Marſchalcus Regni. Reliquit filios Petrum Cap. Leop. militia clariſſimus,*Cromer. lib. 30. *Erant in Ruſſia nonnullæ mærcenariorum militum copiæ, cum Petro Myſzkouio Præfecto Leopol. Stanislaum Caſtellanum Miedzirzec, Laurentium qui Ioannem Ducem Zatorienſem gladio confodit,* vt Bielſc. ſub Anno 1513. refert. *Magnus vir erat in armis, vt Moſcouia teſtis, vbi & veniam delicti ob cædem promeruit.* Bielſc. Anno 1514. *Demum Caſtell. Sandeceń. Martinum Caſtell. Vieluneń. Nicolaus filius Laurentij, Caſtellanus Voynicenſis, Oświecim. Zatorień. Miedzirzecenſis Capitaneus Erat ante inciſor Regni Sigiſ. I. Rege*

Regn.

Regn. Cromer. fol. *696. Reliquit Barbaram Zborouij, Palat. Cracouień. & Geń. coniugem, & Zophiam Macieiouij Caſtell Zauichoſteń. Capitanei Spiſeń: vxorem, cum quibus & bona deuoluta ſunt in virorum familias. Alter filius Laurentij, Stanislaus, Nicol. Canonicus Cracouienſis, Petrum, Stanislaum, Chriſtophorum. Tertius filius Andreas Caſtell: Lublineń. Lubacouień. Capitaneus Quartus filius Chriſtophorus Caſtellanus Rauenſis. Martini verò filij, Stanislaus Palatinus & Capitaneus Cracouień: ac Geń. qui ex Anna Andreæ Comitis in Tęczyn Caſtell. Cracouień: filia reliquit filios Ioannes Caſtellanus Oświecim: Iacobus Burgrabius Cracouienſis & Hieronymus. Germanus verò illius primi Petri Palatinus Lęczicień: erat Nicolaus à Przecicow. Habuit Ioannes Caſtell: Oświecim. & Nicolaum qui rereliquit Ioan. & Georgium Archidiaconum Cracouień.* vt Epitaph. 1548. Cracouiæ refert. *Ex Ioanne & Pieczyhoyſka relictus Petrus, Epiſcopus Cracouienſis, & Dux Seueriæ, qui Cracouiæ ſepultus,* 1591. *Eius virtutes plurimas* Paproc. enumerat *Alter filius erat Nicolai Sigiſmundus, qui ex Beata Przerębſka reliquit Ioannem, Petrum, Sigiſmundum, Alexandrum. Tertius filius erat Alexander,* Cuius Epithaphium Cracouiæ 1548. *Sigiſmundus Marſchalcus Regni, vt conſilio ita animi excellentia grauiſſimus Reipub. amator, Regum obſeruantiſſimus, pietatis in proximum, reuerentiæ in Deum ſingulariſſimus Illuſtriſſima Domus Gonzagea gentilicius Principum eos adornauit.*

Dzierzgowſcij *in Maſouia. Hi ante Iezowſcij dicti, ſed diuiſione & poſſeſſione bonorum Dizerzgow, Dzierzgowſcij nuncupati fuerunt. Erat diuiſio bonorum ante annum* 1270. *Pomſciborius Iezewſki de Dziergow, Caſtellanus Ciechanonienſis, ex Catharina Wilkanowſka ſuſcepit Ioannem & Nicolaum. Nicolaus Dzierzgowſki Archiepiſcopus Gneſneń. Primas Regni, Legatus natus.* 1546 De hoc Ianicius.

Te fauor ad magnos Regis prouexit honores,
Et primum patriæ fecerat eſſe caput:
Largus eras inopi: nec certe iniurius vlli,
Non eſt parua boni laus quoque & iſta viri.

Ioannes Archiepiſcopus Germanus Palatini & Generalis Maſouiæ, Varſauienſis & Louicienſis Capitanei. Reliquit ex Dorothea Sobocka filium: Magnus erat amator patriæ maxima quoq; pro patria fecit, voluit. Amo Saluſtium dicentem. Non exercitus, neque theſauri præſidia Regni ſunt, verum amici, quos neque armis cogere neq; auro parare queas, officio & fide parantur. *Auctus filius Palatini Caſtellanus Sochac; Oſiecenſis Capitaneus, ex Srzenſka Palat. Ploceń. filia reliquit Barbaram, Macieiouij Capit. Zauichoiſteń. coniugem,*

gem, cum illa & bona translata fuerunt. Anno 1523. *Stanislaus Dzierzgowſki Iudex terræ Ciechanouienſis. Hic dum diuiſione bonorum Szumſko accepit, poſteritas Szumſcij vocati ſunt.*

Iezewſcij *eadem cum Dzierzgouiis domus, Pietati, religioni, militiæ, dediti, ante annos ſexaginta computauit quidam Canonicos Płocenſes & Varſauień. viginti. Bartholomæus cum Przedborſka reliquit Ioannem & Bartholomæum, & filias quatuor. Ex quibus progenita proles à villis & bonis iterum alia ſortiti ſunt cognomina, alij Skubaiewſcij, alij Bielewſcij, alij Kucharſcij. Matthias Iezewſki in Zarzece & Gilinie translati, poſtmodum cupiditate immortalis famæ in Caſtra & Podoliam, plurima indicia inuicti animi demonſtrarunt. Quapropter grauiſſimis titulis in caſtris, Rothmagiſtrorum, Cuſtodum caſtrorum, nuntiorum ad hoſtilium phalanges & Dominos honorati extiterunt. Nota eſt & modernis rectoribus exercituum eorum fides & virtus.*

Kępſcij *in Płocenſi Palatinatu, Stanislaus Palat. Płoceń., Adamus Cap. Płocenſis, Poſteritas ab Adamo Koſmaczewſcij vocata: Non tenditur rete accipitri* ait Terentius. *Nullus etiam terminis nomen clarum veſtrum & amor in patriam conſtringitur.*

Szulenſcij *de Lukomie in Dobrzinenſi terra, Matthias vir ſtrenuus ex Czernicka & Naſiegniewſka reliquit Paulum & alios filios. Neglecta ſolent incendia ſumere vires, & ſopita gloria incenditur virtute.*

Lutomirſcij *de Chelmica magna in Dobrzyneń. terra. Sciborius Capitaneus Dobrżynenſis tenutarius Margierburg. Pruſſorum clades* 1290. *Przedborius defenſor ſtrenuus contra Cruciferos Dobrzyn: Terræ, propter quod à Wladisl. Iagell. præmiatus fuit, vna cum filio Ioanne non diſſimili à parēte fortitudine animi, medietate Luthomirſko vt litteræ datæ Cracou.* 1406. *teſtantur. Nicolaus filius Ioannis Subiudex Dobrzynenſis litterarum peritus & pius vir, reliquit Ioannem Iudicem Terræ Syradienſis. Hic reliquit Balthaſarum Caſtellanum Ciechon. ex Dorothea Laſocka ſuſcepit Nicolaum qui ex Oſolinſka Balthaſarum, Nicolaum, Petrum. Alterum Michaelem qui reliquit Ioannem Caſtellanum Syradienſem, Radomenſem, Lencicienſem Capitaneum, & Michaelem Succamerarium Dobrzynenſem. Tertium Petrum Succamerarium Syradienſem. Hic reliquit Georgium Vexilliferum Camenecenſem, qui ex Potocka ſuſcepit Nicolaum & Stanislaum, hic ex Laſocka Georgium & Ioannem. Anno* 1582. *Balthaſar Caſtellanus Czehouienſis filius Capitanei Syradienſis & Lecicienſis cum Beata Tarnowſka Palati. Sendomirień. filia reliquit Stanislaum & Sophiam. Extant Lutomirſcij antiqua & recenti fama in pace & in bello perilluſtres, & quaſi reuerberanti inter ſaxa voce, virtute correſpon-*

Digitized by Google

reſpondentes, vt quaſi audiam, Senec: Epiſt: 94. *Obſecro te mi Lucilli hoc agamus, vt quemadmodum pretioſa rerum ſit vita noſtra, actu illam metiamur non tempore. Nam quam diu ſim, alienum eſt: quam diu verò vir bonus ſim, meum eſt.*

Ocieſcij, *Ioannes Cancellarius Regni, Magnus Orator ad Cæſaream Maieſtatem, & diuerſos Sereniſſimos. Obijt* 1563. *Reliquit Ioannem Capitaneum Olſtinenſem & Ioachimum, filiam quæ nupta fuit Stanislao Tarnouio, Caſtellano Sendomirienſi. Raphaelem cum filio Matthia, & Ioannem Caſtell: Biecen̄. Magiſtrum Curiæ Regni, Capit: Sadecen̄. Succamerarium & Burgrabium Cracouienſem, Epitaph: Cracouiæ in Eccleſia SS. Trinitatis refert* 1547. *Adamum Succamerarium Crac: virum pium & de omnibus bene meritum, Epitaph. quod marito ſuo Anna de Koniecpole in Eccleſia Woynicenſi poſuit, refert:*

Eius echo è Sarcophago:
Adam hic iaceo explens æui iuſta tempora ſui,
Expectans munera certa præmia mei.

Ex hac familia erant plurimi Canonici, milites, Duces militum, Senatores, & optimi patriæ ciues, ſed hæc omnia faciunt hominem beatum ſed non beatiſſimum, at cuius vita perfecta fuit.

Belzeccij *in Ruſſ: Palat: Belzen̄. Hi non ita curarunt vt diu viuant, quam vt ſatis viuebant Regi, Patriæ, Senatui, fidelitate, ſanguine, conſilio, ſatis. Nec aliter viuere ſibi & poſteritati ſuæ exoptant. Quapropter ſanguinem & vitam plurimi in varijs expeditionibus, corde hilari effundere non hæſitarunt. Nicolaus, de quo liberè proferendum:* quod Epictetus de viro famæ ſplendentis protulit. *Quemadmodum ſol non expectat preces & incantationes vt exoriatur, ſed illico fulget & ſalutatur ab omnibus, ita nec ille expectat applauſus, ſed vt ſalutetur, ametur ab omnibus, executus enim fuerat tam pacis quam belli tempore officia boni ciuis, boni amici, boni filij. Reliquit ex Barbara Magierowna Bartholomæum, Andream, & Ioannem, & filias Elizabetham Zawacka, & Annam Herburtowa. Bartholomæus erat vir in toga & Marte, iuuentutem Marti vindicatam Sereniſſimis Regibus Henrico & Stephano obtulit, Surrogator Belzenſis obijt. Ex Waſſczynſka Nicolaum & Bartholomæum ſuſcepit. Hic Bartholomæus virtuoſe peractos adoleſcentiæ annos, dum militaribus campis ſplendidiores effeciſſet, Ducum in Zbaraz ſororem in coniugem accepit, ex hac ſuſcepit filias coniuges Skotniccij & Debinſcij: Hac mortua, Ducum Solomirecciorum ſororem in matrimonium accepit, demum ex Sophia Pieciboyſka habuit Chriſtophorum*

S.R.M.

S. R. M. Secretarium, poſtmodum ex Trzcinſka Succamerarij Sochacou. filia accepit Franciſcũ & Georgium. Obiit ille Bartholomæus primus Succamerarius Belzenſis poſtquam arcem Rudenſem erexit. Andreas Germanus Bartholomæi, dum multarum nationum ſtudia, mores, militarem expertus, fortitudinem Scythicam, Valachicam, Moſcouiticam Rothmag: ad Polociam Koltow & Socol dexterè & viriliter tribus vicibus vexillum bello colapſum ſubleuando repreſſit, ex Slupecka Caſtell. Lublinen: filia reliquit optimum ciuem Patriæ ante Succamer. modo Caſtellanum Halicienſem, Capitaneum Belzenſem. Hic ad Smolenſcum cuniculos & petardas cum Nouoduorſcio Caualiere admouebat, & contra Abaſium Paſa militem proprio ſumptu centenarium adduxit. Eius ſoror Catharina Alexandro de Mirow Myſzkowſki Capitaneo Tyſzeuiecenſi in coniugem data. Poſt martis trophæa cum Zophia Zarczynſka celebrauit matrimonium, ex qua ſuſcepit Alexandrum cui parens Capit: ceſſit Belzenſem poſtquam cum Staniſlawſka matrimonium accepit, Euariſtum Cubiculariũ S. Vladislai IV. Theodorum & Bonauenturam, ſecundo matrimonio Andreas ex Heduigi de Buczac Iazłowieczka ſuſceperat filiam Helizabeth Illuſtriſſimi Ianuſij Tyſkiewicz Palatini Kiiouienſis, Zitomirienſis, Sniatineń. Præfecti coniugem. Tertius illorum frater Ianuſius, Hic Tyrocinia militiæ in Vngaria ad curiam Stephani Batorij Palatini Tranſiluaniæ & parantis ſui habuit Aulicus Reg. Maieſt. Steph. In bello animo infracto ad Socol. & Cecoram, & cum Ianuſio Duce in Zbaraz Palat: Braslau. contra Seremetum & Bulchacum extitit, Eccleſiam Magierou. fundauit. Reliquit ex Strzizowna Ioannem Vexill: Belzeń. qui ex Niſcicka duas filias Zophiam Vbyſzo S. R. M. Secret: in matrimonium conceſſam & Annam. Tandem ornatus militaribus trophæis ac virtutum ſplendioribus ſempiternam ſui memoriam poſteris reliquit. Cogitet igitur ſedulius deſcendens poſteritas primorum annos & acta, quibus vnicum commemorabo. Andreas Læchius Scotus Anagrammata Ioanni Belzeccio plurima adſcripſerat.

1. Heus nobilis ne ceſſa
2. Acie nobilis ſenſus
3. Nobilis acuis enſes. Sed primum ita interpretatus fuit.

Nobilis heus, quicunque fuit, qui ſcire quis eſſes
Iuſſerat, in vultu legerat ille tuo.
Ingenium Genium, iuuenili in fronte Senilis
Incrementum animi Pectora digna domo
Credibile indicium morum aſpexiſſe notaſſe
Matura vt tenerum, iam grauitate Regi.

Cætera

Cætera quid memorem; NE CESSA adhibere Parentis
Digna ô verba Sopho Moribus, eia, tuis.
Tu patrijs Auſis, Acuis Stirps nobilis enſes,
Artibus ingenium, Quantum ô vtrinque Decus.

Macieiowſcij *de Macieiow in Palat: Cracouienſi:* Dicebat Sen. Epiſt. 92. *Enumerare omnes fatorum vias longum eſt: Hoc vnum ſcio, inter peritura viuimus, quare Deo, conſcientiæ viuamus.*

Głoſzkowſcij *in Cerſceńſi diſtrictu. Regum Curiis, Auguſti, Henrici, Steph. aulica dignitate clariſſimi, nouerunt enim quod vt diu quis viuat, fato opus ſit, vt ſatis animo.*

Ianikowſcij: *Thomam & Thobiam Canonicos Vroclau: meminerunt Epitaph. vbi poſteriorem morum & virtutum fundamentum referunt.*

Baranowſcij: *Albertus Epiſcopus Præmislienſis Vicecancellarius Regni, poſtea Archiepiſcopus Gneſnenſis, magnus pauperum tutor, & Reip. amator. Albertus Baranouius per Anagramma:*

LABOR TVVS SANE IVBAR.

Sic de te affirmant: ſanè tàm nomine quam actu
Tuque laborque tuus, ſol quod in axe, iubar.

Iaſtrzembecij: *Exiſtimo ab ipſiſmet armis denominatos. Albertus Epiſcopus Cracouienſis* 33. *ordine. Aſſumptus* 1412. *translatus ad Eccleſiam Gneſnenſem, mortuus* 1436.

Rachanſcij *in Belzenſi Palatinatu, vnus illorum pietate & moribus grauiſſimus, vexillifer Belzenſis.* Admonebat Senec. Epiſt: 109. *Tenendum eſt rapiente fluctu gubernaculum, luctandum cum ipſo mari, eripienda ſunt vento vela. Giebarth in Dobrzynenſi Terra, Patriæ & Reipublicæ militari, & doctrina proficui.*

Orlowſcij *in Dobrzyneń: iure & iuſtitia beati. Iudices Dobrzynenſis Terræ.*

Beikowſcij *antiqua & præcipua in arte militari familia. Habent priuilegium à Troideno Maſouiæ Principe & Czeruiniæ, in Anno Dńi* 1362. *vbi dat villam Bieikow ſuper ripam Pilcza ſtrenuo militi Stanconi Comiti & Baroni ſuo. Nicolaus Marſchalcus Semouiti & Conradi Principis Maſouiæ, ſingularis triumphator de hoſtibus ſuorum Principum. Diuiſione poſtmodum bonorum deſcendentes filij, Nicolaus accepit Falecice, alter Beykow &c. Ille qui habuit Beikow habuit filium Stanislaum omnibus bonis amabilem, qui reliquit Ioannem Dapiferum Præmislienſem, virtutibus benè inſtructum, qui ex Rzeſowſka reliquit poſteros, Frater ſuus Petrus Vexill. Czerſceń. habuit coniugem Laſka. Paulus tertius eorum frater Auguſti Regis temporibus militia celebris, in Nicborg cum aliis in captiuitatem redactus, dum lancea à Moſchorum duce vix non eſſet perfoſſus, eripuit*

lanceam & direxit fortiter in Ducem, ſed filius Ducis gladio parentem defendit, in carcere vitam finiuit. Guagninus in deſcrip. Sarmat: *Extant & modernis temporibus Bieikowſcij, quibus illud* Senecæ Epiſt: 109. *recogitandum, Sic in ætate noſtra, quod eſt optimum primum eſt. Id exhauriri potius patimur, vt nobis fecem reſeruemus. Inhæreat iſtud animo, & tanquam miſſum oraculo placeat.*

Nowiewſcij *in Ruſſia, bonis & fortitudine non mediocres.*

Kul *in Cracou: Pall. Alias vocantur Niemſta, ſortiti ſunt cognomen ſub Boleslao Audace,* vt Dlugoſſ: *Erant viri literis, & militari dediti, vnde & Capit: Varſauień. & Rothmagiſtri grauiſſimi, protraxerunt ſua domicilia in Podoliam, virtute, fama, hoſpitalitate continua.*

Pilchowſcij, *optimi in patria & bello. Quare optimi?* Seneca Epiſt: 109. doceat. *Quia iuuenes poſſumus diſcere, poſſumus facilem animum & adhuc tractabilem ad meliora conuertere, quia hoc tempus idoneum eſt laboribus, idoneum agitandis per ſtudia ingeniis, & exercendis per opera corporibus. Matthias Rothmag: Stephani Regis ad Gedanum, & per totum bellum Moſchouiticum, vobis quos tanti excitant honores, veſtigia è puluere excitare famæ conuenit*

Myſliſzowſcij: *Proſunt inter ſe boni, exercent enim virtutes, & ſapientiam in ſuo ſtatu continent.*

Chmieleccij *de Golany: Ioannes Enſifer Podol. cui filius Ioannes Georgius id ad cippum inſcripſit in Cameń. Podoliæ.*

Dum vixiſſet.

Regi fidiſsimus, Patriæ amantiſsimus, nobilitati in amoribus viciniæ æquiſsimus; ſubditis non iniurius, bonis omnibus cariſsimus, ſobolis in educatione diligentiſsimus, Eccleſiæ Catholicæ addictiſsimus, munificus parens egenorum fuit.

Kuropatwa *in Ruſsia in diſtrictu Halicienſi & Trebouli enſi. Egregium opus pari iugo ducunt. Ioannes Capitaneus Chelmenſis, Ruſſorum ad Chelmam ſtrages. Nicolaus Stolnik Halicienſis, Succamerarius poſtmodum qui à Scithis occiſus. Ex Belzecka reliquit Alexandrum, qui ex Gołuchowſka optimę ſpei adoleſcentes & duas filias ſuſcepit. Paulus Dapifer Halicienſis ex Makowiecka ſuſcepit Ioannem, Petrum, Paulum, & Hieronymum, eximios milites & optimos patriæ ciues.*

Strzemboſz *in Sendomirienſi Palatinatu, vulgus hos ante vocatos Iaſtrzembeccios, vocauit Iaſtrzembeſſios, poſtmodum Strzembeſſios. Erat domus vt virtute, ita meritis ſemper collucens, quapropter & terrarum Iudices, & in militia primates fuerunt. Deduxerunt colonias ſuas in Terram Lublinenſem & Volhiniam, vnde non admiranda erit eorum tàm differens denominatio. Petrus Tribunus Lublinen-*

ſis,

Digitized by Google

ſis, Ioannes litteris & moribus nobilis, Andreas Præpoſitus Mſtouie. Extat familia eorum in Volhinia, diues & apta ad ſingula Reipublicæ munia. Præſtat enim ſapiens ſapienti, id quod eſt dulciſſimum & honeſtiſſimum, idem velle atq; idem nolle.

Zakrzewſcij, *Stanislaus curam arcis, & Ciuitatis Oſtrog à Ducibus commiſſam habuit.*

Drozdowſcij, *qui poſtmodum vocati Byſowſcij, in Lęcicień. Michael Iudex Terræ Lęcicien. notabant familiam à Drozdow, fecerunt alij in Podgoria ſua domicilia.*

Pęcláwſcij *hæredes in Przęcłau. in Pall: Maſouiæ, in diſtrictu Cerſceń. ſubleuarunt nobiles actus, non fortunæ armis, ſed ſuis. Hinc Ducibus Maſouiæ, tùm meritis propriis, tùm maiorum ſuorum amiciſſimi, Marſchalci dignitate honorati fuerunt. Bartholomæus perfectione militari ſtrenuus, in Moſchouia ad Pſkouiam Sereniſſimo Rege Stephano iuſtum deducente bellum, ſingularis animi & fortitudinis ſigna demonſtrauit. Reliquit filios Stanislaum Rothmagiſtrum, Adalbertum Rothmagiſtrum, maiorem domus magni Præfecti exercituum Regni Koniecpolſki, & Regiæ munitionis in Pruſſia ad vltimum poſſe tutorem. Petrum in expeditione Moſchouitica occiſum, Benè moritur, quisquis moritur dum lucrum facit. Laurentium & Chriſtophorum, qui poſt exercitia virtuoſa, & bellicam functionem ſecurioris vitæ ocia honeſtiſſima contracto matrimonio elegerunt, vobis vitam & ſalutem ab ipſo rerum ſeruatore rogo.*

Rychlowſcij *in Syrad. Lencicień. & in Podoliæ Palat: victoribus & marti deditis deſiderabiles.*

Wroblowſcij, *Hi conſiderarunt quod non ſolùm ſibi nati fuerunt, ſed & ſuis, & patriæ, hinc grauis armaturæ milites facti, Rothmagiſtri diligentiſſimi. Petrus Rothmagiſter Tribunus Podoliæ, fælix militari ad ſenium deditus. Lucas filius ex Agnete Pſarſkà Enſiferi Lęciciæ filius, præſtantis fortitudinis fortunæq; vir. Martinus loco tenens vexilli Capit: Tręboulień. in expeditione contra Coſacos ad Zolnin fortiſſimè occubuit.*

Pſarſcij, *Effloreſcunt ingenij laudibus.*

Czeſowſcij, *multi naturam ipſam ſecuti, multa laudabilia fecerunt.*

Kozłowſcij *militari dediti, Pancracius, Laurentius, Albertus, Petrus, Vſeborius* N. *Iudex Terræ Płoceń. eius filius Laurentius, miles ſtrenuus, & Rothmag. contra Turcas exercitum ducente Iuonia Valach. Palat:*

Manikowſcij *in Maſouia. Pares cum paribus facillimè congregantur, & Maſouij vel ſimul milites, vel Cancellariſtæ, vel domorum promotores inueniuntur.*

Grebeccij, *ſæpius ad virtutem eorum valet natura, quàm doctrina.*
Chełłowſcij, *non tantum corpori, ſed etiam moribus ſalubrem locum elegerunt.*
Lyśakowſcij *de Lyſakow, Ea agunt quibus irritamenta vitiorum profugiant.*
Zaleſiccij, *Turpe eſt armis vincere, vitiis vinci, victores hoſtium & vitiorum.*
Będzisławſcij: *Militandum eſt vobis, & eo genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur. Non enim coronatur niſi qui legittimè certauerit.*
Szomanſcij: *Si voluptati cedis, labori, dolori, paupertati cedis. Cogita ergò te Chriſtianum, & nobilem eſſe.*
Zdunowſcij, *Perſequere ſine modo ſine fine, ſed hoſtem fidei & vitia, nam illis neq; finis eſt nec modus.*
Chilewſcij, *Proijce quæ cor tuum laniunt, arripe quæ exhilarant, fidem ſcilicet, & amorem patriæ.*
Niedroſcij: *durum & laborioſum negotium hominibus datum ſcias, ſcilicet ire per obſtantia.*
Budkowſcij: *Pugna & Sanctorum inuoca auxilium.*
Dziwánowſcij, *Animus eſt qui hominibus commendat omnia bona fortia laudabilia.*
Witosławſcij *in Maſou*: Pall. *Clari iuſtitia & militia, Iudices Terræ Zaukrzenſcenſis, & in bello contra Moſchos, Scythas, & Coſacos, ſtrenui milites.*
Beſcij, *ornamenta animi plus diligunt quàm corporis, natura enim multò præſtantior eſt corpore.*
Koziebroccij *audaces in bello, virum enim iuuenem ſemper audere oportet,*
Kraſowſcij *cognomento z Dźieżek. Hoc decet bellicoſum virum, vt ſuſtineat cædem videre cruentam.*
Bełkowſcij: *Propius ſtare hoſtes, hæc virtus eſt, hoc optimum inter hoſtes præmium.*
Drochowſcij, *Nullus ignauus in celebrem virum euadit, vigiles opere ſunt, & ſtudioſi virtute.*
Malewſcij *laborant in caſtris, nam labor iſte parit celebritatem.*
Moykowſcij, *vitam & animum patientem periculo obijciunt.*
Tłubiccij, *aſtantem virum ſibi ad mortem obeundam admonebant.*
Dzięgielowſcij, *Non eſt aliud præſtantius, quàm ſuperare haſta.*
Iankowſcij *ſua opera prælij fluctus regebant.*

Przedpelſcij .Bobrowſcij. Szeczemſcij.
Goloccij. Przeradcij. Sądzinſcij.

Chorczew-

Chorczewſcij. Zawidzcij. Dziebakowſcij.
Konarſcij. Peſzkowſcij.

Hos omnes nobiles incipiendo à Pſarſciis, Semouiti Ducis Mazouiæ, litteræ nominant datæ in Płocko, in feſto S. Luciæ, 1408.

Swieciccij, *Nicolaus reliquit quinq́ filios, Ioannem Canonicum Pułtouienſem*, 1540. *Matthiam Tribunum Nurſcenſem*, 1569. *Albertum Decanum Płocenſem*, 1566. *Iacobum* 1572. *Franciſcum Succamerarium Lomzenſem. Filij Matthiæ Andreas & Martinus. Sunt Swieciccij etiam in Sendomirienſi Terra, notant familiam ſuam de Przepierow, Ioannes & Petrus militia & ſcientia ſingulares.*

Karſcij *in Płoceń.* Czerniccij *ibidem.*
Dobrzſcij. Pniewſcij.

Siemietkowſcij, *Aſſcribam familiæ veſtræ vniuerſale incitamentum, & gloriæ notatum.*

Qui ſanè vir bonus exiſtit in bello, Hunc ſimul lugent ſenes atque iuuenes, huius ſepulchrum & liberi inter homines præclari ſunt. Itemque nepotes & omne genus poſterum. *Tyrræus apud Stob:*

Slaweccij, *Erat quidam ex illis Notarius Theſauri M. D. Litu.*
Smolſcij, *Grabowſcij, Canonicos Płocenſes Epitaph. habent.*
Milewſcij *in Ciechanou: Terra. Vnus illorum Suffragan: Cracouień.*
Sokolniccij. Máłuſcij.
Domáſzowſcij. Oblow.
Kuczkowſcij *in Cracouień.*
Strzeſzkowſcij. Wierozebſcij.
Woleccij. Lazienſcij.
Graſimowſcij. Paczoſcij.

Pakoſowij: *Præclaus magna nobiliq́ virtute præditus. Iſtud nobilitati veſtræ, animo & viribus exprimere conuenit. Quem fortiter ſe gerentem manentemq́ & pugnantem, pro patria & liberis, Deo & Eccleſia, vehemens mars peremerit, eius bona gloria & nomen haud interit, ſed quamuis ſub terra conditus manet immortalis ille.*

Pelciccij *in Lęcicień.*
Trzepienſcij *in Syrad.*
Sulaczewſcij *in Caliſſ:*
Skrzetuſcij *in Poſnan.*

Nieſmierſcij *in Lęcicień. & Præmisl. Erat illorum atauus Caſtellanus Caliſſień. Cum in arduis rebus creſcat hominum gloria, omnes vos laborare nobiliter decet. Quis enim hominum citra laborem clarus eſt?*

Goreccij. Vchacz.
Rebieſcij *in Syrad.* Mączinſcij.

Digitized by Google

Kopernij *in Sendomirień.* Stuzenſcij in Syrad:
Stauiſcij *ad Visliciam.* Ciołkowſcij *in Podol.*
Rodeccij. Zawádzcij *in Præmisl.*
Polikowſcij. Dąbrowſcij *ad Radom.*

Subducam nobilitatibus veſtris doctiſſimi Callini dictum ex Stob: ſermone 51.

Vniuerſus populus virum fortem deſiderat
Viuentem inſtar ſemidei collit.
Nam intuentur ipſum veluti turrim,
Quippe ſolus multorum æquat facinora.

Klebowſcij *à Łukow.* Chwaliboſcij.
Nouomieiſcij *in Poſnan.* Zawiſtowſcij.
Roznowſcij *ibidem.* Chutkowſcij.
Doranſcij *in Syrad.* Pouczowſcij.
Golanſcij *ibidem.* Grabowſcij.
Wiktorowſcij. Łaziccij.

Balenſcij *in Palatinatu Syradienſi eodem ſtemmate vtuntur; multis iisq́ nobiliſſimis familiis ſanguine iuncti, quorum vnus his temporibus ex Bucinſka Theſaurarij Regni filia natus fuit Tribunus Sandomirienſis, vir integræ vitæ, & optimæ eruditionis, reliquit filium vitæ, ſanguinisq́ ſui & alieni, de bono paterno prodigum: prole tamen ex virtuoſa vxore Wilczogorſka fæcundum, alter fuit Vicecapitaneus Dobczicenſis, vir principibus viris carus, qui ex Konopnicka, Filium Martinum Cælibem & Margaretham filiam Stanislai Miiakowſki primum, poſt Nicolai Ligęże vxorem ſuſcepit. Alios huius familiæ poſteros, & ſuperſtites noſſe non licuit, noti tamen ſunt Syradienſibus, aliisq́ regni oris, vt potè viri gloriæ, ac bonæ formæ intenti, ac ad illam anhelantes virtutem, quàm poſuêre alij ſudore parandam.*

Konopniccij, *in Palatinatu itidem Syradienſi, viri familia & virtute celebres, cognatione inſignes, militari ſtudio aſſidui, ex qua domo viuit adhuc Caſtellanus Spiſſimirienſis, vir humanus, & magnus pauperum fautor, Monachorum S. Pauli primi Eremitæ, in hæreditariis bonis largus fundator: Cætera huius familiæ ornamenta, eiuſq́ numeroſam prolem ſilentio prætereo; Admiratio cum magnæ virtutis teſte Aulo Gellio lib:* 4. *non parit verba ſed ſilentium.*

Miecielſcij. Wąkczowſcij. Krziwanſcij.

Admonebat nobilitatem Iſocrates ad Demonicum: Plus timeas dedecus quàm periculum. Malis enim timendus eſt finis vitæ, bonis autem vitæ ignominia. Inprimis quidem operam des, vt tutus viuas: quod ſi quan-

Digitized by Google

Si quando contingat tibi periclitari, quære quomodo tibi ſalutem pa-rias, euadaſq́ bellum cum honeſta laude, non autem cum infamia.

Glinſcij Tymiccij

Zukowſcij *in Podlaſia.* Rogowſcij.

Poręba. Wyzga. *in Cracouienſi, in Belzenſi & in Podolia ſtre-nui militia, clari pietate.*

Raczynſcij *in Wielunenſi.*

Cudzinowſcij.

Dębowſcij. Zadorſcij.

Milanowſcij. Raciborowie.

Quod præclaris parentibus orti eſtis, præſentia vobis teſtantur, cum honeſtè viuere & emori maluiſtis, quam vos poſteroſq́ veſtros infamiæ cuiquam ſubijcere. Habetis in vita & poſt mortem amicos homines & Deos.

Rozembarſcij *in Podgoria.*

Choſczewſcij *in Podlaſia.*

Tanſcij *in Płocenſi Palatinatu.*

Hoholewſcij *in Belzenſi.*

Borutha *à Łukow.*

Zegoccij *in Palatinatu Inowladislauienſi.*

Iadamowſcij *in Sieradienſi.*

Brudniccij *in Płocenſi.*

Krzeſimowſcij *in Lublinenſi.*

Mirzenſcij *in Zakrocimenſi.*

Zakrzewſcij *in Radomſcenſi.*

Bromierſcij.

Dicebat Iſocrates in Euagora: Inuenimus gloriæ ſtudioſos & magnanimos viros, qui vitæ loco glorioſam mortem elegerunt, & magis de gloria, quàm vita ſollicitos eſſe: omnia deniq́ facere, vt immortalem ſui memoriam poſteritati relinquant.

Czayka *in Rauenſi. ſtrenui milites* Bielſc. lib. 3.

Niewiegłowſcij *in Łukouienſi.*

Bninſcij *in Dobrzynenſi.*

Borowſcij *in Dobrzynenſi.*

Kamienſcij *in Sieradienſi.*

Wawrowſcij.

Tłokienſcij.

Goſtinſcij.

Paproccij *ex Pruſſia ex Chelmenſi Terra in Lublinenſi.*

Grzebſcij *in Dobrzynenſi.*

Faleccij.

Digitized by Google

Falccij: *Epiſc: Theodoſeń: Suffrag. Gneſneń. Abbatem Sulciouień: Epitaph. habet Anno* 1581.

Pro Deo & Patria primo & poſtremo atq; per omnia, omni ſtudio & diligentia contendite, vt & nos, & maiores noſtros virtutis gloria ſuperetis.

Grzywienſcij *in Maſouia.*

Iodłowniccij *in Cracouienſi.*

Iurkowſcij *in Sendomirienſi.*

Kukowſcij *in Dobrzynenſi.*

Brzeziccij *in Lublinenſi.*

Nęcowie *in Cracouienſi.*

Kuzmiccij,

Mniowſcij,

Wierzbiccij: *Mattheus Epiſcopus Luceorienſis.*

Gibowſcij *in Cracouienſi.*

Reperiet diligens lector & alios viros præclaros virtute & genere qui his vtuntur armis, & adijcere licebit.

Sed aduertant obſecro qui his vtuntur armis, quod gloria parentum natis præclarus ſit magnificuſq; theſaurus. Vnde auertat Deus maiorum gloria abuti; ſcientes, viro nobili nihil turpius poſſe accidere, quam ſeipſum honorandum non propriam ob virtutem, ſed propter gloriam ſuperiorum præbere. Quid igitur proferes, ſi nec ſuam, nec maiorum gloriam conſeruabis?

IELITA

Digitized by Google

I E L I T A.



DELINEATIO.

SVNT tres haſtæ, in modum ſtellæ diſpoſitæ, coloris flaui, in campo rubeo, ſuper galeam medius caper ex porrectis vngulis anterioribus, vnde & Kozlarogi vocantur. *Ielitá aliàs Kozlarogi.*

ORIGO.

ANNO 1331. die 17. Septembris dum Vladislaus Locticus Cruciferorum ſtragem (quos Dlugoſſus quadraginta Millia cæſa fuiſſe numerat) circumſpiceret, vltra quadraginta viros morte abſumptos de ſuis computabat. Inter hos ferè morientem vidit Florianum Sarium nobilem de armis Kozlarogi, qui tribus transfixus haſtis ſupinus cubando inteſtina euulſa intra aluum propria manu ingerebat. *Florianus Sarius miles.* Quod Rex vt vidit ait? O quanto dolore premitur hic miles! Cui ille; Grauius me præmit ô Rex pientiſsime vicinus meus commanens in villa mecum. *Magis premit vicinus malus quam vulnus.* Cui Rex, Si vixeris, leuabo te à tanto malo. Curatum nobilibus his armis ac tota villa donauit. Gratus donorum miles antiqua arma Kozlarogi ſuper galeam affixit, & præſentia trium haſtarum honorauit. Tantum viri progreſſum & nobilitatis amplitudinem ita Sarnicius verſu celebrauit.

Tempus erat, quando noſtros inuaſerat agros
Gens fera de nigra quæ cruce nomen habet.
Huic Vladislaus Loktek occurrit in armis
Fudit & hoſtiles fortiter enſe manus.
Nec mora cæſorum ſqualentia corpora luſtrat
Poſtera cum cæli fulſit ab axe dies.
Ecce iacet miles viridi reſupinus in agro
Milleq; vulneribus debilitatus erat.
Iliaq; intrepidus manibus cohibebat amicis
Vulnera, ne forſan per geminata fluant.
Vidit vt hæc Dux, ad proceres ſic voce locutus
Illius ô ingens eſt dolor, atq; labor.
Miles ad hæc: Maior dolor eſt vicinus in aruis
Peſſimus, expertus Dux generoſe loquor.
Subijcit his Princeps: Iſto te faſce leuabo,
Ne dubita, vitam dent modo fata tibi.
Hinc miſerum tollit, ſpacioſaq; vulnera ſanat.
Et totum pagum donat habere viro.
Stemmaq; virtutis tranſuerſas inſuper haſtas
Tres dedit: huic Sario nomen eratq; viro.

In arma Ielita ita quidam carmine luſit.

Hoſtis acerbe quid increpitas noxamq; minaris?
Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto
Quod ſi feramenta crepas inuicta triplex eſt
Haſta; vel inteſtina ſolens haurire inimica:
Vel ſua pro patriæ fundenda offerre ſalute.

Haſta eſt diua poteſtas.

DIVA POTESTAS.

Centumuiralis haſta.

HAſtis ſumma dabatur poteſtas, ac in tantum, vt Diuam meritò appellem, Venit in mentem Centumuiralis haſta, *de qua Alexander ab Alex: Genialium dierum lib. 3. Capit. 16.* Huius iſta poteſtas erat, vt iura daturis haſta conuocarentur in vnum, ſicq; conuocati de hæreditatibus, teſtamentis, vſucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus alluuionibus, nexis, mancipijs, ſtillicidijs, quam maximè ius dicebant. Tantiq; exempli erat ille Senatus, vt Romani adoleſcentes primæ indolis experimenta à cauſis Centumuiralibus auſpicarentur. Summa igitur poteſtas haſtæ fuit, cum illius iudicio tantus Senatus colligeretur. Sed altiorem & magis Diuam poteſtatem haſtæ, à gentilitate antiqua deſumptam adducere animus cupit. Primi & antiquiſsimi pro Dijs haſtam habebant, à qibuus

Haſta vt Deus.

quibus edocti Romani religioſum duxerê, vt ſingulis Deorum ſimulachris haſtas darent. Idem Genialium lib. 6. Cap. 26. *En haſta Diua Deorumq́ poteſtas.* *Deorum haſta vnde.*

Verum.

Coloſſus iſte ſuam magnitudinem in puteo non ſeruabit.

Diuam poteſtatem in armis Sary eſſe lippis oculis intentus clare & in tenebris iudicabit. Hic nobilis erat inclitæ Kozlarogorum honeſtatis, heros & decor, huic haſtæ, non haſta, precordijs (non tergo) infixa, in virtutis honorem, fortitudinis exemplum conceſſa ſunt. *Seneca Epiſt.* 77. Bonitatem gladij inueſtigando demonſtrabat. Gladium inquit, bonum dices, non cui deauratus eſt baltheus, non cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Ita haſtam non quæ innuit viros Centum, ſed quæ non veretur Centum, vocabis Diuamq; appellabis. Vt quondam Horatius admonebat, *Gladius bonus.*

Fortiaq́ aduerſis apponite pectora rebus.

Quid ſi poſteritatis à Sario deſcendentis gradus, animos, dignitates, titulos, honores, animaduertiſſes? ad encomiorũ excellentiam, literis aureis non hæſitanter adſcripſiſſes, DIVA SARIORVM POTESTAS. Nullus namque honor, nullaque Regni dignitas tàm ſæcularis quàm ſpiritualis fuit, quam Sarij poteſtas centum coronis non ſplendidiorem effeciſſet. Pone ob oculos Epiſcopum Cracouieñ. Florianum Mokrski viuentem Anno 1350.

Ioannem Zamoiſcium Magnum Ducem exercituum Regni Poloniæ & Cancellarium digniſsimum, Cuius Echo per regnum & Chriſtianitatem non alius ſpargitur, quam, Diſcite Lechiadæ coniungere Pallada Marti: nominis & veſtri gloria perpes erit. Ioannem alterum Caſtellanum Chelmenſem finium Regni Poloniæ cuſtodem. De quo in exequijs illius Ludouicus Olewnicki edidit.

Dum ruit in medios, dum ſternit, vertit in hoſtes,
Zamoſcus telis ſternitur iam tribus
Haſtis tella, tribus tria iuſtum eſt addere, magnis
Hoc meritis poſcit, fama Zamoſciadum.

Quid de Nicolao Boglewski Palatino Mazouienſi, Hieronymo Głowa Duce Campeſtri, eorumque Familijs cæteris innumerabilibus referam. Non deponebant haſtas, vt ignaui, nec reddebant vt ſocordes milites, ſed haſtis ſuis erigebant ignauos, efformabant viros, nobilitabant plebeios, ſplendore dignitatis altæ, infauſtam, funeſtamque fortunam depellendo & propulſando.

Partus honos fulget fulgebit fama perennis.
Virtute eximia, & ſanguine parta tuo.

Digitized by Google

MELLEVM VVLNVS.

VVlnera quæ ſatiant non ſautiant, mel non vulnera ſunt. Vnde Thraces Zamolxium, quem Deum maximum putabant, non aliter fieri propitium æſtimauerunt, quam ſi ad aram facili lancearum ictu homo concideret, illamque optimam & gratiſsimam illi victimam opinati. Neque dubitandum, quin eſſet melleum vulnus, & ipſi in victimam poſito *Alex. ab Alexañ. lib. 6. Capit. 26.* At ritus hic cum ſit immanis & barbarus, multum debemus Chriſto Domino Regi & Doctori noſtro, quo præmonſtrante, exploſam terrarum gentium doctrinam amplectimur. Æternum hoc Thracum penale non melleum vulnus fuit. Vulnera pro Deo & patria Chriſtianis mellea ſunt, imo Ambroſiam ſtillant, vt non ſolum arma & acies alacris eorum animi & indomiti terroris argumēta ſint, ſed & vulnera ipſorum inciſiones ſacchareæ appareant. Excitant intentum Sarius & Zamoyſcius. Ille quidem dum mori pro patria exiſtimabat dulce, nec leuiter ſentierat, grauamen mortis ſub haſtis. Iſte verò vt de Zamoyſcio finium regni Poloniæ cuſtode Academia Zamoyſceñ. reliquit.

In patria patriæ oblitis vixiſſe ſuaue eſt.
At mihi pro patria dulce periſſe fuit.
Nec me pænituit, nec ploro, nec quæror inde
Non potui fato nobiliori mori.

Non abſimile in Anno 1613. Thomas Zamoyſcius Capitaneus Knyſzyneñ. &c. modo (vt factorum & virtutum inuictiſsimi parentis ſui ſtrenuus æmulator, ita & titulorum ipſius fidelis ſucceſſor.) Magnus Cancellarius Regni demonſtrauit, qui Scythis inualeſcentibus in Podoliam creſcentis ſuæ virtutis robore, obſtitit, ſuccurrit, conſuluit.

Creſcebat occulto velut arbor æuo Fama Zamoiſcij.

Quibus vos aſsimilabo ſinceriſsimi patriæ cuſtodes & protectores Sarij. Aſsimilabo Pomponio Romanorum fortiſsimo militi, qui à Mithridate ſaucius vulneribus rogatus. An curatus ei foret amicus, Ero, inquit, perlibenter ſi Romanis amicus fueris, ſin minus, me quoque inimicum habebis: *Bruſo lib. 2. Cap. 1.* Nulli etenim vos hoſti patriæ amici fuiſtis, ſed amicis illius amici, inimicis inimici: non abhorruit vos ab hoc tramite, nec ſanguis, nec commotio, nec reſpectus perſonæ aut poſteritatis. Hoſtis quicunque fuit patriæ & ſcelerum autor, ſiue intus, ſiue extra Regnum, & vobis hoſtis fuit.

Verus ciuis eras, æquus fiduſq; piuſq;.

Aſsimilabo Syllæ ad Orchomenum pugnanti, (*qui vt Plutarchus habet*) dum milites ſui ordinibus perturbatis fugam caperent, arrepto ve-

pro vexillo in hoſtem conuolauit, ita vociferando: *Mihi quidem, ô Romani milites hic pulchrum eſt mori*, vos interrogati, in quo loco Ducem amiſeritis memineritis dicere, *apud Orchomenum.* Veſtrum enim erat ô Zamoiſcij depreſsis animis, ſpiritum & vitam tribuere, fugatis verò & diſperſis, iter virtutis ac victoriæ demonſtrare. Teſtantur Maximilianus Auſtriacus, & Michailius Tranſalpino & fraudulentus Scytha & Moſchus: vt non immeritò, in veſtrum robur adhibuerit tale Encomium Daniel Balaban.

Pro patria dulce eſt mortali occumbere laudem
Inde feret, quæ ſic ſplendet vt Auricomus.
Laudabunt alij cæloq́ ſaloq́ ſoloq́
Omnes & noſcent bellica facta tua.

HASTÆ SALVTARES.

Haſtas ſalutares antiqui ex diuerſis rationibus nominarunt. Tantum namque tribuebant haſtæ, vt ſceptrum Agamemnonis multorum Regum ſucceſsione celebre, cui Chæronei Boetiæ populi diuinos honores ob cultum auguſtiorem referebant, haſtam appellitarent. Et meritò tali ex dignitate, haſta ſalutis nuncupabitur. *Pier: Valer: lib:* 42. *Cap:* 28. *Sceptrum eſt haſta.*

Salutis etiam haſta fuit, dum in ſumma inopia ad leuandam famem, haſta poſita publicè frumentum vendebant. *vt Alex: ab Alex: Gen: lib.* 3. *Cap:* 16. Celibarem quoque haſtam, quæ in cornore gladiatoris occiſi ſtetiſſet, cum à Romano muliebri ſexu, ad puptarum capita commanda deſumerentur, non abs re haſtam ſalutarem nominabo. *Pier: lib:* 42. *Cap:* 26. *Haſta ſalutis in ſame.*

Sed cedant haſtis haſtæ: Zamoſciadum haſtæ ſalutem, famam, honorem, ferunt, tribuunt. Ex illis Geometer Arma inſignia in Regno veniunt, ex illis ſalus Reipublicæ noſtræ ſplendeſcit: & hoſtis corruit. Quapropter Staniſlaus Madrowicz, hæc in arma illorum porrexit.

Bellator triplicem Zamoiſcij concutit haſtam
Priſcorum oſtentans nobile pignus Auûm.
Arctophilax primam ſimilem dedit ipſa Gradiuus
Tertia ob Herculea rite profecta manu.
Iunctæ conſpirant in ſignum fœderis haſtæ
Mucrones Græcis ſic peperere fidem.
At ſi quis rumpat vitalia ſymbola pacis
Heu quot molitur vulnera: Turca caue.

Salutis haſtam Sariadam, concinabat Stephanus Chmielecius Scytharum horror, & ſtrages, qui Thomæ Zamoſcij tum Palatini Chiio- *Chmielecki Zamoiſcij Premotio & Præfectij.*

Chiiouienſis promotione & ſubſidio euectus Palatinus ad Boriſthenem nuncupatus fuit concinnit. Piaſecouius ſuus quoque aulicus, illius namque beneuolentia Vladislaus IV. Rex Poloniæ inclinatus primum Caſtellaneatum Camenecenſem, poſtmodum Chiiouień. & Pallatinatum demum Nouogrodeń. in Seueria conceſsit. Ita ſalutem, ita honorem, & dignitatem haſtæ Zamoſciæ habent, donant. Grati igitur pro ſe

Floreſce virtus proxima Numini
Quam non metalli pondera diuitis
Æquare Cræſi non Eoi
Aurea Gaza maris valebit.

HASTÆ PVBLICÆ.

ANtiqui haſtas publicas tres, in iugum diſponebant duabus ſixis & tertia per tranſuerſum ad eas alligata, ſub quam, per vim ad imperium deueniſſent, diſcincti tranſire, hoc eſt armis ſpoliati, cogebantur. *Pier. lib.* 42. *Cap.* 26. *&* *Feſtus.* Zamoiſciadas haſtas publicas hoſtibus & iugum fuiſſe, nil me deterret dicere. Sic namque de illis Iacobus Dominicus Potocki, poſtmodum in Ordine ſacro Prædicatorio S. Dominici Prouincialis Ruſsiæ doctiſsimus & vigilantiſsimus.

Profecit armis nec mora proſperis
Tantum, vt viros huic vix aliquos pares
Manu hactenus factiſq; claris
Viderit eſſe Polona terra.

Sed aliam refert haſtæ publicæ dignitatem *Alex. ab Alex. Gen: lib.* 3. *Cap.* 6. Si quando bona proſcriptorum, hoſtiumue manubiæ aut præda venalis forent, vſus obtinuit, vt haſta poſita venirent, quæ publica dicta eſt. Si quis numerabat prædam Michailio Tranſalpino ereptam in Cameneciæ circulo in Podolia, vbique terram prementem, ſciet ſub haſtis tuis Magne Cancellari Regni Ioan: Zamoiſki expoſitas fuiſſe, non quidem ad vendendum, ſed ad honoris tui gloriam, Reipublicæ vſum, Patriæ defenſionem, ſucceſſorum tuorum nomen æuiternum, Regno Regique Sigiſmundo Tertio oblatam. Publica haſta tua & fuit, & eſt, & erit.

O fortunatos nimium queis præmia tanta
Virtutem propter cælitus eueniunt.

At publicas inde veſtras ego profitebor haſtas, clariſsimæ namque ſunt tot exteris nationibus, tot Academijs illuſtribus, & præcipuè Patauinæ perilluſtri, quæ nomen & rem, figuram & imaginem veſtram lingua, calamo, penicillo efformandas curauit & conſeruauit.

Clariſsi-

Digitized by Google

Clariſsimi omnibus eſtis toga & Marte. Quapropter Almæ Academiæ Crac: alumnus quondam, demum Theologiæ Magiſter Nicolaus Moſciceñ. de Ordine Prædicatorum Logices fundamenta aſſcribendo, ita de vobis precatus fuit.

Fælices haſtæ Mauortis in agmine primæ
Hoſtili quondam ſanguine purpureæ
Veſtrâ pace precor Logices iſte meus libellus
In Zamoſciade lumina deueniat.
Sic Ioue nata iubet Pallas, ſic arbiter olim
Et ferri & calami, Maximus ille Sarius.

Sed eo magis omnibus Academijs, religione in S. Eccleſiam deuinctis clari eſtis, dum clara in Zamoſcia veſtra tàm florentem ſingulis facultatibus Academiam, in æuiternam domus veſtræ gloriam, Reipublicæ & Patriæ honeſtum iuuentutis decorem pauperum vtilitatem excitaſtis, ampliaſtis, errexiſtis.

Hoc Stemmate vtuntur D. Domini à Mokrzko in Paczanow, & Sancygniow Hæredes, qui nunc Paczanowſcij alijſque nuncupantur cognominibus, quorum germen ſplendidum, cum ſuis rebus præclare geſtis non debuit à noſtro licet tenui ſtylo ſeparari, horum enim plerique arduis Regni honoribus inſigniti, miram fortitudinis virtutumque heroicarum fragrantiam in poſteros tranſmiſerunt. Agmen grauiſsimorum virorum, non dignitate, ſed memoria primus Petrus à Morzko Hæres in Paczanow Caſtel: Sandom: ducit. Is ſub Annum 1334. poſtquam totum adoleſcentiæ iuuentutiſque tempus, in colligendis primum pulcherrimis ſapientiæ gemmis, poſtmodum in ſanguinolentibus Mauortis conopæis, & ſplendidis Principum aulis exegiſſet, Sandomirienſis Caſtellani dignitate potitus tres filios, Deo, Patriæ, & ſibi genuit iucundiſsimos; Clementem Caſtellanum Radomienſem, virum belli gloria illuſtrem, Florianum Epiſcopum Cracouienſem ingenij elegantia, & morum ſuauitate Pontifici & Principibus, inprimis verò Eccleſiæ Metropolitanæ Cracouienſis Prælatis longe chariſsimum: qui Anno 1365. diuidunt bona Viſliciæ in craſtino S. Martini, & Dionyſium aliàs Dziwiß Præpoſitum Scarbimirienſem, Canonicum Cracouienſem, Diuinarum magis & ſpiritualium, quàm ſæcularium rerum ſtudioſum; qui etiam perámplam hæreditatis ſuæ partem quæ illum contingebat Clementi Caſtellano Radomienſi in Anno 1387. ſecunda poſt Martini æternum abdicauit. Ex his Clemens paternis, Reipub. & fraternis bonis ornatus, vnicum virtutum ac bonorum ſuórum hæredem Florianum reliquit; ex quo poſtmodum maximo cum animi ſui ſolatio quatuor nepotes conſpexit, Petrum videlicet, Florianum, Ioannem dictum Bieſiad

Vexilli-

Vexilliferum Cracouienſem, poſt Marſchalcum Regni, & Nicolaum qui ita Paterna bona ac hæreditaria ad inuicem Sandomiriæ ſecunda poſt Franciſci Anno 1419. diuidit, vt Petro natu maximo Dziewiątę, Komorniki, Sulmierzyce, & Obrazowice ſorte euenirent: Floriano Paczanow, Niegoſlawice, Scucin, & Rataie: Ioanni Brudzow, Widuchowa, Poskorouice, Nicolaus verò inter fratres minimus Mokrzko, Wola, Woſſowy, Mzurowa, Michrow, & Bezorenda poſſedit: omnibus his idem ardor animi, eadem inerat virtus, germana in Deũ religio, & in Patriam pietas, Floriano hæredi in Paczanow ſucceſsit Florianus eius filius, primum Regni Principum, poſtea Terræ Cracouienſis Subdapifer & Ioannes, Ioanne, Thoma, & Petro Iudice Sandomirienſi, filijs locupletatus, vt genere illuſtribus ſic virtutibus omnigenis, & inprimis liberalitate auguſtis, quos omnes ex diuiſio bonorum Viſliciæ 1432. feria 6. poſt Alexij facta commemorat: Annus voluebatur 1481. (vt exdiuiſio bonorum eodem anno Viſliciæ die SS. Simonis & Iudæ facta teſtatur) cum Floriano Subdapiferi Cracouienſis nepoti vnica filia naſceretur Helena Wapowska, imitandi viuum exemplar coniugalis perfectionis: quam ponè ſecutus eſt Petrus iunior Subdapifer Cracouienſis, poſt Caſtellanus Radomienſis & Louicienſis Capitaneus: dignus equidem vt de ſe illud elogium enuntiaretur, quam de quopiam Romanorum.

Flos illibatus populi, ſuadeq; medulla.

In quo fulmina Periclis, vbertatem Demoſthenis, Achillis fortitudinem æquus & eruditus talium rerum æſtimator agnoſcere non difficulter poterat. Plurimi æſtimabatur prudens in frequenti Senatu ipſius ſententia, quæ tanquam rediuiuum Catonem pro aris fociſque Patriæ pugnantem, vniuerſi ſtupebant Regni Proceres. Et ne ſimul cum mortali vita, æuiternum nomen illius de memoria hominum toleretur, reliquit poſt ſe duos filios, Ianuſium in omnibus ſibi ſimilem, Hæredem de Paczanow, penes quem naturali iure remanſere Paczanow, Scucin, Scucinſka Wola, Zgorzko, Niegoſlawice, Klempice, Gliny, Grodzice, Grodzka Wola, Slupy, Rataie, prout & Acta Viſliciæ 1515. poſt Conductus Paſchæ teſtantur, & Petrum Nigromantiæ artibus infectum, qui tanti facinoris, vindice Deo, ſuperſtes pænas luens, in Anno 1521. vitam finiuit. Sed Ianuſius non ſolum bonorum, verùm etiam virtutum paternarum ex aſſe hæres in Scucin Vrſulam Sroſzkowſka, & Veronicam Siedleſczynska genuit, quæ in Anno 1549. vendiderunt Scucin, Staniſlaus autem nulla prole fœcundus, bonorum partem Xenodochio proprijs ſumptibus in Paczanow fundato donauit, alteram Chriſtophoro (diuiſis prius bonis Anno 1540. Viſliciæ poſt Inuocauit) in Paczanow, Scucin, Slupy, Nie-

Digitized by Google

py, Niegoſſawice, Rataie, hæredi perpetuo inſcripſit. Qui quidem Chriſtophorus creſcente numero bonorum terreſtrium ſuccreuit quoq; in filijs ſuis (vt ex diuiſio bonorum 1589. Viſliciæ 3. poſt Miſericordiam teſtatur) Ianuſio, Alberto. Nicolao, Hieronymo, ſed ſterilibus Andrea, Staniſlao, Iacobo, horum omnium cum parente ſuo præcipuum fuit ſtudium, barbaras efferaſque nationes in Caſtris Sathanæ militantes Chriſto lucrifacere, Religionem Chriſtianam ampliare, nulla hæreſeon monſtra fouere, Patriæ inſeruire, libertatem Polonam defendere. In tam frequenti autem fratrum corona duo nonniſi fæcunditatis laude claruerunt. Andreas nimirum & Iacobus: & Andreas quidem duos duntaxat in lucem edidit filios, Staniſlaum & Andream, verum hi optimis moribus imbuti, maximo parentibus & Patriæ ornamento extitêre.

Non illis deſidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:
Sed noua per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora ſæua pati, grauibus non cedere nimbis:
Aeſtiuum tollerare iubar, tunc vincere montes,
Nec non in Clypeo vigiles perducere noctes.

Qua re factum eſt, vt Andreas in Pruſsia contra Guſtauum per aliquot annos militans, glorioſam mortem pro Patriæ libertate oppeteret. Staniſlaus autem vix ex ephebis excedens, rebus ſtatim bellicis admodum delectari, & excelſæ indolis manifeſtiſsima proferre indicia cœpit. Non enim ipſum vlla illecebrum, ſed ſola virtutis ac gloriæ cupido tenebat. Quocirca creſcente ætate, gerendis præclaris rebus materiam magna ex parte oblatum iri ratus, non opes, non deliciarum vſus, verùm certamina & pugnas ardebat. Depoſitis Tyrocinij rudimentis, & veterani militis accinctus annis, cùm Sigiſmundus III. contra ferociſsimum Moſchorum Imperatorem bellum pararet, ob virtutem, & promptitudinem in rebus agendis manifeſtiſsimam Præfectus alæ denuntiatur: quo in munere, incredibili mentis ardore accenſus, veteranos pleroſque etiam emeritæ militis ſub ſignis ſuis fouens, vt non tàm milites, quàm militiæ magiſtros electos putares, frequentes in exercitu hoſtili clades faciebat. Et cum nunquam in prælio fugam, ſed ſemper victoriam animo conciperet, nec ſibi in pedibus ſpes, ſed in lacertis eſſet, forte fortuna (vt varij ſolent eſſe euentus belli) impar certamen aggreſſus Moſchorum colluuie circumuentus, in captiuitatem eorum deuenit. Quoniam verò magna multitudo militum Moſchouiticorum, eorumque præſtantium in vinculis Polonorum bello capti detinebantur,

tur, Principes Moſchouitici, illud captiuis noſtris apprimè ſuadebant, vt ſi ſalutem propriam diligerent, ſi patriæ propinquorumque ſuorum deſiderio tenerentur, eligerent de medio ſui aliquem legatum ad Sigiſmundum Regem, vel militiæ duces, qui pro militibus ſuis in captiuitatem Moſchouiticam redactis, captiuos Moſchorum ex Polonorum poteſtate liberos & incolumes reduceret. Reditui diem ſtatuunt determinatam, ſub cuius lucem, niſi captiui Moſchi è vinculis Regis Poloniæ redirent, Poloni omnes in vinculis conſtituti obtruncarentur. Vnanimi militum ſuorum conſenſu ac electione ſuſcepit eam rogandi Prouinciarum Staniſlaus Paczanowski, & quãuis magnanimum vinculorum rubor deterreret, ſuæ tamen fortunæ ac virtuti, ſimulque fortitudini militum confiſus, Regem ac Duces ſermonibus ſuis eo pellexerit, vt captiuos Moſchis dimitteret, ac cum ipſis Præfectum ſineret abire, ad cæteros de vinculis hoſtium reſoluendos milites. Illuxerat dies præfixa Staniſlao, optata captiuis, iamque omnes milites Poloni, in dura barbarorum ſeruitute emacerati educebantur in aciem, vt quilibet eorum tyrannico tranſuerberaretur gladio, de reditu Staniſlai iam omnis pænè ſpes conciderat, & ecce ille fidem Polonam & iuſiurandum ſacroſanctè exoluens ſuum, hac ipſa hora, qua carnifex mortem parabat miſeris, è Polonorum partibus Moſchorum ducit cohortem, dubium magiſne ſolutione verbi promiſſi, an celeritate facti, & magnanimitate Tyranno fuerit admirabilis. Dies hæc fædo luctui, funerique Polonorum militum deſtinata, captiuis in lætitiam ceſsit ſingularem, nam omnes è ſeruitute Moſchorum dimiſsi in patriam vna cum Staniſlao redierunt, qui è vinculis Moſchorum elapſus, eo animoſior & fortior factus, contra Tartaros & Turcas animoſe militauit. Vir ſanè in rebus bellicis egregiæ fortitudinis. Sed reuocemus calamum & ſtylum noſtrum ad recenſendam Iacobi ſobolem, ex Stadnicka namque Chriſtophorum, Thomam, ioachimum, & Petrum filios, Pruſinska quæ poſtmodum Ciechomſcio Iudici Goſtinenſi nupſit, & Tarnowska filias feliciter in lucem edidit. Fratres ij in Anno 1636. in Korczyn Sabbato poſt Conceptionis B. M. Virginis paternorum bonorum æquali diuiſione facta raram inter fratres concordiam ad inuicem ſtabilierunt: Et Ioachimus quidem Bellone lacte enutritus, poſt multa fortitudinis ſuæ edita ſpecimina, dum contra Guſtauum in Pruſsia arma moueret, ictus difficiles, quibus procul appetebatur in hoſtem retorquens, tandem ſub Derſauia, aliàs *pod Czczowein*, globo immo pectori infixo, linquente ſpiritu pariter ac ſanguine moribundus in arma procubuit, & finiuit: Petrus autem diuino excitus ardore, mundi iſtius vanitatibus, ſpretiſque illecebris, quo perfectius contemplationi

tioni cæleſtium vacare potis eſſet, Chriſtophoro, & Thomæ ſorte propria inſcripta, Albo Religionis Societatis Ieſu adſcribi voluit, in qua nunc doctrinam ſimul cum pietate iungens, Maiores ſuos & ſuperſtites poſteros Deo commendat, ne qui ſtant præcipiti lapſu deteſtatione decidant, & qui illuſtribus orti ſunt parentibus, ſplendeant virtutibus in perpetuas æternitates, nec vnquam ignauiæ, aut nequitiæ teterrimis ſordibus imbuantur, & á maiorum ſplendore degenerent, fiantque nobilia portenta. Chriſtophoro nupſit primum Zielenska fœcunda prole, poſt Gumieniecka, Thomæ primum Ługowska in partu mortua, poſt Krzeßowna.

LINEA FAMILIARVM IELITA Seu KOZLAROGI.

KOZLAROG. *Antiquum Proclama ab Armis. Aliqui deducebant arma originaliter ab armis Pułkozyc, quaſi pro aſinino capite tres lanceæ appoſitæ manerent: Sed non eſt facile rem affirmare niſi coniecturari, faciliús vt diximus in origine mutationem, quæ in alijs quoq; ſæpius inuenitur, ex transpoſitione fuiße. At quoniam Długoſsius in deſcriptione armorum* IELITA *& victoriæ Wlad: Lokietkonis de cruciferis, ſolum nouum proclama acquiſiuiſſe aſſerit: antiqua arma & nil nouum cum nouo cognomine detuliſſe dicendum; ſed abrogato vetuſto cognomine Kozlarogi vocata fuére Anno 1331. Ielita.*

Zdislaus Archiep: Gneſnenſis 1182. ex his armis lancearum. Vnde patet antiquiſsima arma Nam á Lucio 3. Pont: Max: Tuſco promotione Mieczlai Monarchæ aſſumptus fuit, & eisdem armis vt modò ſunt, vtebatur, ſicut ex apparamantis Eccleſiæ Gneſnenſis & ex Cathalogo toties a Papr. inducto apparet. Neq; mouearis inde, quod Ianicius in vitis Archiep: Gneſnen: Sub hoc anno Scislaum de armis Ciołek aſsignauerit, nam Miechouius lib: 3. fol: 101. per hunc de Familia Kozlarogi Conſtitutiones Lanciciæ factas ſub Caſimiro Iuſto promulgatas fuiſſe dicit. Sedit annis ſedecim Gneſnæ.

Thomas Kozlarogi Epiſcopus Wratislau: celebris ſcientia & prudentia apud omnes Anno 1232. Cathalogus & Długoſsius.

Florianus Sarius An. 1331. Huic nouum proclama armorum, Regia largitione & in fæliciorem gradum euectione adſcriptum ob militaria merita fuerat. Ditio Floriani Sarij vt ex priuilegijs apparet Surdega arx ad fluuium Pilca in Sieradien: terra, diſtrictus Piotrk: cum villa Moikowice. Erat Cancellarius Lancicien: vt refert priuilegium Montis Calui datum in Opatow á Caſimiro Anno 1354. Huius filij vt ex diuiſione bonorum patet Anno 1410. Florianus qui accepit Vronikouiam cum Vozniki. Zegota qui accepit Moikouice & Laſki. Actum Petrico.

 Sta-

Stanislaus 1439. de Moykowice iam filius Zegotæ. Iudex Corcinenſis, tempore interregni.

Petrus de Mokrſko Caſtell: Sendomir: cuius filius Florianus Epiſcop: Crac: Eius grauitatem iuſtitiam pietatem Kantſcius,

Egregiè tuantur opes Eccleſię & illos
 Qui præſunt aris, hæc quoque tella ſacris,
Non parcunt etiam Regi, è medioq; piorum
 Tabidam vt eijciunt, perq; ſequuntur ouem.
O ſi Pontifices eſſent tibi Patria tales,
 Non eſſes tantis peruia totq; malis.

Clemens de Mokrſko Caſtell: Radom: qui ad gentilitia in vnione Chorodlenſi ſuſcepit Gertrudum Anno 1413.

Petrus Florianus, Ioannes Nicolaus filij Floriani vt ex diuiſione bonorum Anno 1413. In Actis Sendom. apparet.

Ioannes dictus Bieſiad de Mokrſko Vexilifer Cracou: Marſchalcus Curiæ 1455. in literis Regni & Theſauro.

Peregrinus de Wegleſino filius germani Epiſcop: Crac: Capitan: Maioris Poloniæ Caomer lib: 14.

Thomas de Wegleſino Caſtell: Sendomir: & Maioris Pol: Præfectus á Cruciferis arcem Drachimien occupatam recuperauit Crom: libro: 16. folio 390.

Thomas de Ldznino tranſtulit domicilium in Ruſsiam ex Lęczicen: Palat: dum ab Andrea Piwo Zamoſciam veterem acquiſiuit. Hinc dictus Zamoſcius. Vixit vltra centum annos.

Matthias maximus bellator domi cum Tartaris, Foris in Vngaria cum Turcis, Anno 1491. Reliquit filios defenſores Patriæ Paulum cuius filius Ioan: Rothnagiſt Ioannem & Venceslaum.

Nicolaus de Zamośćie in Skokowki Floriani fil: Referen. Sigiſm: Canon: Cracou: Prępoſ: Tarnocien: Turcam prouocantem ad Romanum occidit, pręlia cum Tartaris geſſit. nam cùm Paganis prælia per muſis ſacratis interpretabatur. Epitaph: Crac: in arce.

Felix alter filius Flor. Succam. & Iudex Chelm: Tribunus Belzen: fudit Tartaros ad hęredit: Skokowki. Accepit à Sigiſm: bona poſt deceſſum Obermunthi Dapiferi Chelmenſis: 1528. Florianus filius Vexilifer Chelmenſis.

Stanislaus filius Felicis Caſtell: Chelm: dux alter militum Curiæ Belzen. Zamech. Præfectus annis 30. militauit. Elogia plurima pro forti & inuicto animo reportauit.

Ioannes filius Stanislai natus in Dominica Lætare 1542. in Skokowka ex Anna Herburthi filia Hic in exteris nationibus ita literis operam dedit vt in omni ſcientia excelluiſſet. Hinc in Academia Patauien: ſupremus

Rector

Rector in Patria Iurium & libertatis maximus author. Quem ſi videres in Eccleſia, magnus erat ſacerdos; in exercitu admirandus heros, & dux, in Senatu, ſtudioſiſsimus pacis & Patriæ Parens. Illius merita in Patriam, fidelitatem in Regem, ſinceritatem in Senatum, amorem in milites, dum tibi omnes Hiſtorici referunt, iure meritò ego tacebo. Decoratus titulis ab Auguſto Rege Capit: Betzen: ab Henrico Præfectura Kniſinen: a Stephano Vicecancellariatu. Demum Cancellarius Magnus & Præfectus ſupremus exercituum atq; Generalis Craco: & Capit: Malborgi Miedziriciæ Krzeſſouiæ intitulatus fuit. Suſcepit ad arma Lucam Sernij: Chriſtophorum Bernardum Szydlowſki, Stanislaum Pácholowiecki. Gaſparum Wielkołucki. Valentinum Lapczynſki. Petrum Franck. & alios optimos & ſtrenuos milites dignos laude. Celebrauit Sacra Connubia cum Anna Oſolinſka, Chriſtina Duciſſa in Nieſwiez & Olyká, Grizelda filia Palatini Tranſiluaniæ Chriſtophori Bathorij, & Stanislai Tarnowſki Caſtell: Sendomir: filia Mort. 1615. Habuit germanum Sbigneum, & ſorores tum ex Herburthi, tum ex Orzechowſka filiabus.

Georgius Chriſtoph: filius Archidia. Lublin: & Canonic: Crac.

Thomas Ioan. Mag: Cancell: filius, multarũ linguarum peritiſsimus, doctrina & legum prudentia fælicißimus, poſt ſpecimina militaria, Palatinus primò Belz. demum Chiouien: & Magnus Cancell. Regni. Sacramẽti Matrimoniũ tenuit cum Cath. Duciſſa in Oſtrog, ex qua vnicã ſpem poſteritatis domus ſuæ ſuſcepit filium Thomam, & filias Griſeldam, Hieremiæ Ducis in Wiśniowiec Coniugem Iochan. cùm transferẽdus ad cæleſtia, hoc memoriale quo vanitas mundi demonſtraretur Sacrophago inſcripſit.

THOMAS ZAMOYSKI NVNC STERCVS ET VERMIS.

Superſunt ex hac Familia plurimi Zamoyſcij literis dignitate & bello clariſsimi. Sunt filij Cuſtodis finium Regni, ex quibus eſt ex Priore Crac: Ordinis Pręd: Epiſc: Bacouien: in Moldauia. Optimus Theologus & Orator. Superſunt Caſtell: Leopol: Vir conſilio grauis & militia excelſus. Superſunt alij eorum q; filij, quibus Dominus ſua benedictione faueat.

Nicolaus Capit: Crac: loco tenens Supremi Gubernatoris Czyzowſki Caſtell: Crac: 1458. Crom: lib: 24. Pieniążek.

Pieniązek Stanisl. de Vitouice, Capit: Sanocen: poſt deceſſum Fęlicis Paniewſki exercituum Regni. Campiductor 1488. Dat: in noua Ciuitate Corczyn. O quàm fęlix res eſt prudentia bonis coniuncta moribus.

Szeczygniewski Thomas 1439 in Actis Corcinen: ſub interregnum. Szczygniewſki Petrus de Páczanow Iudex terreſt Sendomi: Florianum de Páczanow diſpoſitio bonorum 1419 Iacobum Cap: Buſcen: Cromer folio 698. Paulus bello clarus Sigiſ: Auguſt: regnante. Alexandrum Palatin: Moldauiæ cum alijs ſedi reſtituit. In Vngariam Regina Iſabella reducta filium Ianuſium in Regno detinuit, Moſchoviam debellauit. Dioniſius Epiſcop: Camen:

385. & *Papr: in Kozlarogi. Diſce quod iuſte punitur qui licitis abutitur iuſtius qui aliena rapit. Hugo lib 2. de anima.*

Dziáduſcij *in Præmiſt: terra Armis & iudicio pollentes, Sigiſm: I. regnante, Ioannes Epiſc: Præmiſt: immota mente Senator. Stanislaus Koninen: Præfectus. Filia illius primum Petri Barzij Caſtell: Præmiſt: Capit: Leopolien: poſtmodùm Raphaelis Sieniáwſki Palat: Ruſsiæ conſors. Extat hæc poſteritas in Ioan: Dziáduſki, qui cum Helizabeth Beglowſka tenet connubia ſacra, qui priuilegium Sario datum vſq; modò conſeruat. De his Papr: in ſtem: fol.* 85. 204. *Bielſc. fol.* 589. Igitur cum prudentes eſtis, fugite malitiam.

Romiſsowcij *in Sierad. Palat: Antiqua Proſapia meritis virtute & marte præclara.*

Dyonizyus hæres de Romieſſowice & Czerczyn Pincerna Siradien: Huic Caſimirus ius teutonicum dedit, cum aliis gratiis, quem & Baronem nominauit. Datum Poſnan: 1342.

Petrus cuius filia coniux filij Nicolai de Miłkowice, recognouit quod de bonis paternis, & maternis ſatisfactum ſibi fuerit.

Zeslanm & Nicol, filios Iacuſſij de Remieſsowice habet Capitul: Cracouię: in Contràctibus Capitularibus 1425.

AlbertumHieron. Vencesl: Ioan: Stanisl. Nicol. germanos fratres tempora Hier. Buzenſcij Theſaurarij Regni in officiis & obſequiis referunt.

Vincentius Romiſsowſki in iure & politica apprimè digniſſimus, continuus quaſi in Tribunaliciis Regni iudex. Eius frater germanus erat Abbas Paradiſien: in Confinibus Sileſiæ.

Ioannes Romiſsowſki Præpoſitus Laſcenſis Canon. & Schol. Crac.

Tarnowſcij *in Sierad. terra Auguſt. & Stephano Regibus Caſtell. Konaren. Cuius poſteri militia clares cum Herburthi & Iazloweccio exercituum Præfectis ad Oczazouiam maxima tentarunt.* *Tarnowſki.*

Miśiowſcij *de Smilowa Wola, Nicolaus in Cracou. Palat. poſt cultam iuuentutem literis, vlteriorem ætatem Armis & Caſtris Sereniſſimis Regibus Albertò & Alexandro fæliciter regnantibus, perpetuò reddidit. Et dum quietiorem ſtatum, quo Patriæ & Reip: obſequia Ciuis boni commodius præſtaret, elegiſſet, cum Zelazowna ſacri matrimonij vinculum ſuſcepit. Reliquit magnæ ſpei filios. Andream. Iacobum, & Blaſium.* *Miśiowſki.*

Andreas qui ſe totum Marti Seren. Sigiſ. regnãte obtulerat, in Pruſſia exercitia militaria incæpit, in Moldauia, Valachia, & ad Obertinum cum Illuſtr. D. Petro Kmita Comite in Viſnic, Palatino & Præfecto Crac. confecit, Ex Agnete Rupniowſka ſuſcepit Iacobũ ſtrenuum militem Rothmag: & militiæ pro Palat. Moldauiæ Hieremia in Valachiam, Capitaneũ. Obijt ibidem & Socauiæ quieſcit. Eius vterini fratres Stanislaus, Ioannes Czop à milite denominatus, & Sigiſm. Ioan. Zamoiſcij aulicus & miles

les fuerunt. Hi dum gloriæ cumulo Familiam illuſtrare auidius contendunt, inuida fortuna poſteritatem ipſis excepto Stanislao denegauit.

Florianus Stanislai filius, in expeditione contra Skinderpaſam & Scytharum Dinaſtas, cum Præfecto Generali exercituum Zolkieuio, glorioſè occubuit.

Gabriel alter Stanislai filius, poſt bellica ſpecimina cum Byſtrzanowſka, armorum Equus antiquus matrimonium tenuit. Chriſtophorus vltimus horum frater cum Sereniſſimo Rege Vladislao IV. ſceptra nunc Regni fæliciter moderante, in expeditione contra Moſchum ad Smolenſcum celeberrimus miles qua vſq; ad præſens delectatur.

Iacobus in Pribyſtáwice, alter Nicol. germanus, poſt literariam & militarem diſciplinam heroicis actibus illuſtratam matrimonij Sacramentum cum Iárzęcka de domo Rogálá celebrauit. Ex qua ſuſcepit Matthæum virum & militari deditum, & optimo ciui patriæ conuenientem. Huic Sigiſ. Aug. caſtrum Cracou: commiſit, & Burgrabium Kniſini Anno 1569. ordinauit. Stephanus verò Sereniſ. Rex, fidelitate & aptitudine ſingulari perſpecta, in tumultibus ob infortunium Zborouij obortis omne negotium Caſtri Cracou: commendauit, quem & ſuum Secretarium Anno 1574. eſſe voluit, & lectiſtratoris officium cum omnibus vtilitatibus & obuentionibus Anno 1585. obtulit. Erat vir iuris & legum peritia inſignis, ideò & Iudiciorum Tribunalitiorum & Commiſſionum variarum Iudex & ſingularis arbiter. Reliquit ex Wężykowna S. Reg. Sigiſm. filia quinq; filios, Ioannem, Hieron. Adamum, Valerianum, & Petrum. Et ſicut viuendo omnibus conſilio ſano & fideli fuit, ita ſibi & ſuæ animæ principaliter conſuluit, pietate & eleæmoſinis redimeret vt peccata, obtulit certam pecuniæ ſummam PP. Ord. Prædic: Cracouiæ. in obligationem perpetui pro mortuis ſacrificij, cuius quatuor filij in mediam & iuniori ætate in vitam meliorem tranſlati ſunt. Ex quibus Valerianus memor beneficiorum parentis ſui & propriæ animæ, adauxit fundationem florenis mille, ne quomodo annorum moleſtiis & caritate coarctaretur.

Adamus factus hæres & poſſeſſor bonorum, veſtigia & morem prædeceſſorum intimius colendo, totum ſe Palladi & Marti obtulit. Suſcepit militiæ initia à pubertate, cuius profectum, in profligatione rebellium Coſacorum cum Nálewáyko, & in variis expeditionibus miles & Rothmagiſter cum Palat: & Generali Cracou: Zebrzydowski, atq; illius filio Gladifero Regni ſumptui & ætati non parcendo, ſtrenuè declarauit, Sec: S. R. M. creatus cum Anna Latoſſynska Pocill. Crac: filia armorum Gryff matrimonium ſuſcepit. Ex illa benedictionis diuinæ clara indicia filios rei militari & patriæ officiis congruos retinuit. Andream qui in Pruſſia contra Guſtauum Sudermanorum Princ. tota expeditione cum Ill. Genera-

Crac. Zebrzydowſki, atq; illius filio Gladifero Regni, ſumptui & ætati non parcendo, ſtrenuè declarauit. Secr. S. R. M. creatus. Cum Anna Látoſſynſka Pocillatoris Crac. filia, armorum Gryff matrimonium ſuſcepit. Ex illa benedictionis diuinæ clara indicia filios rei militari & patriæ officiis congruos retinuit. Andream qui in Pruſſia contra Guſtauum Sudermanorum Princ. tota expeditione cum Illuſt. Generali exercituum Regni Koniecpolſcio miles eximius, cum quo & in Confinibus Regni contra Tartaros, & rebelles Coſacos militauit, ad Gorzno pugnando inter debellatos, vix vitam conſeruauit. Iterato tamen ibidem cum Vladisl. IV. pugnauit. Ioſephum qui ad Curiam Sereniſ. Pol. Principis Ioan. Adalberti S. Rom. Eccleſiæ Card. & perpetui Epiſcop. Crac. & Ducatus Seueriæ adminiſtratoris, reddidit obſequia. Poſt cuius deceſſum Sereniſſimo Principi Caſimiro eadem offert. Adamum qui Alexandro Sereniſ. Principi Polon. reddidit obſequia, ſicut poſt deceſſum eiuſdem Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Principi Carolo Płoc. & Vratisl. Epiſcopo & perpetuo Adminiſtratori offert. Michaelem Illuſtriſſimi Caſtell. Crac. & Generalis exercituum Regni Præfecti Koniecpolſcij Aulicus & miles.

Blaſius tertius Nicolai frater, poſt bellicos actus, cum Anna Gutkowſka celebrato matrimonio, ſuſcepit Bartholomæum, Mathiam, & Nicolaum. Sed horum alij in Caſtris occubuerunt, alij in proprijs laribus non conſumata ætate in vitam fæliciorem tranſierunt.

Prumienſcij *de Prumna, Stanislaus poſt militares actus cum Duninowna celebrauit matrimonium, ex qua ſuſcepit Ioan. & Conſtinum, atq; filiam Szeptinſcij coniugem.* Prumienſki.

Korytkowij *Stanislaus in Cathalogū nobilitatis Roxolanæ ad theſaurum Regium dato, notauit familiam de Paczaowice.* Korytkowſki.

Bartholomæus Notar. Terræ Leopol. ingenio & conſilio magnus. Paulus de Pohorce Auguſto Rege Reg. Succam. Præmisl. demùm Leopol. poſt Caſtell. Præmisl. Exſtant Stanislaus cum fratre germano, ex quibus Capit. Viſnen. Relicta poſteritas animaduertat, quod optimum ſit honeſta cuncta nouiſſe.

Litoſłáwſcij *de Bietrzykouo, Albertus maior domus Gregorij Iaślowiecki ſupremi exercituum Præfecti. Qui in rebus ſpecioſe agendis Reip. excelluit. Demùm Vexillifer Præmisl. Martinus Notarius Caſtr. Sadecen. vir ob dignitatem & pietatem memoria dignus.* Litosławſki.

Zaleſcij *in Sierad. Palat. Nemo mentem nouit, ſed facta inſpicit orbis. Dum in Volchin. trāſirent Auguſt. regnante, ſuſceperunt ad Arma Borzobohat.* Zaleſki.

Zákrzewſcij *Aduertite quod ſapere melius eſt quam ſilere.* Zakrzewſki.

Zeromſcij *Robur & murum, & arma ſapientia prudentia præſtat.* Zeromſki.

Borzobohàti *ad Arma admiſſus à Zaleſcio dicto Vrſus.* Barzobohat.

Skokowſcij *qui diuiſione bonorum à Romiſſowſcijs deſcendunt.* Skokowſki.

les fuerunt. Hi dum gloriæ cumulo Familiam illuſtrare auidius contendunt, inuida fortuna poſteritatem ipſis excepto Stanislao denegauit.

Florianus Stanislai filius, in expeditione contra Skinderpaſam & Scytharum Dinaſtas, cum Præfecto Generali exercituum Zołkieuio, glorioſè occubuit.

Gabriel alter Stanislai filius, poſt bellica ſpecimina cum Byſtrzanowſka, armorum Equus antiquus matrimonium tenuit. Chriſtophorus vltimus horum frater cum Sereniſſimo Rege Vladislao IV. ſceptra nunc Regni fæliciter moderante, in expeditione contra Moſchum ad Smolenſcum celeberrimus miles qua vſq; ad præſens delectatur.

Iacobus in Pribyſławice, alter Nicol. germanus, poſt literariam & militarem diſciplinam heroicis actibus illuſtratam matrimonij Sacramentum cum Iárzęcka de domo Rogálá celebrauit. Ex qua ſuſcepit Matthæum virum & militari deditum, & optimo ciui patriæ conuenientem. Huic Sigiſ. Aug. caſtrum Cracou: commiſit, & Burgrabium Kniſini Anno 1569. ordinauit. Stephanus verò Sereniſ. Rex, fidelitate & aptitudine ſingulari perſpecta, in tumultibus ob infortunium Zborouij obortis omne negotium Caſtri Cracou: commendauit, quem & ſuum Secretarium Anno 1574. eſſe voluit, & lectiſtratoris officium cum omnibus vtilitatibus & obuentionibus Anno 1585. obtulit. Erat vir iuris & legum peritia inſignis, ideò & Iudiciorum Tribunalitiorum & Commiſſionum variarum Iudex & ſingularis arbiter. Reliquit ex Wężykowna S. Reg. Sigiſm. filia quinq; filios, Ioannem, Hieron. Adamum, Valerianum, & Petrum. Et ſicut viuendo omnibus conſilio ſano & fideli fuit, ita ſibi & ſuæ animæ principaliter conſuluit, pietate & eleæmoſinis redimeret vt peccata, obtulit certam pecuniæ ſummam, PP. Ord. Prædic: Cracouiæ. in obligationem perpetui pro mortuis ſacrificij, cuius quatuor filij in mediam & iuniori ætate in vitam meliorem translati ſunt. Ex quibus Valerianus memor beneficiorum parentis ſui & propriæ animæ, adauxit fundationem florenis mille, ne quomodo annorum moleſtiis & caritate coärctaretur.

Adamus factus hæres & poſſeſſor bonorum, veſtigia & morem prædeceſſorum intimius colendo, totum ſe Palladi & Marti obtulit. Suſcepit militiæ initia à pubertate, cuius profectum, in profligatione rebellium Coſacorum cum Nálewdyko, & in variis expeditionibus miles & Rothmagiſter cum Palat: & Generali Cracou: Zebrzydowski, atq; illius filio Gladifero Regni ſumptui & ætati non parcendo, ſtrenuè declarauit, Sec: S. R. M. creatus cum Anna Latoſſynska Pocill. Crac: filia armorum Gryff matrimonium ſuſcepit. Ex illa benedictionis diuinæ clara indicia filios rei militari & patriæ officiis congruos retinuit. Andream qui in Pruſſia contra Guſtauum Sudermanorum Princ. tota expeditione cum Ill.

Genera-

Digitized by Google

Crac. Zebrzydowſki, atq; illius filio Gladifero Regni, ſumptui & ætati non parcendo, ſtrenuè declarauit. Secr. S. R. M. creatus. Cum Anna Látoſſynſka Pocillatoris Crac. filia, armorum Gryff matrimonium ſuſcepit. Ex illa benedictionis diuinæ clara indicia filios rei militari & patriæ officiis congruos retinuit. Andream qui in Pruſſia contra Guſtauum Sudermanorum Princ. tota expeditione cum Illuſt. Generali exercituum Regni Koniecpolſcio miles eximius, cum quo & in Confinibus Regni contra Tartaros, & rebelles Coſacos militauit, ad Gorzno pugnando inter debellatos, vix vitam conſeruauit. Iterato tamen ibidem cum Vladiſl. IV. pugnauit. Ioſephum qui ad Curiam Sereniſ. Pol. Principis Ioan. Adalberti S. Rom. Eccleſiæ Card. & perpetui Epiſcop. Crac. & Ducatus Seueriæ adminiſtratoris, reddidit obſequia. Poſt cuius deceſſum Sereniſſimo Principi Caſimiro eadem offert. Adamum qui Alexandro Sereniſ. Principi Polon. reddidit obſequia, ſicut poſt deceſſum eiuſdem Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Principi Carolo Ploc. & Vratisl. Epiſcopo & perpetuo Adminiſtratori offert. Michaelem Illuſtriſſimi Caſtell. Crac. & Generalis exercituum Regni Præfecti Koniecpolſcij Aulicus & miles.

Blaſius tertius Nicolai frater, poſt bellicos actus, cum Anna Gutkowſka celebrato matrimonio, ſuſcepit Bartholomæum, Mathiam, & Nicolaum. Sed horum alij in Caſtris occubuerunt, alij in proprijs laribus non conſumata ætate in vitam fæliciorem tranſierunt.

Prumienſcij *de Prumna, Stanislaus poſt militares actus cum Duninowna celebrauit matrimonium, ex qua ſuſcepit Ioan. & Conſtinum, atq; filiam Szeptinſcij coniugem.* *Prumienſki.*

Korytkowij *Stanislaus in Cathalogũ nobilitatis Roxolanæ ad theſaurum Regium dato, notauit familiam de Paczaowice.* *Korytkowſki.*

Bartholomæus Notar. Terræ Leopol. ingenio & conſilio magnus. Paulus de Poborce Auguſto Rege Reg. Succam. Præmisl. demùm Leopol. poſt Caſtell. Præmisl. Exſtant Stanislaus cum fratre germano, ex quibus Capit. Viſnen. Relicta poſteritas animaduertat, quod optimum ſit honeſta cuncta nouiſſe.

Litoſſáwſcij *de Bietrzykouo, Albertus maior domus Gregorij Iaślowiecki ſupremi exercituum Præfecti. Qui in rebus ſpecioſe agendis Reip. excelluit. Demùm Vexillifer Præmisl. Martinus Notarius Caſtr. Sadecen. vir ob dignitatem & pietatem memoria dignus.* *Litoslawſki.*

Zaleſcij *in Sierad. Palat. Nemo mentem nouit, ſed facta inſpicit orbis. Dum in Volchin. trãſirent Auguſt. regnante, ſuſceperunt ad Arma Borzobohat.* *Zaleſki.*

Zákrzewſcij *Aduertite quod ſapere melius eſt quam ſilere.* *Zakrzewſki.*

Zeromſcij *Robur & murum, & arma ſapientia prudentia præſtat.* *Zeromſki.*

Borzobohàti *ad Arma admiſſus à Zaleſcio dicto Vrſus.* *Barzobohat.*

Skokowſcij *qui diuiſione bonorum à Romiſſowſcijs deſcendunt.* *Skokowſki.*

Dambrowſki. Dąbrowſcij *qui ex Minori Polonia in Pocutiam, demùm in Podoliam venerunt. Quorum vnus Notarius Caſtr. Laticouien. Alter Notarius Caſtr. Vinnicen. Alij iuri & literis dediti.*

Rayſki. Rayſcij, *Modrzewſcij, Laczcij, Mierſcij. Gierdutij, Poſtękalſcij, Michalowſcij Anſſenſki. Horum bellicoſus animus fortitudinem ſpirat, tanquam leones Martem tuentes.*

Skorkowſcij *in Sierad. Iacobus ſuis temporibus alter Demoſthenes.*

Czermienſcij *Naturam educatione adornant.*

Kálinſcij *in Podolia viri bellicoſi.*

Sielniccij. Wrzeſsynſcij.
Borzymſcij. Łochynſcij.
Wilkowſcij. Piwakowſcij.
Pieczkowſcij. Szczukoccij.

Hi quos hic denominauimus non ita periculi rationem habeant ſiue vitæ, ſiue mortis, quam dum agebant aliquid, vti iuſta an iniuſta, aut viri boni, aut mali opera agerent.

Szypnowſcij. Kámoccij.
Iaykowſcij. Stokowſcij.
Boglewſcij. Moráwiccij.
Mokrſcij. Wegleſsynſcij.
Łukowſcij. Wilczkowſcij.

Fortem quidam dicebant, qui omni metu careret: Sed ille fortis videtur eſſe, cui hoc tribuit natura, & doctrina, colligerunt hi doctrinam in bonum & honeſtum patriæ, & firmum exercitium fortis animi.

Dziuglowſcij *in Cuiauien.* Goloccij *in Płocen.*
Dobrzynſcij *in Piotrcouien.*
Myſliborſcij *in Sendomirien.*
Paproccij. *in Lecicen.*

Dictum Prouerbiorum Cap. 12. *Melior eſt pauper ſufficiens ſibi, quam glorioſus & indigens pane. Vtrumq́; iſti retinent, & gloriam. & panem: nam illorũ victus non ſuperat cenſum, nec gloria, generat ſuperbiam.*

Kozlaroſcij *in Lencicen. Palat. qui ab armis ipſis nuncupati, & eiſdem vtuntur armis, quocirca antiquiſſima inſignia eſſe, & quod ipſius nomenclaturæ mutationem á Sario acceperint.*

Wolſcij. *ex Lencicien. Pal. in Pruſſiam & in Podoliam venerunt, Clemens reliquit Michael. Canon. Chelm. & Fabianum ex quibus milites, Notarij Caſtr. Camen.*

Wierzeyſcij *ex Maſouia in Podoliam trãſierunt, ex quibus erant celeberrimi milites, Aſtrologi, Poetæ, Burgrabij, nec deficit poſteritas gloriam illuſtrare factis.*

Strumienſcij *quorum vnus libellum de ſtagnis firmandis edidit.*

Laſocho-

Digitized by Google

Laſochowſcij *optima cogitando operantur. Nam cum bona iſta noſtra mala ſunt, potiora cogitarunt.*

Nam mundi ex opibus breuis & pretium voluptas,
Edita perpetuæ ſemina mortis habet.

Dzieciątkowſcij *Iuxta cognomen, pueri ſunt malitia, viri virtute. Qui autem virtute præditus eſt, illum ſine vlla cunctatione diuitem, nobilem & præ omnibus Regem appellamus. Vt Iulianus Imper. Orat. 2. dixit.*

Cieſzánowſcij *Familiæ vnica lætitia & domus & Patriæ. Non multiplicarunt enim facultates iniuſtis & triſtibus incrementis, quibus mentis ſubſtantia contabeſcit, ſed ijs quorum fænus, non ſit funus animæ. Intelligite ergo Cieſſànowij iubilationem, nam ita beatus eris, ſi intellexeris. Scias vnde gaudeas: quod verbis explicare non poſſis.*

Mallecćij *non ſtatura, ſed virtute prægrandes, vnde meritò terminos naturæ ſupergrediuntur. Quapropter hoc vobis documentum relinquo.*

Vmbra, honor eſt, veterum ſic vox eſt priſca Sophorum.
Hoc omnis docuit turba ſeuera Stoæ.
Hoc doctis ſonuit Plato ſyluis, eſt honor vmbra,
Cum fugis inſequitur, cum ſequeriſq; fugit.
Quod ſi honor ipſe vmbra eſt, quid honoris ſpes,
Minus vmbra eſt.
Vmbram finge vmbræ, ſpes id honoris erit.

SVB VMBRA CHRISTI SEDE.

IEZ ſeù ERINACIVS, vel ECHINVS.



DELINEATIO.

EST Erinacius tergo in globum compreſſus, roſtro in terram demiſſè exporrecto. Non referunt tamen authores, an ſit maritimus

vel terreſtris, nec an ſuillæ vel caninæ ſpeciei. Pictura ſenſui noſtro porrigit terreſtrem.

ORIGO.

MVlta fiunt ad placitum inuenta, ſi antiquitus tali ſigno militarem virtutem aliquis ſcuto ſuo adnotauit, remanſit cum ſucceſſoribus antiquitas. Si verò in ſignum nobilitatis data ſunt à Principe hæc arma, ſignum eſt quòd cito hoſtem repreſſerunt. Eſt namque Erinacius procraſtinationis damnoſæ hieroglificum, nam cum differre poteſt ſuum partum, hoc ipſo in pariendo dolorem maiorem ſibi affert.

Erinacius ſcit differre partum.

VNVM & MAGNVM.

DOgma Saluatoris animum hominis expoſcentis, & ad bonum verum vnum incitantis eſt & fuit. Porrò eſt neceſſarium, & non circa plurima ſolicitari. Edoctus ſapientiſsimus Salomon diuinitus, vnum & magnum in Erinacio contemplatus fuit, vt ſeptuaginta interpretes habent. *Prou.* 30. Inter animalia terræ minima quæ ſapientibus ſapientiora ſunt, Erinacius ſapientiſsimus eſt, Neque Græcorum aliter Poeta Archilochus.

Erinacei vnum magnum

Muniri contra pericula.

Ventus præſentit Erinacius.

Scit multa vulpes, vnum Erinacius, at magnum velim doceatis, quod eſt hoc vnum & tam magnum? Ego non aliud conijcio, quàm vndequaque contra pericula muniri. Dupliciter Erinacium muniuit natura. Primò inſtinctu naturali ſagaciſsimo. Ventus vitæ contrarios à longè præſentit, vnde cito obturat feneſtrulam à parte Boreali, & aperit à parte Auſtrali, & contra vt opus eſſe cognouit. Et hoc pacto incommoda vitæ euadit. Secundò, muniuit eum natura contra ferarum pericula; nam in orbem ita ſeſe colligit, vt ſpinis erectis contactum ſuum formidabilem omnibus reddat. Erinacium Liſowſcij pro nobilitatis ſuæ excellenti ſigno in ſcuto ferunt, vnum hoc & magnum habent, ſunt vndequaque contra pericula muniti. Vide quàm admirandus erat ille Sigiſmundi III. Regis temporibus, qui totam Moſchouiam in longum & latum multoties cum exercitu peruagando, ſanus & victor redibat. Eius famam excepit Pruſsia, Confeſsio Auguſtana extimuit in Sileſia, Guſtaui potentia vmbram illius exhorruit in Morauia. Eratne ille horum armorum, hoc quidem ignoro, ſed Liſowſcios de his armis eſſe non ignoro. His vnum & magnum offerro, ſicut Erinacius ſua inuolutus virtute, tutus eſt ab omni iniuria: ita vos virtute veſtra nobili & morali inuoluti, tuti ac omninò ſecuri permanebitis, vnde Horatius libro 5. Carm.

Fortuna ſæuo læta negotio. &
Ludum inſolentem ludere pertinax,

Tranſmu-

Digitized by Google

Tranſmutat incertos honores
Nunc mihi, nunc alij benigna.
Laudo manentem: ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit, & mea
Virtute me inuolo, probamq́;
Pauperiem ſine dote quæro.

FAMILIA ERINACIORVM.

LIſowſcij *in Pomerania. Qui nedum in Curia Principum primos honores tenuerunt, nam in Curia Radziuilij Nicolai Marſch. Magni Ducatus Lith. vnus eorum Maiordomus fuit; ſed in Regum palatijs, Stephano Rege ſceptra tenente, cui erant amori literis docti, & bello ſtrenui, præcipui & in Marte ſolertes extiterunt.*

IEZIERZA.



DELINEATIO.

CRVX Cauallerica mediocris funeſta, ſupra quam ad leuam verſus aſpiciens, hæret coruus roſtro annulum cum lapide geſtans. Campus rubeus, ſuper galeam quinque pennæ Strutionis. *Reipub: bonum ſummum miles.*

ORI-

ORIGO.

ACquiſita fuiſſe in exteris Regnis, Galliæ puta aut Italiæ. In Regnum autem Poloniæ vnà cum Wilibaldo Gneſnenſi Archiepiſcopo primùm introducta fuerunt.

ERVDITVS MILES.

Crux hoſtium ſtrages.

Sulpitius.

SVmmum bonum Reipublicæ eſt eruditus & expeditus miles, quod his verbis Vegetius libro 1. de re militari expreſsit: Nihil neque firmiùs, neque fælicius, neque laudabilius eſt Reipub. quàm in qua abundant milites eruditi. Arma hæc veſtra, Crux, Coruus, & Annulus, eruditos, ſtrenuos, ac in omni militari progreſſu & arte expeditos præſagiunt & volunt. Crux enim hæc, hoſtibus veſtris infauſta, vobis verò fauſta. Militantis Sancti Martini, & verba concinnat ac repræſentatas fert. Ego, inquit, ſigno Crucis, non clypeo aut galea hoſtium cuneos penetrabo ſecurius. Tota namque Dæmonum fortitudo, & magica poteſtas tali caſside & lorica proſternitur. Vnde Diuus Auguſtinus in lib: Confeſſ. Signabar ſigno Crucis, & condiebar ſale Chriſti. Nec infirmiùs coruus vobis ominatur. A dextra enim coruus, & à ſiniſtra cornix ſpem non ambiguam, & ratum auſpicium faciunt, vt aduertit Alexander ab Alexand. lib: 5. Gen. cap: 13. Ore verò dum geſtat tam precioſum annulum, vel fortunæ Hieroglificum eſt fælicis, vel Syllæ argumenta repræſentat, Martis, Belli, & Pacis. Neque mouet quod ſupra Crucem ponatur Coruus. non enim premit Crucem, ſed adornat & defendit. hoſtium enim eruit oculos, prædam autem gloriam & famam vobis offert. Habet Robertus de Monte, vt Laur: Beier. lib:2. in feſto Inuentionis S.Crucis, Matrem Soltani cuiuſdam qui dum hinc excedere, filium monuiſſe ſe Catholicè ſemper vixiſſe, & in ea fide, qua nullam præſtantiorem eſſe aſſerebat, mori velle. Rogat igitur, vt ſibi mortuæ erigat tumulum forma Pyramidali, cuius verticem Crucis figura ornaret. Paruit Imperator, verùm Saraceni inuidia in Chriſtianum nomen tabeſcentes Crucem impetu facto deturbare contendunt, quod vt fecerunt, cuncti ſubitò Angelo deſuper viſibili ſpetie apparente, & Crucem defendente expirarunt. Nec auicula veſtra hæc eſt vel fuit in Crucis fæditatem, ſed ad honeſtatem, protectionem. Protegebant arma hæc Zelazouie, protegebant Niemierza cognomēto niger in Podol. quondā non poſtremus exercituum Ductor. Hinc iure Strutionum pennis, annulo, Cruce & aue,

adornant.

adornantur, cum duces ſuos non gementes ſequebantur, ſed lęti, vt hoſti gemitum & infauſta referant. His armis illud Attali Stoici obducite animos. *Senec. refert Epiſt.* 21. Malo me fortuna in caſtris ſuis quam in delicijs habeat, torqueor ſed fortiter, bene eſt, occidor, ſed fortiter, bene eſt.

SCOPVS CHRISTVS.

INter literas prognoſticas & Hierogliphicas Ægiptij crucem habebant. Cuius interpretatio erat, teſte Ruffino, vita futura. Habebant enim traditionis antiquæ loco tunc deſituram eorum religionem, cum illud Crucis ſignum in mundo prædicaretur. Hinc Ægiptij ea traditione ac vaticinio prædocti fidem Chriſtianam amplexi, dum Crux proponi populo cæpta fuit. Verè illi cognouerunt, quod ſcopus vitæ futuræ fuerit Chriſtus pro nobis in cruce ſuſpenſus. Vnde & Plato ille diuinus magno ſemper in pretio habuit literam X. quod in modum crucis pingitur, velut occulto myſterio crucis dignitatem poſteris commendans, quam & Paulus 1. Cor. 2. prædicabat: *Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.* In veſtris Armis ſcopum Chriſtum obumbratum ſentio. Prædicat namque Crux hæc funeſta cum annulo & coruo vęſtram famam, probitatem, & fortunam in ordine ad Chriſtum. *Qui dat eſcam pullis coruorum inuocantibus eum,* & in ordine ad vitam futuram quæ eſt Chriſtus. Hæc enim eſt vita æterna cognoſcere Patrem verum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum. Hanc annulus, qui perennitatis Symbolum eſt demonſtrat. Hanc coruus, nam ſi ab ortu voce clare occinuerit, præſentem fælicitatem apportat, *vt refert Alex. ab Alex. Gen.* 5. *Cap.* 13. Ab ortu veſtro clare occinuiſtis, quapropter in dextrum roſtrum porrexit coruus veſter, vocem auro & annulo adornando, & multo dęcentiùs quàm annulus Caroli V. qui habuit anlum in quo horologium ſonabat. Sonuit enim vox famæ, pietatis & gloriæ veſtræ. Teſtantur hoc viri & matronæ in Familia Szymanouiorum, Boguslawſciorum &c. Alat igitur vos Dominus veſter & Rex Ieſus Chriſtus, ſicut alebat S. Theod. Mart. referente *Surio Tom.* 6.

IŁGOWSKICH.



DELINEATIO.

Sagitta annulo ornata ex Abdank procedit.

ARma hæc ex tribus componuntur, ex armis Abdank, ex ſagitta quæ ex medio Abdank ſurſum veluti ex quadam radice procedit, & ex annulo ſagittæ ad medium affixo. Annulum puto eſſe militarem, qui haſta ab exercitatis ſubleuatur, aut eſt coronæ annulus. Hæc omnia coloris eſſe albi cenſeo, nam tali colore ſagittæ & Abdank adnotantur in armis. Annulum puto coloris rubei, nam inſignia gentilia quaſi omnia repræſentant ſanguineum opus.

ORIGO.

SAgittam coronatam aut circulo militari adornatam victoriæ ſignum repreſentare non eſt dubium. Gratias igitur retulit optimus Princeps ſtrenuo militi pro fortiter deuicto hoſte, dum Abdank obtulit pro armis, & quoniam ſagittâ deuicerat, ſagitta eſt addita: & quia cum laude & Triumpho deuicerat, corona & annulus militaris his annexus remanſit.

Me-

MEMORIA ÆTERNA.

BRevem hominis vitam, ſequitur parua & brevis gloria. Pſalm. *Dum adhuc ordirer ſuccidiſti me.* At breuem vitam & bonam, non parua nec brevis ſequitur gloria. Nam ſicut breuem vitam & malam, nulla ſequitur gloria, ita breuem & bonam, æterna ſequitur gloria, *Quoniam Dominus in generatione iuſta eſt*, Pſal. 13. Vndè Cic. Philip. 14. Brevis vita data eſt, at memoria benè redditæ vitæ ſempiterna: quæ ſi non eſſet longior, quam hæc vita, quis eſſet tam amẽs qui maximis laboribus & periculis ad ſummam laudem, gloriamq; contenderet? Æterna vos manet jurementò gloria ò Iſgowij & quicunq; his armis inſigniti eſtis, nam magnis dantur iſti honores. *Breuem vitã quando ſequitur gloria æterna.*

Prudens & ſapiens, qui tenet alta, ſatis.

Sed ad comparandam memoriam æternam quam nec inuidia accuſet, nec tinea, nec erugo emoliatur. Tobias cap. 3. hoc vnum perſuadet. DEVM COLAS. Hoc enim pro certò quiſque habere qui Deum coli debet, quia vita eius ſi inprobatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione, liberabitur: etſi in correptione, ad miſericordiam veniet. *Memoria æterna quomodo comparatur.*

Date huic capiti date feſta
Poloni.
Sertis atq; votis eorum extollite
Fœlicem caſum.

FAMILIA ILGOWSCIORVM QVOS ALIQVI ADNOTARVNT ILKOWSCIOS.

ANdreas Iſgowſki *in Caſtris ſtrenuus ex diſtrictu Kouinenſi, alij in Palat. Chiiouienſi. Ioannes ſuus germanus militia celebris, qua effecit, vt abſens adſit, mortuus viuat, quibus gradibus videntur homines in cælum aſcendere.*

Karniczcij *in Samogitia ijsdem armis famam nomenq; ſuum coronant. Conciliarunt namq; animos hominum rebus, geſtis, æſtimatione vitæ, dignitate hominis.*

IVNCZYK.



DELINEATIO.

DVo hami ſeù vnci piſcatorij, ex adverſo diſpoſiti, ex quibus procedit baſis, in qua ſunt duæ cruces, vnci ſunt coloris ferrei, cruces coloris albi.

ORIGO

DVm hoſtis ad flumina decurrentia ſtatiua ſua diſpoſuit, animadvertit Iunczik, & datis ſignis exercitui Chriſtiano, hoſtem inuaſit, diſperſit. Sic hamo extraxit nominis gloriam, loco hamati piſcis.

AVREVS HAMVS.

Lorica aurea *Lorica ex hamis.*

ADagio, hamus aureus, impropriè dicitur. Piſcatur aureo hamo. Significant enim rem vilem quæ magno pretio & multò incommodo emitur. Adfero hamum propriè aureum. Lorica qua plerunque exercitus pectore tecto hoſtem ſecurè inuadit, aurum eſt offitio, licet ferrum ſit materia. Sed ſi lorica fuerit verè aurea,

rea, inæſtimalis erit pretij. Lego Loricam ex ipſiſmet hamis, & hamis aureis. *Virgil*: *Æneid.* 3. Loricam conſertam hamis auroq; trilicem, hoc eſt hamis aureis, *vt Amb*: *Calep. expo.* Quis igitur moleſtè ferret, quod hamum aureum dixerimus? Sed liceat altiora dicere de hamo aureo. Arma hæc ad quæ nunc oculos conijcitis, hami ſunt, ſed dum adornantur crucibus, verè aurei hami ſunt, & ſi cruces defendicula gladiorum & framearum repreſentant, profectò arma hæc hamus aureus pretio & laude inæſtimabili, erunt. Me herculè Iunczicij aurei hami ſunt, quia Regum animos, ducum amorem, nobilium fauores, vt piſcis hamo trahitur, ita moribus, virtute, humanitate ad ſe traxerint. Proferam altiora. Aureus hamus eſtis, quia religione, pietate, commiſeratione proximi traxiſtis ad ſe, vt veri Chriſtiani & pij Catholici Deum, vobis propitium & domui præclaræ veſtræ tutorem & conſervatorem. Cæſar Ripa in ſua Iconologia dum Curiam depingit terrenorum Regum, addit ad manum illius matronę hamos ligatos ad filum coloris viridis, ratio eſt, quia Regalis curia tenet homines in pervigili obſeruantia nutus regij ſola ſpe & promiſſione, quæ quidem duo ſenio & morte vix in effectum cadunt. Curia cæleſtis & Regis Regum, & Domini dominantium eodem momento temporis hominis viatoris ſpem in effectum deducit, ac omni ſpe majora & fæliciora tribuit. Pius igitur affectus veſter in Deum, claram domum veſtram tuetur & conſeruat. Talem differentiam quidam tali carmine complexus fuit:

Curia Regum terrenorum ſpe ut hamo tenet homines.

Curia pauperibus clauſa eſt dat cenſus honores.
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

FAMILIA IVNCZYK.

IVnczyk ex *Palat. Smolenſcenſi in Samogitiam domicilia ſua tranſtulerunt. Satis decorè Cic. 2. Tuſc. Sumus natura ſtudioſiſſimi, honeſtatis appetentiſſimi, cujus ſi quaſi lumen aliquod aſpeximus, nibil eſt quod vt eò potiamur non parati ſimus, & ferre & perpeti.*

Stephanus *Sigiſm. primi Sereniſſimi Regis Aulicus & miles eximius. Omnes benè viuendi rationes in virtute ſunt collocandæ, propterea quod omnia præter eam ſubjecta ſunt fortunæ dominationi. Reliquit filium Georgium Stephani Regis Pol. ſtrenuum militem. Suadebat Senec. ep. 85. Apes debemus imitari quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt.*

Digitized by Google

IVNOSZA SEV ARIES.



DELINEATIO.

Variam delineationem juxta varium vſum armorum Regni Hiſtoriographi affirmant. Vtuntur namq; alij Ariete pro armis ſine cornibus, alij cum cornibus, alij reſpicientem retro, alij inter roſetum ſtantem, alij ſtantem ſuper gramina, alij ſuper vbertatem gramineam, alij ſtantem ſuper fluenta ſanguinis ad latera aſpectum rectum ferendo, alij cum vexillo gerentem aſpectum in dorſi ſummitatem, & ſanguis è collo in calicem manat. Signa talia vt plurimum videntur apud Papr. & Dlugos. & Bielſc. inter vexilla Cruciferorum. Communiter verò in Regno Aries ab antiquo, ſtemmatum loco Albus fuit, in campo rubeo, ſuper gramen viride greſſum firmans, ſanguine reſperſus ad latera, caput viſumq; prominentia ferens, cum cornibus decuruatis. Super coronam verò alij medium Arietis, alij quinque pennas Strutionis ponunt. Duorum verò Arietum Arma qui victum & victorem exprimunt, diuerſa ſunt ab his armis.

ORIGO.

Originem variam ſicuti & deſcriptionem habent talia arma: Dlugos. in Regno acquiſita fuiſſe aſſerit, fauet quidem huic opinioni cognomen Baran, præcipuè quod hiſtoricus Polonus Baſco Cuſtos Poznanień. Comitem Baran nominat ad flumen

Wartha

Wartha Anno 1253. Fauet quod Iunoſza ſit Polonicum idioma ſignificans ſponſum, qui dum procedebat ad ſponſalia hoſtes inuaſit Regni & oppreſsit. Quem fortè grex arietum læta expreſsit. Vt relatio eſt. Euntem ad ſponſalia virum grex arietum læta ſequebatur. Dixit omen fælicitatis. Victori hoſtium, aries conceditur. Sed Germanis ſit ſuum ſtemma. Polonis ſint in Regno arma acquiſita. Sed fortè ſeipſum Paproc. correxit, dum poſtmodum dixerit, aut ſunt cum primo Polonorum Domino allata. Nec erit impoſsibile imaginari, cum antiqua in Regno legantur, & multis titulis honoribus ab antiquo ornata. Dicendum ergo venit, quod vt Abrahæ Patriarchæ primo in inſignia ſunt collata, ita cum primis dominis Lechi in has oras venerint, ſed multis expeditionibus clariora facta fuere. Alij tamen ex Germania in Regnum Poloniæ profluxiſſe memorant. Quod forte Iunoſzycz cognomen armorum adumbrat, nam Iungſchoph germanice Arietem juvenem ſignant. Vnde poſtmodum Polonis Iunoſza vel Iunoſzycz ex corruptione ſermonis germanici, & majorem aſsimilationem ad ſermonem vernaculum relictum fuit.

HERCVLES POLONICI.

ANtiqui Hercules ac invicti Romani, dum bellum offenſivum pacemq; diſruptam, Regnis & Regionibus adverſis indefeſſe nunciarent, per Fecialem ſuum Arietem in paſcua hoſtium deducebant dimittebantq; : tali geſtu & caſu docentes quod effectu & virtute intendebant. Depopulata ſcilicet à ſuis gregibus paſcua non eorum amplius ſed ſui juris & regiminis fore. Autor eſt Diogenianus. Sed ſint quæcunq; initia belli, non ea Herculem declarant, ſed finis & intentio ſtrenua. Quapropter *D. Aug. ſerm. de verb. Domini* ita inſtruebat militem in Herculeas vires, *Militare non eſt vitium, ſed propter prædam militare, peccatum eſt.* Hercules ſunt Polonici Iunoſij, nam licent ſint de agnorum vel arietum armis, non tamen ex præda vel propter prædam, ſed propter indefeſſum animum, inuictum cor, inveſtigatum ab vllo tenax belli conſilium, ſagax & prudentiſsimum contra hoſtium Regni incurſus progreſſum. Talem Petrum Domin Miechouius lib. 4. in medium duxit, dum ait: Petrus Domin de domo Agnorum Regij exercitus Capitaneus, ſimili & majori fortuna vſus die Veneris decima ſeptima Menſis Septembris prope oppidum Pucko exercitum Prutenicum conflixit. Talem Paproc. in ſtemmatibus Staniſlaum de Chodecz. Anno 1457. Ducem exercituum in Podolia ex Priuilegijs memorat. Talem Nicolaum Orłowſky Io. Comes in Tarnow Caſtellanus Crac. commendat, cui Sandomiriæ tale Epitaphium poni in æde B. V. M. curauit. Nicolao Orłowſky viro *Domin.* *Orłowſki.*

militari ſtrenuo, de Republicaq; bene merito, Ioan. Comes in Tarnow Caſtel. Cracou. ex pietate poſuit, Anno 1549. Eſtis Hercules meritò Polonici nuncupandi ò Iunoſij, nam vos ne dum virtus innata & exercitium continuum ad hoc inſtruxit, ſed quodammodo natura ipſa formauit. Suadeat propoſitum Venceſlaus Iankowſky, qui ſub expeditionem Poſuolſcenſem Kouenniæ juvenis ætate at maturus viribus, vnus atq; ſolus 40. ſoldatos Vageri inſolentes diſperſit, & quemlibet vulnerauit. Hunc vt vidit Vager, nedum coram Rege non incuſauit, ſed ita defendit: Sereniſsime Rex, illi potiùs qui ab vno & tam juveni vulneribus affecti, capite plectendi veniunt, *ita Paproc.* Suadet propoſitum & Albertus Lochocky cognominatus Szala, Pocillator Terræ Dobrineñ. cui tantam agilitatem natura concеſſerat, vt armatus & loricatus equum è terra ſaltu tranſiliret, exporrectum linteum vel mantile in altum agilitate ſuperarat. Quales vobis denunciabo Zuchouios? quales Poniatouios? quales Karnkouios? Profectò multis ſignis natura declarat in vobis quid velit, quid quærat, quid deſideret. Igitur quod ſuadet *D. Bernar. in Cant. ſerm.* 53. admittite: *Natura nunquam in vobis dormitet, grande enim donum natura ipſa eſt.* Neque aliud vobis ò Iunoſij Armorum veſtrorum fimbriæ, hic recens ſanguis, iſte Strutionum ornatus, ille graminum viror, iſta elatio quoq; Agni inſinuant, quàm vt Regni noſtri, honoris & nominis veſtri, Hercules & Herculei, perenniter maneatis. Dilatate igitur locum tentorium, & pelles tabernaculorum veſtrorum extendite, vt ſemen veſtrum hæreditet terram, *monente Iſaia.* Hercules Polonicos & inde ac magis vocabo, quia contra Hæreſes & Hæreſiarchas acerrime pro Deo, Fide, & Eccleſia pugnatis. Qualem ſenſit & admirata fuit Polonia Illuſtriſsimum ac Reverendiſs. Dominum Achatium Grochowſky, Epiſcopum tunc Præmiſlieñ, poſt Luceorieñ, de quo & poſteritati ſcripta retulerunt:

Iankowſki. *Vagier.* *Lochowſki.* *Zuchowſki.*

Hæreſiarcha procul, ſi non Eccleſia; cornu
Te premet intrepidus Præſulis Agnus Abi

ORACVLA REGNI.

INter Antiquorum monumenta, *apud Aul. Gellium lib.* 3. *c.* 3. *& Syl. Italic. lib.* 3. Oraculum Arietinum magnæ exiſtimationis habeo, non quidem ob ſolam cauſam quod Ammonis ſit & Iovis, à quo Arietinum nuncupatur, eo quod Græcis ἄμμον Arenam ſignificat, nec ob hanc quod à Libicis gentibus Garamantis, in templis, *vt Lucanus lib.* 9. votis præcabatur Aries. Ventum erat ad templum Libicis quid gentibus vnum Inculti Garamantes habent, ſtat corniger illic Iuppiter, vt perhibent cum tortis crinibus Ammon. Sed quod exploratæ indubitatæq; fidei habebatur. *vnde Syl. lib.* 3.

Fatidico

Digitized by Google

Fatidico pandit venienti ſæcula luco.
Hinc omen cœptis & cauſas ſcire futuras
Ante diem, belliq; vices nouiſſe vetebat.

Quapropter in ludis magnis Arietini reſponſum iterabatur vt refert *Dempſter. lib. 2. cap. 5. in Prolog.*

Peribo ſi non fecero
Si faxo, vapulabo.

Tulerunt majora oracula ſine revolutione perſonarum, revolutio temporum in magnis ſuæ Reipub: & Patriæ tutoribus ac viris, *vt Chryſoſt. in Policrate lib. 1. inſinuabat.* Tunc inquit totum Reipub. corpus roboris ſui integritate vigebit, tunc optimè compoſitionis ſpecie venuſtabitur, & elegantis pulchritudinis decorem induet, ſi ſingula quæq; locum teneant ſortiter decenter, ſi fuerit officiorum non confuſio, ſed diſtributio.. In vobis tantum lumen ac ipſa claritas Iunoſij ne dum reſidebat, ſed ſedem appoſuit. Nam Cathalog. de Ioanne Karnkouio Epiſcopo Vladiſlauień aureis litteris mandanda hæc reliquit. Erat ingenio acer, eruditione præſtans. Et de Staniſlao Archiepiſcopo Gneſneń, qui Stephano Regi controuerſia litigante coronam Regni impoſuerat, *Paproc. refert.* Quod in patrio ſolio in ſeptimanis ſeptem à fundamentis muratam Eccleſiam erexerit, conſecrauerit, Deo in ea oblationes fecerit. Quod terror hæreſibus, exemplar vitæ ſpiritualibus, virtutum æmulator fuerit ſuaviſsimus. Inter hoſtes priſcos, Agnam Præcidaneam memorat Feſtus de differentia hoſtiarum, quæ ſcilicet ante ſolennia ſacrificia pridiè cædebatur. Profectò veſtra erant ò Iunoſij talia ſacrificia, ante ſolemnes Deo & Patriæ offerendas hoſtias, armis veſtris edocti Agnum laſciuientem mactabatis. Hinc ex vobis alij viuentes ſepulchra ſibi monentia ad ſolemnitatem extruebant. Alijs verò poſt vitam talia Epitaphia aſcribebant. *Agna præcidanea qualis.* Iacobus Bielynſky à Sokolouo Dei gratia Epiſcopus Lacedæmonień, Suffraganeus Ploceń, vir cum alijs virtutibus, tum maximè humanitate, liberalitate in Eccleſias, in ſuos deniq; & pauperes, morum ſuavitate & animi candore præditus. *Iacobus Bielinſki Epiſcopus.* Quid verò de tot ac tantis Regni Senatoribus, Palatinis, Caſtellanis, Iudicibus regni de Familia veſtra referam. Eorum voces, vota, dicta, oracula, facta Typon fuêre, vt optimè quod de veſtro Boianouio dictum fuerat, de omnibus vobis dicatur. Vir grauitate morum præſtans, multorum hominum mores vidit. *Bulárowſki Epitaphium.* Tales vos Reſpub. læta miratur, ominatur, audit, quales in acceſſu ad Archiepiſcopatum Leopolień doctus Wilczek ſcriptis Illuſtriſs. Andream Grochouſcium aſſerebat. *Grochowſcij.*

Ruſsiaco fera mitis Agnus ſociata Leoni
En pulchrum pacis ſymbolum inſinuat.

Mœnibus

Mœnibus hic hoſtem, ille lupos arcebit ouili
Hinc populo pietas affluet, inde ſalus.
O mea ſume animum triſtes poſt Patria curas
Aurea Grochouio Præſule ſecla trahes.

VELLERA PATRIÆ.

Vellus Terræ QVantam terra à Patria fert differentiam, tantam Vellus terræ & Patriæ requirit. Vellera terræ Sidonius *Apolinar. Car.* 5. *v.* 48. ita numerat.

Attis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon oliuum
Pontus Caſtorem, blattam Tyrus, æra Corynthus.

Vellus patriæ Vellera autem Patriæ *Val. Max. lib.* 5. nominat dicens. Si bona patriæ augeas, & eius mala in ſe tranſire velis. Quod dum ſumme ponderaret *Cic.* retulit. Omnibus qui Patriã conſervarint, adjuvarint, auxerint, certus eſt in cœlo & definitus locus. Dum Agnum veſtrum ò *Earinæ oues coloris viridi.* Iunoſij conſiderandũ animo offerro. Veniunt in mentem Earinæ aut Arinæ oves & agni coloris viridi, de quorum lanis verno tempori ve- *Venatio in colore viridi.* ſtes convenientiſsimæ fiebant, ſicut & in Anglia mos eſt vbi hyems frigora ſua remiſerit, & lætiori facie terra aperta fuerit. Rex, totuſq; Procerum ordo, aulicorum & officiorum turba, venatum proficiſcitur concolor anni tempeſtati, & ceù campus vireſcit aula, *vt Dempſt. Antiq. lib.* 5. *cap.* 31. Iucundaq; ſunt hæc vellera Patriæ, ſed vellera Agni veſtri multò jucundiora, non quidem ob colorem ipſum, vel Ægyptium, vel gramineum, vel cygneum: ſed ob ſanguinem hoſtilem, quo agnus veſter, & latera, & vngulas adornavit, ac gramen viride pro coronolla quadam victoriali pedibus ſuis ſubſtrauit. Augent mouentq; animum in vobis adſcribendum tot vigilantiſsimi Exercituum de Familia veſtra Duces, tot doctiſsimi ac peritiſsimi Archiepiſcopi. Epiſcopi, Senatores, Terrarum Iudices, & plurimi ac Strenui Rotmagiſtri, & bellicoſiſsimi milites. An non vellus erat Patriæ Io. *Io. Bielinſki Epiſcopi Præmiſlienſis Epitaphium.* Bielensky Epiſcopus Præmiſlieñ, Cancellarius Regni, de quo hæc *Paproc.* Erat optimus & virtuoſiſsimus paſtor neminem quando lædens, auaritiam omnino fugiens, ſummè pius, ſummè humilis, verè Sacer- *Lucas Podolſki Nuntius.* dos. An non vellus patriæ fuit Lucas Podolſky Præpoſitus Gneſneñ, Canonicus Cracou: qui multoties ab Auguſto Rege ad cæteros Principes Legatus fuit. Vidit hunc Ferdinandus Imperator, vidit Maximilianus, vidit à Stephano Rege miſſum & Rodolphus Auguſtus. Fuiſtis vellera Patriæ, nedum prudenti conſilio & Palladi, ſed fortitudine *In arietum dorſis diſcebant nobiles equitare.* & Marte. Referunt alij quod in Arietum dorſis prouectiores filij nobilium equitare diſcebant. Veſtri Agni tanta dignitas eſt, vt qui ipſum

Digitized by Google

ipſum & familiam veſtram oculis ſuis & animo, ſanè expoſuerit, diſcet & fieri Senator, & fieri Miles, & ipſe quoq; Achilles.

ECCLESIÆ ORNATVS.

AGnum multipliciter ornatum Eccleſiæ fuiſſe, ſole clarius liquet. Eſt namq; Agnus ſtemma Sanctiſsimi Patriarchæ Abraham, luminis & ornatus Eccleſiæ futuræ. Eſt Agnus Paſchalis, novæ Paſchæ immolatæ Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri. Sunt Agni è cera formati, myſterioſa ac virtutis plena in Eccleſia Dei, monumenta. Sunt præterea figura & ſimilitudo caſtæ ac innocentis vitæ. Agnus enim iſq; caſtus ſignat, *vt Ambroſ. Calep. notabat.* Verum ſingulari reſpectu Agnum veſtrum ò Iunoſij ornatum Eccleſiæ Dei nominabo. Index mihi erit tàm ſpectabilis & maximè laudanda in familia veſtra plurimorum vita. Index tam præclara Epiſcoporum & Heroum veſtrorum in morte diſpoſitio. Quorum è numero vnum commemorabo, Ioan. Polak de Karnkow, cuius tale Epitaphium Crac. ad ædes SS. Trinitatis lego: Ioan. Polak de Karnkow Caſtell. Gneſneñ, viro ſtrenuo, artis militaris peritiſsimo, nec minus ciuilibus actionibus claro, bellicis victorijs quam plurimis à fortuna Dei benignitate inſignito, quinque & ſeptuaginta annis ætatis expletis, non ſine publico incommodo, fæliciter & conſtantiſsime defuncto, Patruo ſuo bene merenti Ioan. nepos Canon. Crac. poſuit, Anno 150?. die 7. Iunij. Et Achatius Grochowsky, vt de illius armis Laurent. Herneſt. Theolog. Non quod verè novo pubentia prata totondit:

Agnum eſt ornatum Eccleſia.

Agnus Iunoſiorum ornat Eccleſiam.

Ioan. Polak Karnkonſki Epitaphium.

> *Agnellus Thyaſos ducit: & vrget humum.*
> *Sed quia Præſuleis, Bellans Eccleſia, cetris*
> *Pugnat ab hoſtili vulnere tuta manens.*

Lege & redde vices poſteritas relicta, tantæ ſpecioſitati tuorum prædeceſſorum. Erat lex Nummæ de Parricidis quondam hæc lata *vt Dempſt. lib. 8. cap. 5. de Antiquit. Rom.* Si quis hominem liberum dolo ſciens mortidicit, (id eſt, det) Parricida eſto. Sei (id eſt, ſi) im (id eſt, eum) imprudens ſe (id eſt, ſine) dolo malo occiſit (pro occidit) pro capite occiſei (id eſt, occiſi) & nateis (id eſt, natis) eius in concione arietem ſubicito, vt ſcilicet pro eo cedatur. Decuit maior perfectio vos ò Iunoſij quam & tenuiſtis, vt ſcilicet nec ſit, nec eſsio pro vobis aliquid ſubijcere, ſed ſit incontaminata vita veſtra, tàm affectu, quàm moribus, tàm actu, quàm intentione. Mites & manſueti, ſine dolo & injuria. Hoc veſter in vobis ingerit Agnus, hoc antiqua domus veſtræ proſapia. Quapropter ad apparandum ornatum in vobis tàm Politicum, quàm Eccleſiaſticum, vitam PolitoChriſtianam carmine à quodam traditam commemorabo:

Lex Parricidiorũ à Numma qualis.

Perfectio magna in Iunoſijs.

Vita Politica.

Sis patiens, verax, comis, ſermone modeſtus.
Sint tua laudatis, ſeria pieta jocis
Multum quidem placent, admixtis dulcia acerbis
Adde ſales grauibus tempore, gratus eris,
Scilicet ad extremum nemo laudabit vtrumq́
Serius aut nimium ſiuè jocoſus eris.

LINEA FAMILIÆ IVNOSZA ſeù AGNORVM.

COmes Iunoſza, aliàs Baran. *Monumenta Cathedr. Poſnanień. referunt, dum litem, Baſſko Cuſtos Poſnan. Anno* 1253. *de retibus ad fluuium Warta cum illo ad judicem finit.*

Iunoſzij *in Mazouia clariſſimi viri, & multarum familiarum, larga benedictione Dei, parentes.* Optimè D. Gregor. in Moral. Iuſti dum breuitatem vitæ conſiderant, elationis & immunditiæ culpas declinant, & benedicuntur à Domino.

Kolo, *Nicolaus Kolo Palat. Inoulocen. Petrus Caſtell. ibidem. Nicolaus Succam. Inoulocen. Anno* 1451. *Ioan. Iudex terræ Halicien.* 1436. *Et alios plurimos, habent Priuilegia diuerſa Regni, de hac familia magnifica. Sed horum merita & bona, dum gladium gerens proles defecit, per ſexum fœmineum, in alienas domos deſcendit. Paulum Kolo Priluſcius* 1504. *Palat. Podol. lib.* 1. *cap.* 2. *meminit. Eius filia Anna Mieleccio Palat. Podoliæ conjunx, nam plurimam ſubſtantiam intulerat in domum Mielecciorum. Epitaphium in Mielec referet.*

Saporowſcij *in Pocutia ad Halicień oram, qui à Colis limites, originem diuiſione bonorum acceperunt. Qui cum maſculam prolem non reliquerunt, Virgines relictæ in alienas domos bona deduxerunt. Quam pulchrè admonebat quondam Academia Zamoſc. parentes, vt æuiternè cælitus benedictionem ſibi ſuiſq́ hauriant.*

Quiſquis es auguſtis ſobolem qui creſcere ſellis
Percupis, in patriæ pignoribuſq́; dare.
Os tenerum forma, tenerum pectuſq́; reforma
Obſcenis aures abſtrahe ab eloquijs
Aſperitatis & inuidiæ corrector & iræ
Negligis hæc hodiæ, cras minus aptus eris.

Extat Saporouiorum æterna memoria, & angelis comparanda. Nam Adamus de Saporowce ex Eliſabeth Droiowſka dum non ſuſcepit prolem maſculam, ſed aliquot filias, omnem ac totam ſuam ſubſtantiam conſecrauit Domino, & Monaſterium Sanctimonalium S. Benedicti Leopoli fundauit, ac tres filias ſuas Catharinam, Annam, Chriſtinam voto virgi-

tu virginitatis & religionis ibidem obligauit. Hæ ſingulæ Præſides Conuentus dicti fuerunt. Ipſe verò Saporowſki orationi deditus ad eandem Eccleſiam ſuæ Ætat. 90. Anno Chriſti 1599. obijt. Hic ſe vltimum de familia Kolorum in Epitaphio poſuit. Vbi Aries victus jacens in terra, alter aries ſtans ceù victor victi, ſuper illum pro ſtemmate ponitur. Vnde familiæ Kolorum Agnus Arma ſed differens à Iunoſſa fuit.

Chodeccij *Stanislaus de Chodecz. Exercituum Dux in Podolia clariſſimus Anno* 1451.

Domin, *Petrus exercituum Curiæ Regiæ Præfectus.* Ita Miechou. lib. 4. *Petrus Domin de domo Agnorum. Regij exercitus capit. Simili & majori fortuna vſus 17. Sept. propè oppidum Puczko exercitum Prutenicum conflixit.*

Eſt magnum magnos titulos numerare parentum
Et vitam è veris ducere nobilibus.
Eſt majus, vitam morum ſplendoribus auctam
Virtutumq;,ſacra ferre ſub aſtra face.

Karnkowſcij *in Dobrzinenſi, Ioannem Karnkowſki cognomento Polak, quod quidem cognomen in Sigiſm. Aug. Cæſaris copijs, ob ſtrenuum & prudentem progreſſum acquiſierat. Hic à Caſimiro Rege, Dux exercitus equeſtris pro Stephano Palat. Moldauiæ, (poſt quam cum ſuis tredecim Dominis ſubmiſerat colla Sereniſſimo Regi) miſſus in Moldauiam, vbi & Dominium Valachicum Stephano reſtituit.* Cromer. lib. 29. *Cujus celeberrimas laudes in Epitaphio Craco. Anno* 1503. *Ioan. de Karnkow Nepos, Secreta. Reg. M. Canon. Cracou. ſic expreſſit.*

Ioan. Polak de Karnkow Caſtell. Gneſnen. viro ſtrenuo, artis militaris peritiſſimo, nec minus ciuilibus actionibus claro, bellicis victorijs quam plurimis à fortuna Dei benignitate inſignito, & corporis dotibus inſigni, quinq; & ſeptuaginta annis ætatis ſuæ expletis, non ſine publico incommodo fæliciter & Chriſtianiſſime defuncto.

Ioan. Epiſcopus Wladislau. ex Epiſcopo Præmislień. vt adnotauit Cathal. 1531. *Vir ingenio acer, eruditione præſtans. Hic patruo ſuo Io. Polak ſepulchrum poſuit, ſacellum reſtaurauit, adornauit, dotauit, & ſciens ſe eſſe moriturum, viuens monumentum ſibi fieri curauit. Vide Epitaph. Wladisl. Vixit* 64. *mort.* 2. *Decemb.* 1538.

Stanislaus ex Epiſcopo Wladisl. Archiepiſc. Gneſneń. & Primas Regni 1584. *Hic Regem Stephanum coronauit, fortiter contra Cæſaream partem, cum milite Regni dimicando. Licet tunc Iacobus Vchanſki ſenio confectus Archiepiſc. ageret, ſed coronationi intereſſe diſtulit. In patria ſua Eccleſiam muratam per hebdomadas ſeptem erexit, benedixit, & in ea tremendum ſacrificium peregit. Doctiſſimi Viri ſub titulo ipſius*

tulo ipſius plurimos libros ediderunt. Maximè adornauit Cuiauieñ. Epiſcopatum, & ædificiis auxit. Erat verus Patriæ amator, religionis cultor, morum grauitate ſerenus, doctrina illuſtris, æterna memoria digniſſimus Antiſtes.

Ioan. Succam. Dobrzineñ. terræ, eius germanus frater, Petrus *Capitan. Dobrzineñ. ex quibus celeberrima poſteritas, ornamento Reipub. & Regno, in toga & ſago extat.*

FAMILIA ILLVSTRISSIMÆ DOMVS GROCHOWSCIORVM.

GRochowſcij *de Grochowce in Præmislien. terra. Aborigenes. Perantiqua & clara Familia. Nam cum deducant originem familiæ ex primoribus gentis Roxolanæ, ita vt bonorum poſſeſſione celebres, ita nomine, gloria, antiquitate, præcipui in Ruſſia rubea extiterunt. Bochdanus Magnus Ruſſorum Princeps, decor eorum familiæ & parens fuit.*

Fedorius Bochdan de Grochowce, Capitaneus Præmislienſis in Anno 1360. *Caſimiro Magno Regia ſceptra gubernante. Ita Acta Caſtren: Præmislien. referunt. Hic reliquit duos filios, Primum Iuachnum ſeù Iuanum Caſtell. Præmislien. Ludouico Vngarorum & Polonorum Rege regnante Anno* 1382. *Iſte vnicum Petrum Bogdanum Rochatinium in Rochatin, hæredem ſterilem habuit Capitan. in Olesko Vladislao Iagellonio regnante.* De hoc Cromerus lib. 20. *dum Suidrigellonem contra Vladislaum Iagello arma mouentem refert. Alterum filium Piechnum ſeù Petrum. Hic ritu abiecto Rutheno, Catholicum Romanum ita reverenter amplexus fuit, vt vſq; in diem præſentem nemo de Familia Grochowſciorum hæreſeos tabe pollutus maneat, ſed illius extirpatorem ſe eſſe quilibet profiteatur. Quapropter conuocatis filijs ſuis in honorem B. V. MARIÆ, illorum etiam conſenſu, Manſionarios in Eccleſia Cathedrali Præmislienſi fundatos largiſſimè dotauit Anno* 1452. *vti inſcriptio fundationis Præmisliæ refert. Honoratus à Sereniſſimo Rege titulo Iudicis Generalis Præmislien. Ex Anna de Sprowa Odrowazowna reliquit filios quinq;*

I. *Ioannem Dapiferum Præmisl.* 1420. *Hic dum à Parente diuiſa bona inter fratres, accipit villas tres, ab Hermanouicze, vocitatus fuit Hermanowſki de Grochowce.*

II. *Franciſcum Succamerarium Præmislien.* 1427. *qui à villa diuiſione Parentis Kormanic, appellatus fuit Kormanicki. Hic reliquit filium Narciſſum SubIudicem Præmislien.* 1513. *Ex iſto erat Auctus Caſtell. Czechouien. vt Acta Terreſt. Præmislien. Anni* 1540. *Reliquit*

quit duas filias Heduigim & Eliſabeth. Illa nupſit Hieronymo Mieleccio Capitaneo Sendomirien. Hæc primò Matrimonio Rzeſouio, ſecundò Nicolao de Bobrek Caſtellano Sadecenſi.

III. *Petrum Gladiferum Præmislien.* 1443. *Hic à villa diuiſione parentis Kiiouice accepta, Kiiowſcij nuncupati ſunt. Reliquit ex Zamiechowska Valentinum Vexilliferum Præmislien.* 1482. *Ex Fredrowna reliquit Ioan. Vrielem, & Magnum.*

IV. *Ianuſium, qui à Grochowce dictus Grochowſki. Eius filij erant Fælix & Theophilus.*

V. *Michaëlem Decanum Leopolienſem, cujus parens proprio ære comparata bona hæreditaria dicta Chodouice in terra Leopol. ſita Decanatui Cathedræ Leopol. Anno* 1452. *Feria* 7. *poſt Dominicam Lætare incorporauit.*

Fælix Grochowſki Ianuſij filius Petrum Succamerarium Præmislien. 1526. *qui ex Orzechowſka, filios ſuſceperat, & majorem natu Stanislaum Iudicem Præmislienſem* 1520. *Demum Subcamerarium Præmislien. Hic ex Ptaczkowna Thomam Aulicum Auguſti Regis, qui habuit duas vxores, vnam ex aula Regia Barbaram Skoruciankam de Młodatycze, ex qua vnicam filiam ſuſcepit, quæ Thomæ Pudłowſki connubio juncta fuit. Qua mortuâ, accepit in conjugem alteram de Magna Vlina Vlinſciam. Ex illa ſuſcepit filios.*

I. *Adalbertum Rothmagiſtrum Sigiſmundi III. Regis ad vltima vitæ tempora. Celebrauerat coniugium cum Chriſtina Caſtell. Biecen. filia Zborowſka de Ritwiany.*

II. *Stanislaum, qui ex Broniowſka reliquit Thomam Venatorem Sanocenſem S. R. M. Vladisl. IV. Regis. Litteris & moribus grauiſſimum, & Georgium Tribunum Sambor.*

III. *Ioannem, qui ex Skalska reliquerat Thomam Caſtell. Derpcenſem.*

Theophilus verò alter filius Ianuſij Grochowſki, reliquit Petrum ex Troiecka. Hic Petrus ex Kraſicka de Siecin reliquit Andream Aulicum Stephani Regis, & Albertum.

Andreas ex Chotoiowſka reliquit filios quatuor.

I. *Venceslaum, qui ex Iſtmuntowna reliquit Georg. Præpoſitum Luceor. Decanum Præmislien. Canon. Cracou. S. R. M.*

II. *Chriſtophorum, qui ex Iordanowna de Zakliczyn reliquit Albertum in Ordine Carmel. demum Religioſum. Alij fratres Martinus & Ioannes.*

Albertus verò germanus Andreæ ex Zophia à Manaſterz Manaſterſka, quæ Kamieniecka, vt bonorum diuiſio docet, origine eſt, ſuſcepit altæ benedictionis diuinæ filios ſex & filias tres.

Digitized by Google

tulo ipſius plurimos libros ediderunt. Maximè adornauit Cuiauień. Epiſcopatum, & ædificiis auxit. Erat verus Patriæ amator, religionis cultor, morum grauitate ſerenus, doctrina illuſtris, æterna memoria digniſſimus Antiſtes.

Ioan. Succam. Dobrzineń. terræ, eius germanus frater, Petrus Capitan. Dobrzineń. ex quibus celeberrima poſteritas, ornamento Reipub. & Regno, in toga & ſago extat.

FAMILIA ILLVSTRISSIMÆ DOMVS GROCHOWSCIORVM.

GRochowſcij *de Grochowce in Præmislien. terra. Aborigenes. Perantiqua & clara Familia. Nam cum deducant originem familiæ ex primoribus gentis Roxolanæ, ita vt bonorum poſſeſſione celebres, ita nomine, gloria, antiquitate, præcipui in Ruſſia rubea extiterunt. Bochdanus Magnus Ruſſorum Princeps, decor eorum familiæ & parens fuit.*

Fedorius Bochdan de Grochowce, Capitaneus Præmislienſis in Anno 1360. *Caſimiro Magno Regia ſceptra gubernante. Ita Acta Caſtren: Præmislien. referunt. Hic reliquit duos filios, Primum Iuachnum ſeù Iuanum Caſtell. Præmislien. Ludouico Vngarorum & Polonorum Rege regnante Anno* 1382. *Iſte vnicum Petrum Bogdanum Rochatinum in Rochatin, hæredem ſterilem habuit Capitan. in Olesko Vladislao Iagellonio regnante.* De hoc Cromerus lib. 20. *dum Suidrigellonem contra Vladislaum Iagello arma mouentem refert. Alterum filium Piechnum ſeù Petrum. Hic ritu abjecto Rutheno, Catholicum Romanum ita reuerenter amplexus fuit, vt vſq; in diem præſentem nemo de Familia Grochowſciorum hæreſeos tabe pollutus maneat, ſed illius extirpatorem ſe eſſe quilibet profiteatur. Quapropter conuocatis filijs ſuis in honorem B. V. MARIÆ, illorum etiam conſenſu, Manſionarios in Eccleſia Cathedrali Præmislienſi fundatos largiſſimè dotauit Anno* 1452. *vti inſcriptio fundationis Præmisliæ refert. Honoratus à Sereniſſimo Rege titulo Iudicis Generalis Præmislien. Ex Anna de Sprowa Odrowazowna reliquit filios quinq;.*

I. *Ioannem Dapiferum Præmisl.* 1420. *Hic dum à Parente diuiſa bona inter fratres, accipit villas tres, ab Hermanouicze, vocitatus fuit Hermanowſki de Grochowce.*

II. *Franciſcum Succamerarium Præmislien.* 1427. *qui à villa diuiſione Parentis Kormanic, appellatus fuit Kormanicki. Hic reliquit filium Narciſſum SubIudicem Præmislien.* 1513. *Ex iſto erat Auctus Caſtell. Czechouien. vt Acta Terreſt. Præmislien. Anni* 1540. *Reliquit*

quit duas filias Heduigim & Eliſabeth. Illa nupſit Hieronymo Mieleccio Capitaneo Sendomirien. Hæc primò Matrimonio Rzeſouio, ſecundò Nicolao de Bobrek Caſtellano Sadecenſi.

III. *Petrum Gladiferum Præmislien.* 1443. *Hic à villa diuiſione parentis Kiiouice accepta, Kiiowſcij nuncupati ſunt. Reliquit ex Zamiechowska Valentinum Vexilliferum Præmislien.* 1482. *Ex Fredrowna reliquit Ioan. Vrielem, & Magnum.*

IV. *Ianuſium, qui à Grochowce dictus Grochowſki. Eius filij erant Fælix & Theophilus,*

V. *Michaëlem Decanum Leopolienſem, cujus parens proprio ære comparata bona hæreditaria dicta Chodouice in terra Leopol. ſita Decanatui Cathedræ Leopol. Anno* 1452. *Feria* 7. *poſt Dominicam Lætare incorporauit.*

Fælix Grochowſki Ianuſij filius Petrum Succamerarium Præmislien. 1526. *qui ex Orzechowſka, filios ſuſceperat, & majorem natu Stanislaum Iudicem Præmislienſem* 1520. *Demum Subcamerarium Præmislien. Hic ex Ptaczkowna Thomam Aulicum Auguſti Regis, qui habuit duas vxores, vnam ex aula Regia Barbaram Skoruciankam de Młodatycze, ex qua vnicam filiam ſuſcepit, quæ Thomæ Pudłowſki connubio juncta fuit. Qua mortuá, accepit in conjugem alteram de Magna Vlina Vlinſciam. Ex illa ſuſcepit filios.*

I. *Adalbertum Rothmagiſtrum Sigiſmundi III. Regis ad vltima vitæ tempora. Celebrauerat coniugium cum Chriſtina Caſtell. Biecen. filia Zborowſka de Ritwiany.*

II. *Stanislaum, qui ex Broniowſka reliquit Thomam Venatorem Sanocenſem S. R. M. Vladisl. IV. Regis. Litteris & moribus grauiſſimum, & Georgium Tribunum Sambor.*

III. *Ioannem, qui ex Skalska reliquerat Thomam Caſtell. Derpcenſem.*

Theophilus verò alter filius Ianuſij Grochowſki, reliquit Petrum ex Troiecka. Hic Petrus ex Kraſicka de Siecin reliquit Andream Aulicum Stephani Regis, & Albertum.

Andreas ex Chołoiowſka reliquit filios quatuor.

I. *Venceslaum, qui ex Iſtmuntowna reliquit Georg. Præpoſitum Luceor. Decanum Præmislien. Canon. Cracou. S. R. M.*

II. *Chriſtophorum, qui ex Iordanowna de Zakliczyn reliquit Albertum in Ordine Carmel. demum Religioſum. Alij fratres Martinus & Ioannes.*

Albertus verò germanus Andreæ ex Zophia à Manaſterz Manaſterſka, quæ Kamieniecka, vt bonorum diuiſio docet, origine eſt, ſuſcepit altæ benedictionis diuinæ filios ſex & filias tres.

 Sat

Digitized by Google

Sat celebris genitor peperit partumq; reliquit.
Cùm daret in lucem filium, & ingenuos.
Ad decus omne ſuis animaret viribus annos
Floret in æternos, non moritura dies.

Extabant ſex illi filij, ſex Patriæ Ciues, ſex propugnatores, ſex ſalutis vindices, ſex lumina Regni.

I. *Stanislaus, Coadjutor Abbatiæ Sieciechou., Gneſnenſis, Cracouienſis, Varſauienſis Canonicus. Præpoſitus S. Michaëlis in Arce Cracouien. Cuſtos Sendomirien. & ſupremus Notarius Theſauri Sereniſsimi Sigiſmundi III. Regis Pol. Hunc currentibus annis Vladislaus IV. Moſchorum victor, & domitor Turcarum, ad Illuſtre Archiepiſcopatus Leopol. faſtigium & Abbatiam Sieciechouienſem extulit, euexitq́. Qui vix Archiep. initiatus domum Archiepiſcop. in ruinas pronam, proprijs impenſis & ſumptu, erigi à fundamentis fecit, & erectam Sponſæ ſuæ Eccleſiæ addixit.*

Multas rite domos Aries hic pulcher adornat
Stat Grochouiaca pulchrior ille domo.

II. *Achacius. Qui in exteris nationibus vna cum litteris, virtutem & pietatem imbuit: vt redijt Aulæ Sigiſmundi III. Regis obſeruantiſsimus, Secretarius Regiæ Maieſtatis fuit. Nuntius à Sereniſsimo Rege ad Sanctiſsimum Chriſti Vicarium Gregorium XV. Prothonotarius Sedis Apoſtolicæ cum facultatibus de numero participantium. Præpoſitus Generalis Miechouien. ac demum Epiſcopus Præmislien. Vrbani VIII. auctoritate ad Epiſcop. Luceorien. translatus fuit. Qua in vtraq́ eminenti ſpecula conſtitutus, ita boni Antiſtitis perfectam formam vita & moribus expreſsit, vt nihil niſi de Deo & vtilitate publica cogitantem, & laborantem, quiſq́ videret. Teſtantur hoc libri Hæreticorum decreto Tribunalis Regni combuſti. Teſtatur electio Sereniſsimi Regis Vladislai IV. in qua nè liberum exercitium pſeudoreligionis, Hæreticis, & proteruis Schiſmaticis vbiq́ concederetur in Regno, vnus ipſe effecit, & inſtanter repreſsit.*

En tibi norma boni nati Pater optimus extat
Grochowski, en certi regula depoſiti.

III. *Nicolaus Secretarius R. M. ſalariatus Comes legationis Nicolai Wolſki ſupremi Marſchalci ad Inuictiſsimum ſemper Aug. Mathiam Imperatorem. Optimum hoc ac ſingulare ſignum magnæ indolis ac ſpei meritorum fuit. Sed mors inuida filum vitæ illius parcæ abrumpere juſsit.*

Fælicem gentem, gentem omni laude ferendam,
Quæ Patriæ vouit pignora cuncta ſuæ.

IV. *Chri-*

Digitized by Google

IV. *Chriſtophorus S. R. M. Adminiſtrator Salinarum Wielicen. Tribunus Præmislien. Burgrab. Cracou. Cuius florentem ætatem admirata juuentus, ſed mortem laudibus ſuis, ad falcem incitauit. Conſolatur Seneca.* Breuitate vitę nil hominibus natura prꝶſtitit melius.

V. *Fælicianus S. R. M. Burgrab. Cracou. Notarius Terreſtr. Præmislienſis. Poſthac Succamerarius, ac demum Caſtell. Præmislien. Hic patrij juris peritia, eximia in Deum, Patriam, Regem, pietate & fide plurimos antecellit. Quid igitur ſperabit? Doceat Seneca.* Nulli non virtus & viuo & mortuo retulit gratiam, ſi illam bona ſecutus eſt fide. *Reliquit ex Catharina de Sienno Succamerarij Sanocen. filia Albertum Præpoſitum S. Michaël in Arce Cracou. & Stanislaum Cuſtodem Sendomirienſem, & alios virtutem cum pietate ſtudio venantes.*

VI. *Raphael, Aulicus Regius Stabuli Regij Vicepræfectus, Vexillifex Pramislien. Recogitate velim quod qui virtute vixit, memoria viuit, gloria viuet. Viuite fælices Senatui, Patriæ, Paci publicæ, bonis omnibus, ſani & incolumes diutiſsimè. Celebrauit matrimonium cum Conſtantia de Ritwiany Zborowſka Alexandri proſapia & bello excellentis filia, quibus benedicat Dominus.*

Filiæ erant & Sorores horum Eliſabeth Zubieniecka Tribuni Zidacouien. conjunx. Anna Chriſtophori Taranowſki ſuorum prædeceſſorum ad Othomanicam domum legationibus à Sereniſsimis Regibus Auguſto & Stephano clariſsimo. Agnes primo Matrimonio, Petri Koricinſki militia præcelſi, ſecundo Martini Truszkolaſki Enſiferi Leopol. conſors. Fuit & dote fælix, & forma nobilis, & genere clara virtuteq; celebris.

Lochoccii *in Dobrzinen. terra. Eraſmus Iudex terræ Dobrzinen. poſtmodum Caſtell. Stonſki. Rothm. clarus in Caſtris. Ex Czerſka reliquit Alexium filium & filias.*

Petrus Dapifer Dobrzinen. Albertus tertius frater, cum Zelſka non ſuſcepit prolem.

Albertus patruelis frater cognomento Szala Pocillator Dobrzinen. terræ, tantæ agilitatis & fortitudinis erat vir, vt in lorica, cum ocreis, equum tranſiliret, cum lancea, currum equis tractum. Stanislaus germanus ſuus. Militaris vitæ cultor, cum Lękowſka reliquit prolem. Sed mente reuoluant ſortes Quod

In validas vires noſtri ſublimis Achillis
Lethali è pharetra mors ſua tela vibrat.

Humieccij *de Rychtij Albertus Caſtell. Camen. Multas Europæ Prouincias peragrauit. Religione morum, integritate virtutum, omnibus charus. Ea quæ Tomſſa & Radulus Palat. Valachiæ Regno iniquè ſubtraxerat,*

Digitized by Google

traxerat, in limitum controuerſiis, ſua dexteritate reſtituit, in cælibatu annos viginti manſit. Erexit Camenecia in Podolia ſacellum, & dotauit Ordini Prædicatorum. Reliquit poſteritatem, Ioannem qui Louanij dum operam daret virtutibus & ſtudiis. Orationem quod viro nobili in luce viuendum ſit, typis mandauit, ſed optimè ſpei adoleſcentem & ex inſidiis oppreſſit mors. Reliquit alterum filium Alexandrum, cuius laudes, virtutem, expectationem, merita, Epitaphium Camenecia repræſentat.

ALEXANDER de RYCHTI HVMIECKI,
Caſtellanides Camenecenſis.
A
Chriſtina de Potok
Pia vxore, maritus.
A Thoma Michaële Alberto Ioanna Catharina
Liberis, parens.
Ab exteris nationibus
Non quas ille, ſed quæ illum viderunt
Septennis Peregrinus
A Sereniſſ: Vladiſl. IV. cubiculo
Ætate iuuenis, moribus vir, Cubicularius.
A MOSCHOVIA
Eiuſdem Sereniſsimi miles.
A Doctrina
Maturus Patriæ Socrates.
A Podolia
Spes ſuæ gloriæ.
A paupertate Religioſa
Liberale penu
Ab hoc Sacello
Suus Autor
Hic depoſitus Anno Chriſti
1635. Ætate 50. Die Maj 19.
In tua vita dimidij horum ſi conſcius es:
Cur adhuc viuis?

Lipiccij *in Zakrocinenſi Terra. Curarunt ea quæ nobilem ſpectant, & conueniunt. Nam error immedicabilis eſt cum tranſit in habitum & conſuetudinem. Maximus verò error nobilis viri generoſam parentum non exequi conſuetudinem.*

Wieliccij *in Dobrzinenſi Terra. Albertus Iudex Terræ Sendomirienſis; reliquit filiam Theſaurarij Curiæ Młodźieiowſki, coniugem & alteram*

ram filiam. Habuit fratres quatuor, & omnes doctiſſimos viros. Mathiam Decanum Vladislau. Ioannem Decanum Sendomirien. Stanislaum Decanum Opatouien. Cuſtodem Tarnouien. Laurentium hæredem bonorum. Hic reliquit prolem Notarium Sendomir. & Majorem domus, ac gubernatorem bonorum Tarnow, Duci in Oſtrog, Palatin: Chijouien. Sed qui ſuperſtites manetis, actus, oculos, animum citò virtuti porrigite. Nam

Scire nefas homini eſt veniat quam finis in horam,
Fato vexatur, falceq; decutitur.

Familia Szetinſciorum *in Palatinatu Sendomirienſi, & Cracouienſi.*

Suchodolſcij *in Dobrzinenſi terra, deſcendunt ex Karnkouijs. Albertus Rothm. Sereniſs. Stephano regnante ad Polociam & Gedanum digniſſimus & prudentiſſimus. Matrimonio contracto cum Catharina Kamienſka, ſuſcepit tre. filios & duas filias, Ioannem S. R. M. Secretarium in exteris nationibus eruditum, Præpoſitum in Wiſnicz & Niepolomice, Ordini Prædicat. affectum. Chriſtophorum, qui cum Zolkieuio ſupremo exercituum Præfecto in Caſtris Cecorianis fortiter & ſtrenuè agendo, vt optimus Ciuis pro patria occubuit. Albertum hæredem bonorum, virum tranquillum & virtutis cultorem, qui reliquit filios & filias.*

Zaliwſcij *in Maſouia, clari titulis, magni honore, & Ducatu Maſouiæ virente, plurimis dignitatibus erant honorati: Derslai Sendomir: Epitaphium meminit. Derslao Zalinſki Burgrabio Cracou. Sigiſmundi Regis Poloniæ Præfecto 1524. Michaël erat Iudex terræ Lincn. Alter Capitaneus Varſauienſis. Ioannes Notarius Caſtren. Leopol. Reliquit ex Gulinſka filios quinq; optimæ ſpei adoleſcentes.*

Orłowſcij, *Nicolao Comes in Tarnow Caſtell. Cracou. Epitaphium Sendomiriæ poſuit: Viro militari, ſtrenuo, & de Republ. benè merito 1549. Arma Iunoſſa.*

Radzieiewſcij *in Maſouia. Erant Reipubl. proficui, & Dominis fideliſſimi, quapropter & à Ducibus Maſouiæ, & à Regibus Poloniæ multis honoribus aucti. Andream Caſtell. Sochacouien. Acta Regni memorant.*

Szarzenſcij *in Płocenſi Palatinatu. Quidam ex illis in Ruſſiam venit, & in coniugem filiam Zimnowodzcij habuit. Poſteritas illius dicta eſt Sęp. Ioachimus Sęp Pocillator Leopol. Vir timens dominum & virtutum officina. Reliquit filios Nicolaum Poëtam excellentem, & Iacobum ad res militares & Regni officia aptiſſimum.*

Gulczewſcij *in Viſogrodenſi diſtrictu. Iacobus Viceiudex Viſogrod. Eius*

filius Theſaurarius ibidem. Hic ex Brzeſka reliquit filium. Alij Iacobi filij, Martem pro deliciis elegerunt. Quam decore Petrus Bleſen. Epiſt 49. *Periclem laudat dicentem: Non pictura, non aurum, & lapides, ſed ſcutum diuulſum, fracta galea, hebes gladius, facies vulnerata, cedit militibus ad ornatum.*

Woyſławſcij *in Plocenſi Palatinatu, vt antiquitate familiæ clari, ita & honoribus. Ioannes erat Canonicus Plocenſis, Warſauienſis, Viſnen. Lomzenſis Plebanus, Notarius Terreſtris*, vt Lomze Epitaph. dicit Anno 1540.

Poniatowſcij *in Zakrocinenſi terra. Viri in negotio Reipub. præſtantiſſimi, in militia ſtrenui. Quapropter aliqui ex his in Ruſſia & Pocutia, non modica bona acquiſierunt, & claris familiis coniugio ſacro affines facti ſunt.*

Si fortunæ bonum eſt initium, & finis bonus.

Piianowſcij *in Zakrocinenſi diſtrictu. Qui ſtudet optatam curſu contingere metam, nunquam ſegnis erit. Nam mala mille affligunt hominem, cui ſegne &, inutile corpus.*

Zawłoccij *ibidem. Voluptatibus & virtuti cum nemo ſimul ſeruire poteſt, iſti faſtidiunt primum, anhelant in ſecundum.*

Koualeuſcij *ibidem. Si quod feceris honeſtum, fit cum labore, ſed labor abit, honeſtum manet. Vnde Koualeuſcij laborarunt in externis regionibus & Regnis, exercendo generoſos actus in militari, quatenus in Patria conſilio & fortitudine eminere poſſint.*

Piaskowſcij *in Lecicienſi Palatinatu. Erat Paulus probatiſſimus & honoratus miles ſub ſignis Ioan. Zamoyſcij, cuius labori par erat fortuna.*

Oſtrzanowſcij *in Lecicienſi Palatinatu. Fortes erant contra mortem. Qui enim minus delitiarum nouit in vita, minus timet mortem.*

Przedzowſcij *in Caliſſienſi Palatinatu.* Dicebat Plautus: *Facile ingenia adoleſcentum ab honeſta diſciplina, ad luxum dilabuntur. Quapropter iſti intendebant animum ſtudiis & rebus honeſtis.*

Saniawſcij *ad Lucouiam. Norunt oblatam fortunam vtramq; ſuſcipere, vnde tranquillo ſunt animo.*

Segrowſcij *in Piotrkouienſi terra.* Dicebat Saluſtius: *Probitatem, induſtriam, cæteraſq; bonas artes, neq; dare, neq; eripere cuiquam, fortuna poteſt. Quocirca Albertus, optimus & ſtrenuus miles, licet in Moſchouia annis ſex detentus fuit, non ceſſauit militare libertati datus, & decertando cum Scythis ter in captiuitatem licet venerit, Deo & fortuna fauente ſaluus redibat, & fortius pugnabat. Perinde vt quiſq; fortuna vtitur, ita præcellit.*

Klinſcij *in Pruſſia. Alij in Podolia. Decet vos in armis & bello formidabiles, in iudiciis autem humanos eſſe.*

Roſciſzewſcij

Digitized by Google

Roſciſzewſcij *in Dobrzinenſi terra, & Plocenſi Palatinatu, clari familia & virtute, & honorũ amplitudine. Deducunt familiæ claritatem, & indè quod Terentius aliàs Ziemacus ſororem Alexandri Ducis Maſouiæ Barbaram coniugem habuerit, ex qua ſuſceperat Paulum ante ducentos quinquaginta annos. Stanislaus erat Palatinus Plocenſis, & Adamus frater, Caſtellanus Dobrzineń. Horum familia cum diuiſione bonorum etiam cognomina ſortita eſt. A Chrapuno, Chrapunſcij, ſicut Sigiſmundi filius Albertus inter regiſtratos Canon. Crac. expreſſit. A Borkow, Borkowſcij. A Kiſielowo, Kiſielowſcij. ex quibus Adamus erat Caſtellanus Racieſcius. A Borowo, Borowſcij. A Zamoſce, Zamoſcij, A Stopinie Stopinſcij. Ab Odnogo, Odnowſcij. Roſciſzewſcij verò antiquitus cognomẽ retinent. Sigiſm. ex Canon. Crac: nominatus Præmislień. Epiſc: Sed mors inuida falce vitæ periodum admouit. In Roſciſſow hæredes quatuor remanſerunt, Albertus qui filiam Moſcinſcio nupſit, Rożeslaus reliquit filios nouem, ex quibus Thomas in ordine Prædicatorũ gradu honoratus. Albertus Bernardinus factus. Ioannes cum filia Zauacki Iudice Ciechanou. connubia celebrauit. Rozeslaus cum Kriſka Cancell. Regni Affine. Vnde non immeritò quidam Theologiæ Profeſſor celeberrimam vt demonſtraret familiam, & virtute florentem, ita extollebat ſub dignitate Roſciſſeuiorum arma Iunoſſa.*

Luna & ſideribus, reſplendent ſtemmata multa
Vrſus quædam ornat, magnanimuſque Leo.
Vel volucres, vel flores, vel pictoris ab arte
Cætera dependent. Principis imperio.
His præſtantior eſt Agnus. Nam ſtemmata multa
Orbis rectori, non benè conueniunt,
Agnum at Ioannes, tribuit pro ſtemmate Chriſto,
Ergò ſtemma Agni, iam ſuper aſtra micat.

Boianowſcij *in Maiori Polonia. Stanislaum Crac: Epitaph. Anno* 1565. *refert. Stanislaus Boianowſki patriis bonis contentus eſſe nolens aulam & eius promiſſa ſecutus. Reliquit filiũ qui multorum nationũ regiones vidit, in Curia Ducum Slucenſium Marſch. ſuis temporibus. Reperiuntur in Podolia præſtantiſſimi viri, militiam ab iuuentute amantes.*

Stępkowſcij *in Maſouia multis meritis clari. Stanislaus Canonicus Vladislauienſis* 1561. *Contra Coſacos Rothmagiſter peditum erat, qui ſub ſignis Koniecpolſcij Magni Exercituum Regni Præfecti, multa indicia ſtrenuæ militiæ in Pruſſia, & contra Tartaros, demonſtrauit.*

Podoſcij *in Maſouia. Derslaus Vexillifer Zakrocinenſis Anno* 1400. *Alter Derslaus Caſtellanus Zakrocinenſis Anno* 1436. *Eius filius Capitaneus Warſauienſis, Liuenſis, Lomzenſis, Kaminenſis. Erat vir liberalis, villas inter ſeruos reſignans. Reliquit filios Marcum & Lu-*

cam Canonicos, Matthæum Pocillatorem Sigiſmundi primi Regis Poloniæ. Hic ex Kośćielecka reliquit filios Chriſtophorum Canonicum Cracouienſem, Nicolaum, & Stanislaum. Quartus filius Capitaneus Varſauienſis erat Ioannes Iudex Ciechanouienſis qui ex Brzoſſkowſka reliquit ſex filios. Lucam Præpoſitum Gneſnenſem, Canonicum Cracouienſem, Legatum multoties à Sereniſſimis Regibus, ad Ferdinandum Imperatorem, bis ab Auguſto Rege ad Maximilianum. Per ſex annos continuos Lincium ad Sepulturam Reginæ. Ad Rudolphum à Stephano Rege bis. Marcum Canonicum Gneſnenſem, Płocenſem. Ioannem, qui in Lithuaniæ Ducatu magnas poſſeſſiones tenuit, qui cum Bartnicka, quæ ante Nicolao Narzimſcio Caſtell. Sierpſceń: nupta fuit, reliquit Matthæum, Stanislaum, Bartholomæum, & filias coniuges Drozinſciam, Zochowſciam, Młodzianouiam. Idem Iudex Ciechanouienſis, altero matrimonio ex Gorzinſka, reliquit filios Martinum, Nicolaum, Florianum, Chriſtophorum, qui omnes matrimonii Sacramentum coluerunt. Sorores horum erant, Przeczkowſka, Nieborſka, Słoſtowſka, Suchczycka. Viuentem fama, virtute, fortitudine, habent caſtra Podoſcium ſub ſignis Koniecpolſcij. Nec mirandum quod in tantum fulgorem nobilem familiam Podoſcij deduxerunt, nam illuſtres & magnos quæ faciunt diligenter obſeruarunt. Hæc autem ſunt dicente Valerio Flacco. Domi induſtria, foris iuſtum imperium, animus in conſulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius.

Bielenſci *de Sokołowo. Iacobus Epiſ: Lacedemonień: Suffrag: Płoceń. vir cùm aliis virtutibus, tùm maximè humanitate, liberalitate in Eccleſias: in ſuos deniq; & pauperes morum ſuauitate & animi candore præditus.*

Maliccij *in Belzenſi terra & in aliis diſtrictibus. Magnæ audaciæ contra hoſtes. Optimè Saluſtius:* Quanta cuiuſque animo audacia natura aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet. *Albertum Malicki alterum Sceuolam ob fidelitatem in Reges, ac libertatis tuitionem,* Paprocius in Nido virtutum meminit.

Oparſcij *in Præmisl. quorum virtus creſcit in aduerſis, quæ magnum faciunt hominem.*

Druzbiccij *in Varſauienſi & Maſouia, erant clariſſimi Rothmag. Zołkieuio Præfecto exercitum agente, ſub ſignis Kalinowſki Gen: Podol. Capit. Cameneceń: Scythicam captiuitatem duo Rothmag. paſſi, tandem ad Skinderbaſſam nuntius à caſtris in Cecora à perfido Turca peremptus eſt.*

Iunoſzij *ab armis propriis nuncupati in Maſouia: Virtus æterna per vos præclaraq; habetur, & hæc ſola perpetuo manet.*

Ługowſcj. *Simon Præpoſitus Miechouienſis Auguſto Regi familiaris & carus, nominatus Epiſcopus Præmislienſis, obijt. Stanislaus filius ex fratre bonorum ſucceſſor, poſteros reliquit. Dum licet, Viue.*

Dubkow-

Dublowſcij *in Płocenſi. Intra fortunam debet quiſq; manere ſuam. Domi prouidi, in libertate nobili, circumſpecti.*

Chądzenſcij *in Płocenſi. Fractum militia & cura domeſtica habuit nobilem Chadzenſcium affectum Sacro Ordini Prædicatorum Buſcum ad Leopol.* Meminiſſe iuuenem oportet quod aliquando ſenex erit.

Oſinſcij *in Goſtinenſi Palatinatu. Exequuntur id vt appareat, quod non ſolum ſibiipſis nati ſunt.*

Załuſcij *in Rauenſi Palatinatu. Ante vocitati fuerant Tabaſſowie. Ob litterarum & Iurium peritiam officia Terreſtria functi ſunt. Ioannes Tabaſſ Succamerarius Rauenſis. Eius fratres Spitko, Stanislaus, Matthias qui filias Goryczynſcij Capit. Przedziecen: in coniuges habebãt.*

Kroſnowſcij *in Rauenſi Palatinatu. Hi veram fortitudinem colunt, pugnando pro æquitate.*

Vbniewſcij *in Nurſceń. diſtrictu. Vacat eorum actio temeritate & negligentia.*

Krzikowſcij *in Lecicień. Palat. Sciborius Crac: Wrocłauień. Can. Scholaſticus Lecicień. Albertus frater eius Secretarius Sigiſmundi Regis.*

Kamieniewſcij *in Poſnanienſi Palatinatu. Fortiter & excellenter geſta pleno ore laudamus. Agite, vigilate, pro Deo, patria, & honeſto.*

Sluſzkowſcij *in Caliſſienſi. Regi Auguſto ad obſequia promptiſſimi.*

Koſmaczewſcij *in Płocenſi Terra. Omni vitio, corporis, & fortunæ, animi vitium grauius exiſtima.*

Kurdwanowſcij *in Sochacouienſi diſtrictu. Recta ſequi & loqui frugaliter conuenit optimo viro.*

Cieſlinſcij *in Cracouienſi Palatinatu, & in Præmislienſi Terra. Ioannem & Nicolaum Grodecenſes Aduocatos* ibidem Epitaphia dicunt.

Zukowſcij *in Podlaſia. Marcus Cantor Włocłauienſis. Stanislaus Ziemak reliquerat Rozeslaum ex Skulimowſka magnum virum in Marte 1568. ad Segetum in conſpectu Fegedi Ianuſij Vngarorum Præfecti, Vexillum Turcis eripuit in congreſſu hoſtili, & ſanus euaſit. Iterum ad Sobnocum habitu Turcarum ficto, cum triginta Vngaris obuiam Turcis iuit, & facto congreſſu plurimos occidit, ac venienti exercitui ſuo, ſpem victoriæ peperit. Demum Capit. in Rythwiany.*

Kuſzkowſcij. *De Sebaſtiano Canonico Vłocłauienſi ibidem Epitaphium refert 1579.* Danda eſt diligenter opera, vt hominum aures optimo de nobis ſermone compleantur.

Wolſcij *in Lublinenſi Palatinatu. His antiquior eſt & præſtantior poſſeſſionibus gloria.*

Horyſzewſcij *in Belzenſi Terra. Optimi milites. Et dare conſilium, vbi opus eſt nauare operam nouerunt. Optimi Ciues, & Aliena non appetunt, propria prouident.*

Piotrowſcij *in Drohicienſi Terra. Aduerſus hoſtes patriæ nullam amittunt occaſionem. Aduerſus amicum, probitatem, & hoſpitalitatem obſeruant.*

Troianij *ibidem. Pacem & bellum colunt, nam pax bello paratur, nec eam tueri licet, niſi ciues ſint ad bellum inſtructi.*

Gzowſcij *in Zakrocimenſi Terra. Præponderant bonum commune priuato. Nam affectus priuati frequenter & Ciuitates, & Regna bellis committunt, ac peſſundant.*

Lelowſcij *in Maſouia. Boni & libertatis amantes, ſed hæc tueri non licet, niſi mortis timorem abieceris.*

Przerownicцij *in Siradienſi Palatinatu. In pace curant honeſtum patriæ, in bello aut vincere, aut fortiter occumbere.*

Szetynſcij *vnus eorum Bernardinus Ignatius. Alter Ioannes Hiacynthus Franciſcanus.*

Goſtkouij *à Liuo. Pro tempore proq́; re nata vt commode variatur ſermonis habitus, ita & regio. Nam viro forti quæuis terra patria eſt. Vnde hi in Comitiis & Caſtris Regni frequentes erant.*

Wciſliccij *Literis & Pietati dediti. Martinus cum Kamienieccijs multas regiones vidit.*

Giganſcij. *Sola ſcriptura ſacra non mutatur, ſed vir probus & ſapiens cogitur ſæpè mutare conſilium pro varietate occaſionis. Vnde hi de domo ad caſtra, de pace ad bellum, occaſionem captabant.*

Polikowſcij *in Podlaſia. Prudentes in affectu. Nam ex leuiſſimis offenſis ſi negligantur, naſcuntur atroces tragediæ.*

Skoroſzowſcij *in Palatinatu Maſouiæ, Terræ Zakrocimen: de Minori Skoroſzow, quorum vnus temporibus Sigiſmundi I. familiaris multis Primatibus Regni, maximè verò Kmitæ in Wiśnic, Miſcouio Epiſcopo Cracouienſi, eiuſq́; Nepoti Palatino Rauenſi adhærens, reliquit filium Martinum in Palatinatu Cracouienſi, qui Iudex Iudæorum factus, in officio ſuo ſat probatus, vt Iudaicæ præeſſe, ſic Chriſtianæ prodeſſe ſtuduit rei.*

Omiecinſcij *ex Stężyceń. diſtrictu. Hi Ducibus in Oſtrogſc & ſua conſecrarunt. Alij Potocciis in Pocutia. Iacobi Omiecinſcij & Martini merita militaria, epitaphia referunt, Conſtantinouiæ in Podolia. Alios referunt Ieſupoli apud Ordinem S. Dominici.*

Superſunt in militia & re domeſtica Omiecinſcij, Sebaſtianus qui ex Brzozdowſka ſuſcepit filios & filias. Ioannes ſub ſignis Campiductoris Regni Potocki militarem obſeruat. Chriſtophorus & alij Filiæ Martini, vna coniunx Skouieſcij, altera Zeromſcij.

KALVSZO-

KAŁVSZOWSKICH.



DELINEATIO.

Kaluſzowſkich frameæ duæ ſine vaginis.

FRameæ ſunt duæ ſine vaginis, acuminibus diſtrictis vertuntur, inuicem faſcia ſtringuntur in medio acuminum, coloris ferrei in campo vt apparet rubeo. Super galeam in pennis Strutij in tranſuerſum framea. Alij eam in ſcuto depingunt.

ORIGO.

ACquiſita fuiſſe ob heroicam virtutem in feruenti bello, arma ipſa reſtantur. Conceſſa verò à Ducibus Ruſsiæ, qui frameis potiſsimum victoriam nutriebant & referrebant.

FLAGELLVM IMPIORVM.

Attila Princeps Hunnorũ, flagellum Dei & Christianorum vocitatur.

Deus tarditatem ſupplicij grauitate pœnæ recompenſat.

HVnnorum corona & princeps Attila, tot & tantorum Regum & regnorum proſtrator, dum fauentem fortunam & fælicem ruminando ſecum admiraretur ex vna, & bellatorum fortitudinem æuo clariorem parte ex altera, diuinum quid ſuſpicatus flagellum Dei & Chriſtianorũ ſe eſſe vocitauit. Annuo admirationi. Nam tarditatem ſupplicij, Deus grauitate pœnæ recompenſat. Frameas

meas veſtras flagellum impiorum vocaui. Lego namque frameam in Regno, Romanus Italiciæ quondam ex Roxolanis Princeps, cum arma mouerat iniqua contra Regem ad Zauichuoſtum, nedum famam cum exercitu amiſit, ſed fugientem inter pedeſtres framea inuaſit, ſuſtulit, comminuit. Erat hæc framea, impij framea, impiè inuaſit, impiè perijt. Frameæ veſtræ impiorum ſunt quoq; flagella, ligatæ enim ſunt, quia in bonos ciues, patriæ amatores, Sanctæ fidei obſeruantes non mouentur, in Sacrilegos, periuros, inuaſores, blaſphemos, hoſtes, &inimicos vltrò ſoluuntur. Hinc Kaluſzowſcij non patriæ, non pacis, non ſacrorum violatores, ſed hoſtium Dei, Eccleſiæ, Regni, Patriæ legum defenſores, & frameis munitores. Flagellum enim ſunt impiorum Chriſti Dei & Regis, tutator piorum, patriæ bonorum. De tali framea ſcriptura loquitur in Pſalmis. *Erue à framea Deus animam meam.*

Framea flagellum impiorum.

Kaluſzowſcij hoſtium Dei, Eccleſiæ, Regni, patriæ, & legum defenſores, ac frameis munitores.

Quapropter in vita ſua quilibet mortalium cogitet, quod ſit humani generis Sanctiſsimum bonum, nempè Fidem & Virtutem. Silius:

Ante Iouem generata decus diuumq; hominumq;
Quâ ſine non tellus pacem non æquora norunt
Iuſtitiæ conſors tacitumq; in pectore numen.

FAMILIA KALVSZOWSCIORVM.

Kaluſzowſki Romanus, Ducibus in Oſtrog militari obſeruantia maximè adſtrictus. Patent illorum obſequia in Rempub. in Eccl: ne dum Roxolanici ritus, ſed poſtquam ad fidem Catholicam Romanam redierunt, & in Eccleſiis Conſtantinouiæ, Cudnouiæ &c. vbi illorum expeditiones contra Moſchos, Pruſſos, Scythas, Turcos enumerantur.

Adamus à pueritia miles, in expeditionibus militaribus continuus. Ducibus in Oſtrog & Zaſlaw optimè meritus. Militum ordinatorum pro Repub. ab Illuſtriſſimo Duce in Oſtrog Ianuſio Caſtell. Cracouień. &c. militum Rothmagiſter, antiquitate & experientia primus.

Sunt & aliorum filij Kaluſzowſciorum militiæ, vtilitati, Reipublicæ, conſilio, iure, & inclinatione ad virtutem nobili, optimè prouidentes & affecti.

KIERDEIA

KIERDEIA.



DELINEATIO.

EST clypeus per medium in longum linea ſectus, partem dextram cæruleam gerit, in qua lilia alba tria per ordinem, vnum ſcilicet ſub alio ponuntur. Sed quia lilia ſunt extremitatibus ad inuicem juncta per modum Armorum Gozdauæ, tria apparent ſpecie lilia, ſed numero ſunt ſex. Siniſtra verò pars ſanguine rubet. Super galeam ſunt tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

ORiginem *Dlugoſſus* ita deſcribit. Hoc inſigne & talia Arma Ludouicus Poloniæ & Vngariæ Rex obſidendo Caſtrum Belz contulit viro dicto Kierdeio ex genere Ruſſorum. Quem conſtat fortiſsimè in hoſtem animaduertiſse; quum illi pro litteris ſanguis in clypeo depictus vt bellatori, & lilia in coronam vt Triumphatori conceſſa fuiſſent. Vnde non immeritò *Claudianus lib. 6. in Eutrop.*

- - - Præſidium legum, genitorq; vocatur
Principis, & famulum dignatur curia Patrem.

Clariorem originem Armorum familia inferius ſecum deducet.

ODOR PATRIÆ.

EX lilijs pro Patria collectis, & in ſcutum Martialem ſparſis, quem & qualem odorem Patriæ ſentietis? profectò & ſummum & ſuauiſsimum: Ex duobus odorem Patria expectare ſolita, ex natis maſculis, & optimè educatis. Primum demonſtrat affectus parentum naturalis. In maſculo enim vt potè ſexus perfectioris ſobole, plus fiduciæ & ſpei reponunt parentes. Sicut protoparentis Euæ vox quam viſo nato filio protulerat commonſtrauit. Dixit namque, *Poſſedi virum à Domino.* Exultauit enim & ob ſterilitatem perpetuam à ſe reiectam, & ob poſſeſſum perfectiorem ſexum maſculum. Aliud verò Atheniẽſ. lex commendat, qui bonæ educationi filiorum cauendo inſtituerant. Primò vt Pedagogi ſcholam non aperiant priuſquam ſol effulſerit, nec illam claudant antequam occidat. Secundò, vt dum in ludo pueri ſunt, hi qui puerilem ætatem ſuperarunt, illuc non ingrediantur, quod ſi quis fecerit, morte puniatur. Et ſi Gymnaſiarcha hoc permiſerit maioribus natu, commixtum cum pueris in ſedendo, de ingeniorum corruptela erit. Quapropter Iuuenalis hac de lege videtur ſcripſiſſe, dum ait:

Pedagogorum Atheniẽſium à Senatu inſtructio.

Nil dictu fœdum, viſuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt, procul hinc procul inde puellæ.
Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia: ſi quid
Turpe, paras, nec tu pueri contempſeris annos.

Cauenda quæ ſunt ſcholaribus.

Et meritò ex his expectans eſt odorem ſanum ac periucundum quælibet Patria: cum quales fuerint liberorum mores in iuuentute, tales erunt & in Repub: ſi gubernauerint, niſi diligentèr corrigantur. Quocirca celebris extat Druidorum fama in Gallia, quod iuuentutem docerent priùs de his, quæ ad religionem pertinerent, deindè quæ ad Rempub. tractanda conducere videbantur. Contraria namque educatio, lues patriæ, ac ipſa fex prorupit. In quem ſenſum minabatur Dominus per Azariam Prophetam. *Tranſibunt multi dies in Iſraël abſq; Deo vero, & abſq; ſacerdote, & abſq; lege.* Huc equidem in familia veſtra ô Kierdeij animaduerto odorem, dum ex vobis tot in Senatu graues, in hoſtes Regni ſagaces, in arena & pace prudentes conſidero, viri & diſciplinati, diſciplinaque cæleſti dotati fuiſtis. Cum puerili ætate in vobis virilis ætas fuit, & cum virili ætate matura prudentia enituit. *Vt optimè de vobis Dlugoſſus reliquerit.* Erant viri & bellicoſi in ea domo. Quapropter poſteritati veſtræ emblema liliorum & florum ſpeculandum propono. Romani

Educatio puerorum in Gallia.

Digitized by Google

mani depingebant honorem huius mundi in templo Appollinis, modo iſto: Vir tenebat in dextra roſam, in ſiniſtra lilium, deſuper ſolſequium, infra abſynthium & ſingrapha. *Leuate.* Oſtendebat quod omnia dum florent ſunt in honore; roſa florens, delitiæ hominum, at dum areſcit vilipendium, lilia dum florent, redolent ſuauiter, ſed cùm florere deſinunt, dum folia decidunt, ſordeſcit. Leua igitur oculos ſuper caput & vide ſolſequium, quod ſole oriente oritur, aperitur, ſole occidente clauditur. Stabitis & vos, dum Sol Chriſtus in vobis lucebit: ſi verò occaſum patietur in vobis, & vos occludet infamia, ludibrium, terra. Quapropter dimittite oculos in abſynthium ac diſcite, quod delitiarum mundi, ſomnolentiæ vitæ ſit amaritudo terminus. Ita lilia veſtra manebunt, ita ſcutum veſtrum vobis amicum, hoſtibus exitiale, ſanguine illorum ſcaturiens decorabitur, deaurabiturque in vobis.

Honoris pictura. Mundi honor labilis. Roſa. Lilia. Solſequium. Abſynthium.

PRÆSIDIVM REGNI.

Lilia mollia quis diceret præſidia Regni? Audi igitur antiquorum morem, quo præſidia firma vrbium ac meniorum faciebant, quo quoque modo vrbes obſidebant. Vallis, loricis, ceruis, Cippis, & inter alia lilijs, hoc eſt ſtipitibus præacutis à ſummo ad ſimilitudinem floris liliorum adhuc compreſsis, quos tegebant viminibus ac virgultis. *Dempſter lib*: 10. *Cap.* 16. Sed & Omnipotens Deus præſidia Regnorum & Eccleſiæ, non alia poſuit quam lilia, nam columnis Salomonici ædificij ad ſacrificia extructi, lilia deſuper poſuit, vt ſcilicet ad ea reſpiciendo, in ſingulari præſidio, illa haberent. Verum ex alia ratione lilia veſtra ô Kierdeij præſidium regni aſſero.

Vos video pectus, vos brachia verticis huius
Quorum conſiliis, quorum laboribus vſa.
Publica res, domuit gentes, & regna ſubegit.

Excitat calamum prædeceſſoris veſtri animus Kierdeij, excitat Chriſko ſeù Gregorius Kierdeius, qui Noſſum Ducem Ruſſorum Suidrigelonis patruum, qui Lucum non ita pridem interceperat, profligauit atque cæpit, *vt Crom. lib*: 20. *refert.* Excitat & ipſa nobilitatis veſtræ inſignia lilia & ſanguis hoſtilis. Lilijs namque tribus Carolus ſextus Francorum Gallorum Rex, Camillus Florentinorum Dux, Guilhelmus vſi fuerant. Quotquot autem Reges, Principes, & Duces extiterunt, ſpolijs & ſanguine hoſtium Arma & inſignia Regni ac ſua adornarunt.

Noſſum capit Kirdei. Liliorum armis qui vtuntur.

Ite igitur faciles per gaudia veſtra Quirites
Et Kierdeum reſonans plauſus, vbiq; canat.
Qui potuit rigidas Ruſſorum plectere mentes.

Kierdeiorum arma.

MENS BONA ET PLACABILIS.

Mens iniqua malum vniuerſum inducit.

Regis ſcelus quantum.

Mali ciuis ſcelus quantum.

SI quando aduerſa fortuna potuit, in mentem iniquam ſummè poteſt. Vniuerſum namque malum ſemper inducit, vndè nedum propter delictum Regis ſæpè puniuntur ſubditi (quod pulchro exemplo docuit Sophocl. in Antiq. vbi Pallas petit à Neptuno vt ſubmergat Aiacis Oilei, quod Aiax ſtuprum intulerit Caſſandræ in templo ſuo, ſubditi verò non prohibuerunt nec puniuerunt ſcelus) ſed etiam propter vnum malum ciuem, ſæpè tota luit ciuitas, *vt Heſiodus in Aeſchine.*

Vnius ob culpam ſæpe vrbs dabit integra pœnas
Iuſtitiam ſpretus violat qui legibus: indè
Supplicium iratus de tota Iuppiter vrbe
Sumit, & imittit miſeris, peſtemq; famemq;
Strata iacent varia morientia corpora clade,
Aut cecidit fugiens victorem exercitus hoſtem:
Auulſiuè ſolo merguntur in æquore muri
Fluctibus aut mediis pœnas dabit obruta puppis.

Mentem bonam & placabilem vobis ô Kierdeiouij offero, quibus & tantus exercitus commiſſus à Domino fuerat, & tanti tituli Caſtellaniæ Leopolieñ. & Pallatinatus Podoliæ à Regibus conceſſa manebant. Hinc familiam veſtram florentem, & fructus virtutis ferentem plurimi ſcriptis honorarunt, plurimi fauoribus dignati ſunt. Nam & Illuſtriſsima Viſniouieciorum familia de domo veſtra Czaplicios in cognationem maritalem petijt, ac demùm Caſtel. Chiiouieñ. Georgius fundator noſter Magnificus, cum Zophia Czaplicowna Buſcij in Ruſsia fuit. Hoc igitur vnum animaduertendum vobis duco, quod mens bona & placabilis diuina virtus ſit, & qua homines quam proximè ad ſimilitudinem Dei accedunt. Docuit hoc quondam Alphonſus Arag. Hiſpan. qui cum offenſus fuiſſet à quodam cui benè meritus fuerat, hac oratione ſeipſum repreſsit. *Quare ego huic ſuccenſeo? cùm Deus mihi multò plura bona tribuerit, & ego longè ingratior ſum Deo, quàm iſte mihi.*

Offenſa quomodo temperanda.

CASTIMONIA VITÆ.

Vita caſtæ ſignum triplex.

TRiplicia ſunt ſigna vitæ caſtæ. Signum prognoſticum, quo pacto ſanctificati in vtero, vel aliquo ſigno cæleſti inſigniti caſtè vixerunt, maiora enim ſigna ſunt Dei, quàm naturæ. Demonſtratiuum ſignum, quod in ſe S. Dominicus Patriarcha noſter expreſſit, ſéper de Deo aut cum Deo colloqui. Philippus Macedonum ab oraculo quæſiuit, quomodo diuturnè viueret. *Valer. Max: lib*: 1. *Cap.* 8.

Digitized by Google

Cap. 8. & accepit reſponſum: Vita quadrigas, ad caſtimoniam vitæ ſeruandam, quadrigæ ſunt quidem vitandæ, *vt Bern. ſuper Cant.* Luxuriæ currus quadriga voluitur vitiorum, ingluuiæ ventris, in honeſtate ſodalium, mollicie veſtium, otij, ſoporisque reſolutione. Vitanda hæc quadriga, ſed magis nil demonſtrat caſtimoniam vitæ, quàm Regula hæc à Sancto Dominico & applicata ſibi, & explicata nobis. Signum verò rememoratiuum caſtæ vitæ eſt & fuit, lilium; hinc caſtum vita S. Seuerum dicimus, quia in die mortis illius lilia arida florent, *vt Maiol. fol.* 344. *Cap.* 2. Caſtimoniam vitæ in vobis ô Kierdeiouij deducere mens ſatagit, ſed vellem à vobis audire priùs, quod S. Amandus audiuit dum baptizaret Sigibertum filium Dagoberti Regis Gallorum, audiuit clara voce reſpondentem, *Amen.* Ita quoque à vobis reſponſum velim dicatis, *Amen.* Video quod ex omnibus floribus elegiſtis lilium, *ſicut Eſdræs dicitur.* Ita ex omnibus virtutibus eligatis caſtimoniam vitæ. Ferte lilia manibus plenis, quia retributio plena. Ita vobis Czaplicij, ita Hoſcij volumus, vouemus, præcamur. In quem ſenſum in domum Hoſciorum quidam ſcripſerat. *Quadriga ad ſeruandam caſtimoniam vitanda.*

Heroës belli & pacis artibus inſigniti viuite.

FAMILIA KIERDEIORVM.

Kierdei. *Filius Takieruizij Perecopſceń. Ducis. Hic primùm in Polonia ſtrenuus miles, demùm in Gallia, vbi & pro benè meritis inſignia liliorum accepit. Redijt demum in Mag. Ducat. Lituaniæ, & poſtmodum in Volchiniam & Ruſſiam.* Ita Georg. Lemka Proth. Not. Apl. in Calen. Anni 1631. *Hi dum Ludouicus Pol. & Vngar. Rex, Caſtrum Belz ab obſidione liberat, Armorum confirmationem receperunt, & in Regno nobilitatis illuſtrationem. Chriſko ſeù Gregorius*, de quo Cromer lib: 20. & Prilusſcius in Statuto Regni lib: 5. Cap. 3. *erat Caſtell. Leopol. & poſtmodum Palatinus Podoliæ, qui Noſſum Ducem Ruſſorum Suidrigelonis patruum, qui non ita pridem Luſcum ſeù Luceoriam interceperat, profligauit, atq; cæpit. Alij duos Chriſcones ſeù Gregorios diſtinguunt, vnum qui Noſſum &c. alterum Caſtell. & Palatinum. Ex his Kierdeiis deſcendens familia à poſſeſſionibus variis cognomina varia receperunt.*

Dźinſowie, *ex quibus Caſtellanus Chelmenſis fuit.*

Kozinſcij, *ex quibus Caſtell. Volchiniæ fuit.* Czaplicz, *Reipub. notiſſimi & magnatibus Regni affabiles. Ex quibus erat Caſtel. Chiiou: Et filia eorum religioſa Coniūx Georgij Ducis in Wiſniowiec Caſtell. Chiiouień.*

Wilchorſcij, *officio nobili, tàm in toga, quàm in armis Patriæ conſpicui.*

Hoſcij, *Horum aliqui ſub regimine Regis Alexandri à Tartaris occiſi,*

aliqui in expeditione ad Socalum, aliqui Magni Cancell. M. D. Lit. Aliqui Theſaurarij Luceorień. alij Iudices ibidem, poſt Rothmag. ad Filandiam fuerunt. Haurilius Caſtell. Chiiouień. Capit. Ourucen. bellator ad Gedanum cum S. Stephano Rege, & Vieloluci cum S. Sigiſ. III. & in aliis expeditionibus proprio ſumptu. Procopius filius eius in exteris nationibus Patriæ educatus, in Iudiciis Tribunal. magna virtutis ſpecimina oſtendit, demum pro Patria ad Orininum aut Oriiouum glorioſam mortem oppetijt. Venceslaus Vexillifer Volchiniæ, Romanus Procopij germanus in Gallia educatus, Rothmag. ad Smolenſcum & Stolicam & in confinibus Regni primùm Succamer. Chijouień. poſtmodum Capit. Vlodimir. Ergò virtute priùs ornatus ipſe debet eſſe, quicunq; non ſibi tantùm ac ſuis, ſed Reipub. etiam & ijs quæ ad eam ſpectant natus eſt, eiq; imperare debet. Sunt alij in Regno Lituaniæ tàm genere, quàm actibus clariſſimi Kierdei, ex quibus & Marſchalcus in Comitiis Regni fuit.

KIETLICZ.



DELINEATIO.

DVplicem delineationem horum armorum eſſe authores perhibent: Prima quidem eſt, habens in campo rubeo catenæ aureæ loricatæ tres circulos tripliciter diſpoſitos, duos quaſi ſurſum diſpoſitos, ex quibus pendet tertius catenarum circulus. Super

per

per galeam autem tres pennæ Strutionis. Secunda verò delineatio Sigiſmundi Auguſti temporibus orta, dùm Leonardus Kietlicz Aulicus Regius, poſtmodum Rothmagiſter in Filandia, ſub Lenuarth & Iaſkarat inſignis, demùm Capitaneus ibidem Kremonen̄. in Regnum venit. Ducebant Originem familiæ ex liberis Baronibus de Malneicz. Vtebatur inſignijs hoc modo: Bubalus coloris nigri in campo flauo, ex ſex campis rubeis & albis alternatim exſiliens, erectus in altum anterioribus pedibus, ſuper galeam verò corona, ad cuius extremitates ab vna rubea, ab altera parte alba roſa, in medio verò cauda caponis nigra: *vt Paproc: refert.* *Bubalus niger.*

ORIGO.

Vtraque ex Germania in regnum allata. Iſta quidem vt audiſti in deſcriptione per liberum Baronem. Illa verò (dicunt) per Henricum Kietlicz Archiepiſcopum Gneſnenſem, per Innoc. tertium confirmatum, qui ſucceſsit Anno 1200. poſt Wiſlaum de Armis Kozlarogi, qui ex genere Ducali originem ducebat. Beatæ Heduigis Poloniæ Duciſſæ, Morauiæ Principiſſæ, propinquus in gradu tertio, in Regnum allata fuiſſe. Sed fortè antiquiori tempore donanda veniunt, cùm mos eſſet non amplius alienigenis, ſed terrigenis concedere Epiſcopatus. Quapropter iam indigena pridem fuerat cui ſunt tanta paſtoratus conceſſa munia. Quare & Paproc: in Stem. priùs poſuit familiam ad pietatem pronam cum origine primorum, tum demum Cathalogum citauit & Henricum Archiep. Mihi verò arma talia ſpeculanti magis applaudet coniecturari, quod Kietliciorum Arma antiqua fuerint, illa Báronis, ſed poſtmodum dum noſter Kietlicz ex Ordine S. Franciſci ac paupertate religioſa ad gradum Archiepiſcopatus per diſpenſationem aſſumptus fuit, nodos ſibi hos aureos, zonam ordinis nobilem, & multum dilectam ſibi reuocando, in Arma aut in deuotionem, aut Pontificis Summi monitis, applicauit. *Henricus S. Heduigis propinquus.* *Corda Sancti Franciſci.*

NODVS GORGIVS.

Paradinus in Symb. Hero. ad indiſſolubilem nodum ſoluendum, Vlyſsis apponit manum fortiſsimo gladio præſcindentem dexterè nodos. Quaſi dixiſſet non præſcinduntur niſi vi, fortitudine, & prudentia. Dic quomodo Caduceum Mercurij à ſerpentibus liberabis? Vno è duobus, vel abſcindendo ſerpentes, vel tollendo caduceum de medio cum eiſdem. Ita Gorgius & indiſſolubilis nodus, niſi abſcindendo & præcidendo ſoluitur. Nodos veſtros ô Kietlicij licet aureos cum video, quia tenues & loricatos aduerto, *Gladio ſoluitur nodus.* *Nodus inſolubilis Kietliciorum.*

faciles

Digitized by Google

faciles ad ſoluendum conie&tor, ſed quoniam in arma nobilitatis efferuntur, dicite. *Quis ſoluet?* Ego dicam, Nullus. Dicebat Philippus Macedonum Alexandro filio, *refert Curtius.*

Aliud regnū quærendum & paleſtra ad nodos ſoluendos.

Aliud tibi fili quæras regnum: Macedonia te non capit.
Ita dicam, aliam tibi quære paleſtram, qui
Kietliciorum nodos ſoluere cupis, mea te non capit.

Tria firmant nodi inſolubilitatem.

Nam quomodo ſoluantur non video, firmant enim hos comprimuntque tria. Summa pietas morum, ſumma fortitudo domus, ſumma authoritas legum. Primum radicat Dei manum, alterum Patriam munit, vltimum Eccleſiam libertati conſecrat: De quo ita ſingulariter Ianicius in Henrico.

Stirpe Ducum Henricus, Franciſci ex ordine, tanta
Compulſus tenuit qui ſacra vela ratis
Libertas per eum clero datur, vxor adempta eſt
Iuſſq; noui factum ſpirituale fori

Indiſſolubiles eſtis erga Deum & Patriam, Regnum & Eccleſiam: quis ergò Achilles, quis Pluto, vel Saturnus nodos veſtros turbabit? Concludam igitur nodum veſtrum fæliciter indiſſolubilem, verbis Abigail ad Dauid 1. Reg: Capit. 25. *Erit anima domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium, apud Dominum Deum tuum, porrò anima impiorum rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ.*

PIETATIS DOMVS.

PRimum ac principale adultis virtute opus fuit, pietas ac veritas. Quapropter Alexander Magnus, *vt Barclaus in Satij:* habet, quod plurimis commorantem annis, Philoſophum expulerit à Curia, eò quod in tanto tempore, nec in aliquo ipſum monuerit, nec ſibi veritatem dixerit, addens: Quod ſi hoc non animaduertiſſet, imprudens eſſet, ſi verò animaduerterit, neque ſincerus, neque fidelis fuit. Neq; tam atrox progreſſus Regis moueat vllum. Pietate enim nil vtiliùs, ad omnia namque valet. Veritate autem fortiùs nihil, vt Aſueri Regis ſententia comprobatum manet. Domum veſtram ô Kietlicij, domum pietatis, imò exemplar afferro. Nam Henricus veſter omnem tùm occaſionem, tùm ſuſpicionem mali è medio abſtulit. Pius quidem fuerat Cato Vticenſis, nam cùm liberos natura ſibi non conceſsiſſet, vxorem Hortenſi amico libere conceſsit, & cùm mundi faſtus non placuiſſet, nudis pedibus incedebat. Sed in hoc minimè pius, quod improbæ conſuetudini locum, tempus, ac libertatem daret. Nam in ludis Floralibus, è theatro diſcedebat, ne præſentia ſui ſpectaculi conſuetudinem impediret. Ludi verò celebrabantur cum omni laſciuia, & inhoneſto, *vt Dempſter lib. 5. Cap.*

Monitio neceſſaria ad pietatem conſeruandam.

Pietas & impietas Cato Vticenſis.

Digitized by Google

Cap. 5. Pietas verò veſtra nunquam tanti commenti vitia admiſit, ſed Sacerdotibus, vt caſtiùs, ſanctiùs, reuerentiùs ſacra peragere poſſit, iuxta Conc: Triden: coniugia, & occaſionem ademit, & legi ſpirituali ſpirituales addixit. Te tam piam, & inſignem familiam, non aliud decebit, quam naturam lapidis dicti, Scyrus induere. Hic *vt refert Plinius lib.* 36. *Cap.* 17. Si diminutus fuerit in particulas, mergitur proiectus in profluentem, ſi verò integer & in parte notabili proijciatur, ſupernatat. Non ergo diſcriminatos à maiorum ſuorum pietate vos conuenit ò Kietlicij, ſi domum pietatis amplecti, & conſeruare volueritis.

Lapis Scyrus mergitur & natat.

LIGATVRA SALVTARIS.

MAximè ſalutarem ligaturam fuiſſe illius Samaritani, qui ſemiuiuo derelicto à Leuita & Phariſæo, oleo & vino infuſo alligauerat vulnera illius, quis negabit? Salutaris quoque alligatura illa fuit Faſcia Regia Iulij Cæſ. militis ſui grauiter in congreſſu hoſtili læſi, caput conſtrinxerat, *vt Alex. ab Alex. in Genial. de vitta Armis aut Faſcia refert*: Verùm nulla ſalutarior ligatura fuit, quàm virtute ac libertate nobili aliquem alligare. *Hinc Tertull.* Virtutem, ſiuè cum qua naſcimur, ſiuè qua diſciplinam acquirimus, ſiuè quam per vim aliquam & coacte alicui imprimimus, extollit. Majori applauſu ligatura ſalutaris familiæ veſtræ aſſcribenda venit. Cùm gementem grauiter clerum ſub Iudice plebejo illum æuiternè ab eo auocaſtis, ac ſpirituali ſpirituales, faſcia colligaſtis. Eratis & ligatura ſalutaris, cùm tot virgines Deo dicatas eleemoſynis perpetuis ditaſtis. Eratis dum per Czaplicios Religioſorum fundatores extitiſtis. Beatus verè populus cui hæc ſunt. Dominus enim Deus eorum erit. Expleſtis quod optimi viri, egregij, nobilis, veri Chriſtiani fuerat. Quapropter ſubſcribendum vobis venit:

Ligatura Samaritani.

Ligatura Iul. Cæſar.

Ligatura virtutis.

Virtus tripliciter acquiritur.

Qui prodeſſe ſtudet multis, & nititur vni
Confiditq́ Deo: nobilis ille ſatis
Qui ſordet vitiis, ſi ſit vel ab Hectore natus
Hunc ſua nobilitas dedecoroſa grauat.

Nobilitas bona bonis.

FAMILIA KIETLICIORVM.

KIetlic *Henricus Archiepiſcopus Gueſneń. Anno* 1200. *quem Cathal: refert ex genere Ducali, tertio gradu, B. Heduigi Duciſſæ Poloniæ & Principiſſæ Morauiæ propinquis. Nam Theodoricus Brennenſis cum Eudoxia filia Conradi Mazouiæ Principis, habuit Ottonem, Conradum, Theodoricum, & Henricum, Iudith & Heduigim. Henricus religionem S. Franciſci amplexus fuit, ſed per diſpenſationem Canonicus Magdebur-*

ed burgenſis factus, poſtmodum à Martino IV. ob ſanctitatem & inſtantiam Principum conſanguineorum Archiep. Gneſneń. denuntiatus fuit. Hic celibes fieri Sacerdotes in Regno inſtituit, & à judicijs ſecularibus ſemouit.

Skidzinſcij, *moribus & virtute præſtantiſſimi. Fertur de Lacædemoniis quoniam erant moribus incorruptioribus, & belli gloriam potiſſimum ſpectabant: contemnebant omnes artes quæ ciuium animos videbantur emaſculare, & à vera virtute ad otioſam oſtentationem traducere.*

Raiſcij, *maturi ætate & gloria. In nobilibus eruditis & ſobriis vis animi non elangueſcit, ſed viget potiùs, augeturq; vſu & exercitatione.*

Extant hæc arma tàm in Sileſia, quàm in Regno Pol. latiora, ſed diligens lector adnotabit, quos ob diſtantia loca tacui.

KINIGLIS SIVE LEPVS.



DELINEATIO.

Kinigliſ ſiuè Lepus currẽs.

SVnt inſignia Lepus currens ad dexteram ſuper ſcutum in campo florido ſeù viridi, galea vel corona qua illuſtretur non adnotarunt ſcriptores, & præ diſtantia loci informari perdifficile.

ORIGO.

ORIGO.

NOn immeritò Arma hęc antiqua ponunt authores in M. D. Lit. Antiqui namque milites eiſdem armis vtebantur animoſitatis gratia. Ordo Terjungorum, lepores duos dimidios coloris lutei in punicea palma ferebat, ſecabant autem medium columella rubea, ſuper cujus pilam luteam erat facies viri coloris lutei. *Pier. Hier. lib.* 53. *c.* 11. Et Valentinianenſes leporibus vtebantur in ſigna militaria. Anaxillas verò Rheginus cum Olympia viciſſet, Rheginorum nummis currum triumphalem, & leporem expreſsit, ſiuè quis primus in Siciliam inuexerit lepores, ſiuè quis celeriter vt lepus, & ad internecionem quoque ſui hoſtes deuicerit. Lepus igitur iſte veſter magnum quid in vobis declarat & præſagit, cùm in inſigne nobilium vobis ceſsit.

VIGILANTIA IN BONO.

NVllo vigilantiam ſignificare meliùs licet quàm ſylueſtri lepore. Nam ne dum à Græcis à vigilantia nuncupatus fuit. vocant enim leporem, *Aſpicit*. Sed quia communi adagio ad inſinuandum ſolertem vigilantiam, dicimus. Dormit leporinum ſomnum. Expoſuit hoc Xenophon, dum dixit: Leporem palpebris clauſis vigilare, ad apertis dormire. Quapropter & Ægiptij ſacerdotes per leporem Hieroglyphicè vigilantiam in primis intelligebant. Eſt & alia vigilantiæ ratio ex lepore deſumenda. Lepus ad proportionem corporis maximè aures pergrandes habet; cujus rei gratia & auritos vocamus. Hæc tamen diſpòſitio naturæ non ad demonſtrandæ improportionis rationem eſt, ſed acuti auditus inſinuandam ſagaciam, vnde nil aliud ingerit, niſi grandem vigilantiam in bono. Sed fruſtra tam præcelſum inſigne veſtrum tot fortitudinis ingenuæ indicijs declaratum, multis verborum floſculos adornare. Satis generoſè perilluſtris familia hæc à vetuſtate annorum Ducibus & nobilitati hoc explicuit, dum tot bellicis trophæis, honorum dignitatibus, morum grauitate id ex vobis alijs commendaſtis. Ergò.

Vigilantia ſylu-ſtri lepore ſignificatur. *Leporis deductio.* *Leporinus ſomnus.*

Excubias diligenter agas tibi ne irruat hoſtis
Ceù vigil exemplo te mouet iſte lepus.

HOSTIVM LVSVS.

VEritate nil verius. *Salomon Prouerb.* 30. *de lepore reliquit hanc veritatem*: Lepuſculus plebs inualida, poſuit in petra cubile ſibi. Dices igitur. quomodo hac veritate poſita, lepus hoſtium ſuorum luſus erit? Audi velim, ſtabit & cum hac veritate noſtra veritas.

Lepus hoſtiũ ſuorum luſus.

Natura in vno deficiens, in alio ſuppeditans.

Nam ſi natura deficit in vno, ſuppeditatur in alio, *vt inquit Ariſtot. Quapropter Liuius Andronicus (a quo Terent. & Flauius Vopiſcus acceperunt) de lepore reliquit.* Tutè lepus es, & pulpamentum quæris. Luſum hoſtium ergo dixi. Nam ſi quando hoſtem ſuum canem, vel injuria cæleſti afflictum, vel pruina læſum, vel aliquo caſu miſerè vacillantem victrix lepus habet, *ait Heſiodus*: quod ſi contingat canes lepores vi necare, canes diſcerpunt, ſanguine ſeſe polluunt, & mirificè gaudent: quod ſi animum lepus deſponderit, nec locum effugij viderit, omnem ſpiritum intenſiſsimo conſumit curſu, vt planè deficiat exanimeturq́;. Tales dum vident canes, non attingunt, conſiſtunt, & cauda demonſtrant, non carnium cauſa, ſed ſolius victoriæ decertaſſe. Eſt ergò luſus hoſtium lepus & turpis. Contrarium vobis obvenit ò Viri inſigniti lepore. Decertaſtis cum hoſtibus, non vt quando victi, ſed ſemper victores, non quod feriret vos hoſtis, ſed à vobis vt ſit feritus. Tuti enim licet lepores eſtis: nam in tutamen vos ſuum Princi-pes Senatus & Reſpubl: elegit. Hinc vobis in præmium titulos, libertates, gratias, conſcripſit, obtulit. Aduertite igitur quod lepores in triplici ponunt differentia & cognomine, Germanicos, Gallicos, Hiſpanicos, hoc eſt luteos, albos, & mixtos. Si igitur luſus hoſtium vultis eſſe, ſumite induſtriam Gallicam, pectora Hiſpanica, audaciam Germanicam, ita lepus veſter leo erit, & luſus hoſtium.

Leporini triplex differentia & cognomen.

FAMILIA ARMORVM KINIGLIS.

KIniglis *Ioannes Capitaneus Souiecenſis.*
Zaiącowie *videntur ſpectare ad hæc arma in Sileſia. De quibus Bielſc. fol.* 308. 449. *Alios in Ducatu Litu. reperire facile eſt.*

KISIEL

KISIEL ALIAS SWIENTOLDYCZ.



DELINEATIO.

EST tentorium caſtrenſe, & Nobilibus, Generoſis conueniens, apertum, deſuper tenet cappam coloris mixti & albo & nigro, ſuper cappam eſt crux aurea, tentorium coloris albi, in campo rubeo. Super galeam tres turres latericiæ, quarum media eſt altior, & omnes coronis ornatæ ſunt.

ORIGO.

SI veritatem ex manuſcriptis colligimus, in Ruſsiæ Ducum exemplaribus antiquis, origini Annũ 1040. aſsignare cõueniet. Wladimiri Ruſſorum magni Dinaſtæ temporibus, Suientoldius exercituum Præfectus Chijouiam abſente tunc Duce ab hoſtibus Piecinigorum ſeù Pazinacis fortiter liberauit. Agunt hoſtes, cingunt in gyrum Chijouiam, multitudo hoſtium obruit vires, fames incipit, deſperant obſeſsi, quid Suientoldicius excogitauit, & quo ſtratagemate hoſtes demiſiſſe animum, ſuos confortaſſe & animaſſe conſtituit? Iuſsit duas fieri foueas, has quieto tempore vnam farina, alteram aqua impleuit, aquam melle dato dulciorem effecit, farinam reductam aqua fermento graciliorem reddidit, & quod Deorum fuerint hæ gratiæ, cre-

Digitized by Google

dulis citò perſuaſit, demum panes coctos in copia, hoſtibus famæ debellare Ruſſos jam pridem perſuaſis, per foſſas projecit. Ita Ruſsi animati, hoſtes ſpe fruſtrati, victi receſſerunt. Liberata verò gens Suientoldicium à ſtratagemate & fermentata farina Kiſielum nuncupauit. Habent tale inuentum & Moſchorum annales, & Ruſſorum ſcripta, & Polonorum hiſtoriæ. Tentorium igitur vt Dux exercituum pro armis accepit, & turres pro liberata ſede Ducum Chijouień. ab obſidione, & crucem auream, ob fidem receptam vnà cum Volodimirio Chriſtianam.

TVTORES PATRIÆ.

NIhil ſanctiùs optimus patriæ ciuis cogitare & agere valet, quàm quomodo patria ſalua & tuta inueniatur. Docet namq; hac mora & ingenio chariorem eſſe debere patriam nobis, quàm noſmetipſos. Innuit tam ſanctum propoſitum proceribus & tutoribus cujuſuis Reip. ipſe Rex regum, & regnorum tutor, Iſaiæ 23. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.* Quaſi dicat, non aliud optimi patriæ ciues, nec alterum magis proceres legitimi Rerumpub: & Regnorum animo ſtatuere debent, quàm ſaluam, tutam, pace florentem patriam. Quapropter antiqui ad majus tutamen patriæ, nedum opes & pectora offerrebant, ſed & deos tutelares vrbibus & vicis aſsignabant, quos & præcipuo honore ciues eximiè colebant. *Ita Alex. ab Alex. lib.* 6. Dum arma hæc inſpicio tentoriorum bellicorum, offundor minimè, tutores Patriæ, hos qui illis inſigniuntur, nominare. Moueor ad dicendum ſtratagemate Suientoldicij, ac triumphalibus in eo Martis indicijs. Moueor ad ſcribendum Andreæ Kiſielij heroica morte, qui mori potiùs pro Chijouienſi arce præſes voluit, quàm potentiæ ingenti Polonæ obſes cedere. Moueor ad aſſerendum Alexandri Kiſielij fortitudine, & Gnieuoſij generoſitate, quorum primus in bello Vladiſlai contra Suidrigailum fortitèr occubuit, alter in bello Moſchouitico ad Orſam ſanguine & victrici gladio teſtamentum celeberrimæ famæ conſcripſit. Adnotabo his Paulum & Gabrielem in Pruſsia occiſos, & alios plurimos pro patria cum Conſtantino Oſtrogſcio, Chrehorio Chodkieuicio, Ioanne Zamoiſcio multa & ſana cogitantes, facientes, volentes. Moueor ad vltimum ipſiſmet eorum armis tentorio, turribus, cruce. Scio quondam illum totius Chriſtianitatis flagellum Tamerlanem tentorijs primario expugnaſſe vrbes & regna. Vbi namq; exercitum ſuum direxit, & ad muros, vallos, fortitudinemq; Chriſtianam ipſe præſens acceſsit, die prima tentorium coloris albi extendebat, gratiæ

nimirum

Digitized by Google

nimirum declarandæ cauſa, ſi in Dominum ſuum illum receperint, & ſeſe ſubditos declarauerint; ſequenti die extendebat tentorium ſanguinei coloris, iræ nimirum & minacis furiæ indicium, die verò tertio tentorium nigrum, ruinæ ſcilicet & euerſionis certum ſignum. Sic obſidebat, expugnabat, vincebat eos quos ſibi propoſuerat hoſtes. *Iouius lib.* 4. Habet hoc totum tentorium veſtrum. In cruce rubet ſanguis: in tentorio albeſcit gratia: in cappa tentorij territat ruinam nigredo. Sed non tyranno ex corde hæc proueniunt, at ex magno honore Patriæ & amore. Veris Patriæ hoſtibus eſtis hoſtes. Regibus & Reipubl: injuriè offenſis eſtis offenſi, nam tutores veſtræ Patriæ fuiſtis & eſtis.

CONSILIORVM CONSERVATORES.


OLim Conſilia ſana & proficua ſuper portas Ciuitatum, in turribus altis faciebant. Vnde & Ieremias lamentabatur: *Senes defecerunt in portis.* Antiqua verò conſuetudo Polonorum fuit, vt conſilia grauia Regni aut Principatus in campis, & ſub tentorio dicerent, ſtatuerent. In armis veſtris video turres & tentorium, quocirca conſeruatores conſiliorum vos nominabo. Optimo conſilio clarus manet veſter Suientoldicius. Non minori præcelluit Alexander Kiſiel, dum filijs ſuis villas Niskinice & Dorohinice regia benignitate conceſſas, promeruit. Quid referam de Adamo Kiſiel Succamerario Czernihouien. Capit. Noſſouien. Aulico Regio? Qualis hic indicendo conſilio? Qualis in veritate indaganda? Qualis in juſtitia inquirenda? Siuè in toga, ſiuè in ſago virum dicentem audieris, ſtupeſcit auditus, acuitur ingenium. Et quod maximè commendat Virum eſt, quod & multis Senatoribus charus, & militibus Coſacis verendus, & quod nulla Comitia Prouinciarum & Regni ſcientèr vel negligentèr dimittit, nec ſcit parcere ſumptui, vbi hoſtem ingraueſcere Patriæ ſenſerit, viderit. Rectus vbique conſultor, & pacis, & belli tempore. *Refert Alexander ab Alex. Genial. lib. 6. Cap.* 4. Quod Tirij Herculis ſimulachrum ne vrbem deſereret aurea catena deuinxerant. Dignum profectò vt Kiſielos quos Sereniſsimi Reges bonis & titulis dotarunt, honorarunt, eadem regali beneuolentia proſequantur. Expoſcit eorum ſubmiſsio, debita Regum obſeruantia, ſumptus & labor pro Patria.

FAMILIA KISIELORVM.

SVientoldycz, *Volodimirij Monomachi tempore, Dux exercituum Ducatus Chijouienſis, qui (dum in Magno Nouogrod reſidet Volodimirius) Piecinigos obſidentes Chijouiam repreſſit.*

Kiſiel,

KIZINEK.



DELINEATIO.

INtra ſcutum à leua parte in dexteram, jacens tuba nigra, vel cornu, ad morem lineæ diametralis, ad cujus medium, ſunt tria lilia erecta, ad lineam rectam, aurei coloris, cum margaritis. In campo rubeo. Super galeam verò itidem tubæ ſeù cornua ad ſe magis groſſioribus partibus juncta, cum ijſdem lilijs ad extra diſpoſitis.

ORIGO.

EX Sileſiæ partibus in Regnum Poloniæ, allata fuêre. *Paproc. & alij habent.* Etenim vnus Kizinekorum indigena Regno aſſcriptus, nobile officium & opus exercendo, ſuæ poſteritati arma detulit.

TROPHÆVM VICTORIS.

MAgnus ille Brenno Gallorum Rex, dum pactum cum Romanis haberet de reddenda Senonum Vrbe, & obſidione ſoluenda, conditione iſta, vt Romani mille pondo auri penderent. In illa auri penſione Brenno Rex de altera lance, gladium, cingulumq; ferreum appoſuit. Interrogante autem Sulpitio Romano. Quid hoc

Romani victori pendent.

Opprobrium victis.

Digitized by Google

eſſet? Quid aliud, inquit, niſi opprobrium victis. *Ita Bruſon. lib. 7. c. 8.*

Bramo gladium in lance ponit.

Dum veſtra mente reuoluo inſignia ò Kizinekij, meritò dicere animus cupit. Eſſe trophæum victorum, & opprobrium victis; Hoc mihi Annales Sileſiæ, hoc trophæa Caroli V. Imperatoris repræſentarunt. Cùm & Principes veſtros ſingulari affectu in pace & bello proſecuti fuiſtis, & Caroli V. Imperatoris ac totius orbis luminis Chriſtiani, ſub auſpicijs Martis inuicti, victricia ſigna, cum applauſu ſamiliæ veſtræ, deportaſtis.

Templũ mortalium.

Porta Nobilium.

Apud Maſagetas fuiſſe locum deuotionis, *dicente authore Piaca noua, diſcurſu* 42. vocatum Templum mortalium, ad quod ordinati ingreſſus fuerunt ab omni plaga mundi, puta, ab oriente, meridie, occidente, ſeptemtrione. Hac nobili porta Orientis, ipſi nobiles veri ingrediebantur. Quapropter ſuper limina ſol fuerat depictus, quem gladius penetrabat. Cui Syngraphe additum, Virtute & fortitudine, ſcilicet nobilitatem poſsidentibus, & ornantibus ingreſſus patet. Maxima hæc fuit & legitima admonitio. Sed jam noſtro in Hemyſpherio Polono & Sileſiano ſuperuacaneum erit, tot Syngraphis deturbare lectorem, & ænigmatibus commouere, cùm vna hæc muta tuba lilijs aureis vt margaritis adornata, ipſam virtutem & fortitudinẽ ſole clariùs in Nobilitate Kizinekorum expreſſerit. Igitur clariſsimi nobiles, ſi alij ad voluptatem declinant, vos ad virtutis ardua ſcandite.

BELLONA CHRISTIANA.

Bellona Romana.

Modi indicẽdi bellum.

BEllonam Romanam fuiſſe, antiqui referunt Romanorum ſcriptores, in cujus quidem columellam haſtæ hoſtium deijciebantur, & contra hoſtes aſſumebantur. Equidem bellum Romani varijs modis indicebant, nempè facibus, quas intra limites hoſtium inijciebant: Veruecibus quos intra illorum paſcua abigebant, & voce prçconum in caſtris ab vtrinque poſitis, vt ex Liuio cæteriſque rerum Romanarum ſcriptoribus apparet.

Haſta injicitur columnæ.

At primum & principale fuit, ante Bellonæ templum, columnæ Bellonæ inijcere haſtam. Poſtmodum verò inualuit mos Bellonæ, non in columna, at in tubis.

Murus ad turbarum vocem cadit.

De quibus in celebri victoria Iudæorum ad Hiericho, vbi præcinentibus tubis murus ceſsit voci, ac obſeſſos præbuit obſidentibus. Bellonam Chriſtianam inde deduco in tubis: In tubis inquam lilijs adornatis auro & margaritis.

Virgo cum tuba.

Dux Premiſlai capitur à virgine.

Tandem enim bona cauſa triumphat. Lego tubam ad dexteram virginis appenſam, ad Virginum Caſtrum Libuſſæ nomine pugnantem, quæ Præmiſlai Regis Bohemiæ Ducem (proximè ad tubam lagenam mulſi dum haberet) deceperat, *vt Bielſcius & Author corporis Hiſtoriæ Polonæ referunt.*

Tuba Chriſtiana.

Sed hæc tuba non eſt tuba Chriſtiana. Tuba Chriſtiana eſt, non fraude ac ſtratagematibus,

Digitized by Google

bus, ſed Chriſti virtute ac nomine muniri, dicente Pſal: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei magnificabimur.* Habet Fulgoſius Domicianum ſucceſſorem Veſpaſiani admonuiſſe ante terminum vitæ cornicem, dum lingua Græca diceret: *Erunt omnia benè.* Pollicebatur quod mortuo Domiciano, & ſuccedentibus Nerua & Trajano Imperatoribus futura omnia bona. Similem adfero tubam lilijs conſperſam & adornatam auro, Bellonæ Chriſtianæ inſigne; Quæquidem nec Claſsicum injuſtum conuocare nec informe Reipub. aut proteruum Deo vel religioni infenſum nouit. Lilia ſpirabunt odorem famæ, Aurum præſtabit commodum Reipub. Tuba præcinet decorem Regno, quo & ciues fiant decori Regno, & Regnum honori ciuibus.

Cornix loquitur.

Erunt omnia benè.

Bellona Chriſtiana.

FAMILIA KIZINEKIORVM.

KIzinek *Carolo V. Imper. præſtantia militari & fortitudine dilectus. Ex his in Regnum Poloniæ ex Sileſia quidam indigena, Marte præclarus.* Ioannes Kizinek *ingenio, moribus, & diuitijs clarus, reliquit filium Ioannem, cujus proles ſuperuixit. Sed quiſquis fueris, licet habeas Ariſtidis juſtitiam, Scipionis robur, Fabricij virtutem, Themiſtoclis prudentiam, Socratis ſapientiam, Pompeij ſublimitatem, Catonis grauitatem, Trajani bonitatem, & quoſcunque enumeraueris Viros, eorumque ſpectabiles actus: omnium finis & terminus mors. Si verò Chriſtianus Chriſtiane vixeris, terminus tuus, ipſe* DEVS.

KLAMRI SEV ANSÆ FERREÆ.



DELINEATIO.

SVnt inſtrumenta Fabri lignarij quibus rectificat, & retinet arbores, dum illas diſponit ad complanandum. Anſæ dicuntur ferreæ, diſpoſitæ in modum crucis figuræ obliquæ. Acumina anſarum, quaſi ſurſum ſunt erecta. Super galeam ſunt Pauonis pennæ, intra quas Arma Gozdaua ſeu lilia candida.

ORIGO.

ORiginem Armorum anſarum, Cholewa nominatorum ſuperiùs expreſſam habes. Arma vero anſarum hæc,pro Armis Gozdawa ſuffecta fuere. Ita namq; conjector, quod Andreas Nimiera Nicolai Caſtellani Trocen. filius, cùm in Ruſsiam ſeſe contulit, & diuerſum cognomen à cæteris habere voluit, dum nobile cognomen Grzymaliorum in Nimiera mutauit, mutauit & arma Gozdawa in Anſas, occaſione ſcilicet hac, vel quod ipſius terræ quæ ſibi in poſſeſsionem obuenerat, fortis tutor fuiſſet, vel quod jura intulerint nobilium in Chijouien. oram.

ANSÆ

Digitized by Google

ANSÆ PIETATIS.

QVoniam pietati laus tribuenda ſumma eſt,ceù fundamento omnium virtutum, *dicente Cic. pro Planc.* conſequentèr pietatis anſæ non vnæ erunt. Volodimirio Ruſſorum quondam Principi Magno, imago judicij extremi, quam ſibi Baſilius Conſtantinopolitanorum Imperator, in auro exaratam tranſmiſerat, anſa ad pietatem fuit. Quærebat namq; quid ſibi hæc imago velit: Et cum didiciſſet à Catholico,quod Chriſti exararetur judicium, quo reprobi in ignem & loca ſubterranea & diabolo deſtinata,in æternum condemnantur; boni verò ad cœleſtia regna ſedem Dei, & Angelorum adjudicantur. Reſpondit: O quam malè illis, optimè iſtis erit, & indè ad religionem & pietatem aſpirare cœpit, prout & baptizatus fuit. *Strykouius.* Cantipratanus quoq; imaginem crucifixi, anſam ad pietatem ponit in ſuo opere de Apibus. *Puellus à matre primum in Eccleſiam conductus, vt vidit nudam figuram in medio Eccleſiæ appenſam in cruce, quæſiuit à matre, Quis hic eſt? Et illa: Eſt Ieſus Chriſtus. Cui puer: Cur ergò tu parens mea ſic ornata es, & tot pannos & veſtes habes, & Ieſus Chriſtus nudus eſt?* Anſa ad pietatem erat imago Chriſti. Etiam S. Adalberto anſa ad pietatem,horribilis obitus Epiſcopi Pragenſis fuit,qui moriens exclamabat ſe à nigris ſpiritibus deportari. Multæ profectò ſunt anſæ ad pietatem, nam ſicut natura non deficit in neceſſarijs dùm ad aliquid diſponit rem creatam, ita gratia minus deficiens eſt in medijs, quibus tam neceſſariam virtutem pietatis,ſingulis inculcet & ingerat. Veſtra arma o Niemiricij anſas video, ſed quoniam in modum crucis diſpoſitas,anſas pietatis dicere, non ambigo. Vos enim eſtis, qui juſtitiam, ex qua vna virtute, viri boni appellantur, mirificè in Chijouienſem introduxiſtis Palatinatum. Nam Ioſephus veſter Nimiricius, cùm à Sigiſmundo Auguſto latam ad Boriſthenem impetraſſet ſibi ac poſteris oram, judicia Caſtren. & Terreſtria primus induxit, ac Iudex Chijouień. extitit. Lego *apud Dempſt.* anſam vocari, ſummam partem claui ſeù gubernaculi nauis, quò ſcilicet nauis dirigitur & impellitur. Magnum profectò erat tantum clauum tenere & gubernacula iurium tractare. Anſam profectò ſolam decebat tantum opus, vt qui videret admiraretur, & prudentiam, & pulchritudinem virtutis. Verùm funeſtam ex anſis crucem, ſi infauſtam vocare nefas: in hanc obſecro pietatis conuertite anſam.

Imago Volodimirio Ruſſ. Duci Iudicij Chriſti miſſa.

Imago anſa pietatis.

Vos crux mundanis ſeparet à paleis
Vos crux horrendis ſeparet à ſtudiis,
Vos crux blaſphæmis, ſeparet à populis
Vos crux Romanis, iungat & agminibus.

DECORVM LIBERTATIS, ET HONESTAS PATRIÆ.

MAgnum & fortem animum, hoc vno contendebat Cic: in Offic: declarare. Cùm ſcilicet perſuaſum haberet, aut admirari, aut optari, aut expetere oportere. At eximiori comparatione magnus & fortis animus eſt, cui decor libertatis nobilis & honeſtum Patriæ perſuaſum fuerit. Cæſar Ripa in prima parte Geneologiæ decorum ita delineauerat. Ponebat iuuenem pulchra & honeſta facie, adornatum ſpolio Leonis, coronatum lauro, manu dextra palmæ expoſitum quadratum gerentem, de cuius ſuper figura Mercurij plantata crucis ſummitate appare, in manu verò ſiniſtrâ ramum Amarantinum cum tali Syngraphe. *Sic floruit decoro decus.* Nil nobilius deſcribere potuit. Decorum enim ita iunctum eſt honeſto, vt nec eſt honeſtum, niſi decorum, nec decorum quid, niſi honeſtum. Verum vt propoſiti rem habeamus, nec decorum libertatis nobilis, eſt ſine honeſto Patriæ, nec honeſtum Patriæ ſine decoro libertatis nobilis. Vtrumque hoc in Armis præſentibus, ac tutoribus armorum Niemiricijs conſtantèr apparuit. Nam Andreas Grzymalicius demùm Niemira cognominatus, in expeditione contra Moſchos, cum Vitoldo Mag: Duc: Lith. Principe ſordidam pacem duci oblatam vnus reſcidit, dum hoſte acclamante *Mir*, *Mir*, hoc eſt, pax, pax. Ille ſolus reclamauerit, *nie Mir*, *nie Mir*, hoc eſt, non pax, non pax, & proſtratus hoſtis, ampliùs bellum non tentabat. En decorum libertatis nobilis, en honeſtum Patriæ. Quid de Nicolao refferam Dapifero Mag: Duc: Lithuaniæ, qui forti pectore Scythas vltra Sluckum repræſſerat, cui & Alexander Rex villas Kamionkam & Ploſkouum contulerat, ac poſtmodum vt armis, ita conſilio inſignem, Senatoria curruli Palatinatus Podlaſen. ornauerat? Verè erat vir amans decorum, amplectens libertatem, magnifaciens honeſtum Patriæ. Quid verò de ſuo germano Andrea refferam? Fama dicet. Incola magnus Chijouien. oræ, cognomine iam à fortuna allato, Niemira vocitatus, viginti Leucis vltra Chijouiam Scythas perſequendo, octo Millia proſtrauit, & Olſzanicen. agrum viginti quatuor Millia hoſtium confecit. Sic floruit decoro decus; Quapropter duplici ornatu illorum virtus & amor in Patriam adhoneſtatur. Lilijs ſeù Armis Gozdaua, & anſis. Illis quidem dum in Plocenſi Palatinatu, & Podlaſenſi poſtmodum, virtutis ſpecimina exercebant. His autem cùm ad oram Boriſtheneam, munificentia Regum, ac millies proteſtato in hoſtes pectore, & in patriam amore, incolæ Chijouien. eſſent. Vnde

Grzymali-

Grzymaliciorum cognomine ſepoſito, Niemiræ cognomen aſſumpſe-runt. Item anſas oræ nimirum ſibi collocatæ, præcipua ſigna. In hoc igitur obſecro mihi gratificate;

Imitare mores
Iuſti genitoris. Hæc enim liberis eſt gloria
Pulcherrima: ſi quis bonis parentibus natus,
Moribus eos ſimilibus referat, & patriſſet.

CONIVNCTIO FOELIX.

MOdificari Planetarum aſperitatem, Iouis benigno Planeta, Aſtrologi perhibent. Theologi verò omnem ſeueriorem conjunctionem, ſi in modum ſalutaris crucis fiat, in amœniorem commutari, perhibent. *Vnde D. Aug. Epiſt.* 4. Crux contra vitiorum oppugnationes eſt adjutorium. *Et Damaſc.* Crux eſt omnium malorum auerſio, omnium bonorum datrix. Anſas veſtras in figuram crucis junctas, conjunctionem fælicem in vobis præſagire video, Fortitudinis ſcilicet & Prudentiæ. Talem namq; conjunctionem in domo Nimiericiorum vidiſtis, talem & in modernis contemplamini. Talem porrexerunt Stephano Succamerario Chijou. majores, talem ille multo exercitio & peregrinatione adeptus, reliquit Georgio, qui Belgium armorum & literarum ſingularem, (modo palæ) ſtratu peragrando: magna indicia ingenij in diſcurſu ad lucem expoſito, de bello Moſchouitico Anno 1632. demonſtrauit. Maximam verò ſpem fortitudinis, contra Abaſibaſium numeroſa manu aduolando, omnibus reliquit. Quapropter ſine inuidia, de tam fælici conjunctione Aſtrologus Nicolaus Zorawſky ſub armis ſubnotauit.

Difficile ex ferro vt poſſunt diſrumpere anſæ
Quas junctim inter ſe vincula ſtricta tenent.
Sic tua Priſca domus Niemirycz firma manebit,
Quam cum Marte ſimul juncto Minerua tenet.

FAMILIA ANSARVM.

GRzimała *de Dabſko & Dari, armorum Gozdawa in Plocenſi Palatinatu. Andreas in expeditione contra Moſchos cum Vitoldo, dum Moſchus pacem petit, dicendo: Mir, hoc eſt, pax. Ille exclamauit, Nie mir, hoc eſt, non pax, priùs experiamur vires, fortunam, æquum & juſtum, tunc pacem vocemus. Inito bello fuſus & diſperſus fuit Moſchus. Et exinde vocitatus fuit Grzimalius, Niemira. Nicolaus germanus Andreæ Caſtell. Tiocen. qui primus fuit vt Caſimirus Princeps Poloniæ,*

pia, Dux Mag: Lituaniæ inauguratus eſſet. Reliquit Nicolaum Scytharum expugnatorem & ad Slucko illorum ſtragem. Huic Alex. Sereniſſimus conceſſit villas Kamionkę & Płoſkow. Et quoniam in Marte & fidelitate in Regem proficit, addit Rex pro meritis, in Mielnicenſi diſtrictu & Drohiteń. plurimas poſſeſſiones. Et ex Dapifero M. D. L. Palatinum Podlaſiæ præficit.

Niemiera, *Nicolaus filius dicti Nicolai, qui primam ætatem in curia ſemper Aug. Imperat. Maximiliani tam virtuoſè peregit, vt milites creare in ſua familia authoritatem acciperet. Quem Sigiſmundus Primus Rex motus ingenij grauitate & ad Martem agili aptitudine, Marſchalcum M. D. L. nominauit. Zbigneus filius illius, moribus & animi præſtantia celebris, cui Ilinicz Palat. Smoleń. qui vnam filiã Chodkieuicio, alteram Wolſcio, tertiam Duci in in Czartoryſko in matrimonium dederat, illi vltimam filiam connubio detulit. Eius filius Stanislaus, filiam Petri Firlei Palat. Ruſſiæ coniugem habuit. Andreas alter filius Nicolai Caſtell. Troceń. in Ruſſia dum acquirit, ad Chiiouiam bona ibi ſine addito, Niemiera vocabatur. Hunc Sigiſmundus primus, dum Palat. Chiiouiæ præficit, octo millia Scytharum, viginti leucis vltra Chiiouiam, peremit. Et in Olſanicenſibus campis, viginti quatuor millia eorum fudit, occidit. Ioſephus Niemierycz, hic à Sigiſmundo Auguſto Ducatum Czerniechouień. ad Boriſthenem accepit, & iudicia Caſtreń. ſeu Nobilium, cura propria Chijouiam impetrauit, atq; primus ibidem Iudex fuit. Stephanus nepos Ioſephi poſtquam cum literis militarem in Dania, Anglia, Italia, Germania exercuiſſet, Cubicularius Regius primum, poſt deputatus Iudiciorum Tribunaliciorum ex Volchinia, demum Succamerarius Chiiouiæ diligens & ſolers extitit. Reliquit Georgium Dominum in Czerniechow, qui juuentutem in Belgio armorum & litterarum ſingularem in toto orbe palæſtram exercuit, illam quoq; diſcurſu de bello Moſchouitico edito celeberriorem demonſtrauit. Peractis litterarum & armorum exercitiis, perlucenti ingenio in dicendis ſententiis in Tribunali atq; in Comitiis Regni, magnam ſpem de ſe Patriæ reliquit, quam etiam bellando contra rebelles Coſacos ad Hornoſtaipole, mirificè coram ducibus exercituum, concipiendam demonſtrauit. Adauget ſpem & ſuus germanus qui educatione & nobilitate par progenitoribus ſuis eſſe cupit.*

KLINSKI

KLINSKI.



DELINEATIO.

SVNT anſæ ferreæ duæ ſub cruce poſitæ, crux autem figitur in Sphera mundi.

ORIGO.

HIſtoriæ nil de illis retulerunt, ſed puto quod in Prouinciam exteram munitos fortiter vt anſæ in ſe ſunt ferreæ, hoſtes deduxerit fæliciter Principem. Vnde orbis in ſignum Piræ: crux fælicitatis: anſæ firmitatis conceduntur.

CRVX PROTECTIO FIRMA.

GAleam qui ſibi in Symbolum ſumpſerant, præcipuè clauſam clathris inſcribebant illi. Adimo lucem & vulnera. Sed ſi galeæ militari hæc dignitas conuenit, nobilius me hercule conueniet Chriſtianæ cruci. Ademit namq; hoſtibus lucem, & obtenebrauit viſum in Chriſtianorum gloriam licet in cælis apparuerat Conſtantini Magni tempore. Ademit & vulnera, nam crux eſt gloria orbis terra-

Crux hoſtibus adimit lucem, & viſum obtenebrat.

rum. Sanctus Carolus Boromæus Cardinal. adſcripſerat ceruo tale lemma: *Vna ſalus*. Inſinuabat vt exiſtimo, quod ceruo aduerſus venena anguium ſit fons vna ſalus. Ita namq; Pſal. *Sicut ceruus ad fontes aquarum*. At Chriſtianis ipſa crux vnà eſt ſalus & ipſa protectio firma. Vnde Iſa. *Haurietis de fontibus Saluatoris*. Hæc crux fortunam ſalutarem, hæc firmitatem roboris, hæc anſas infractas, contulit & Klinſcijs, ideò cuneos hoſtium facilè tranſeunt hoſtem, virtute & gloria ſpoliant, caſtra aduerſa euertunt & trophæis potiuntur æuiternis. Hoc igitur medio verè facti ſunt nobiles Klinſcij. *Nam & Ariſtoteles Polit: lib. 4. ita de verè nobilibus reliquit*. Verè nobiles ex virtute, vbiq; ſunt nobiles; qui verò tantum ex genere, domi ſolùm ſunt nobiles.

Crux gloria orbisterrarũ. Vna Salus.

Protectio firma.

Nobiles ex virtute ſunt verè nobiles.

Familiam horum gentilicium Palat: Chiiouienſis nouit, ex quibus Daniel Klinſki miles ad vitæ tempora in Filandia, Valachia, & Cecora, vt Epitaph. eius in Pawolocz refert.

KMITOW.



DELINEATIO.

SVNT vexilla bellica duo coloris albi nigris lineis diſtincta in extremitatibus & medio. Supponitur autem vexillum vexillo. Super galeam verò ſunt quinque pennæ Strutij.

ORIGO.

Digitized by Google

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ ſtrenuo militi collata fuerunt, eò quod hoſtibus aduerſis, ſigna bellica marte furente, & vexilla ademerat; quò nedum confuſus hoſtis, ſed etiam victus ſuccubuerat. Crediderim quod militi armorum talium merenti, cognomen fuerit Vorona, nam primitus ante denominationem Kmitarum, Voronouicios lego, vndè apertè colligitur quod deductum cognomen fuerit à Vorona. Confirmat dictum, quia in Ruſsia & militi Ruſſo, conceſſa fuerunt. In Podolia primitus, poſtmodum in Chijou: Palat: bona poſſederunt. Diuerſi igitur erant Kmitæ iſti ab illis in Polonia, quocirca & diuerſa arma defferrunt, & cognomen ipſum hoc indicabit, dùm Kmitas Czarnobilſcios legis, Auguſto namque ſceptra tenente & moderante pro bonis in Podolia hæreditarijs, Caſtrum Czarnobil per commutationem acceperant. *Diuerſi Kmitæ.* *Caſtri Czarnobyla commutatio.*

NEC MARS QVIDEM REPPELLET.

IN Romanorum bellicis vexillis ſi draco fuiſſet vel Elephas, cohortem fortiſsimam neceſſe erat inſpicere, quapropter vexillum purpureum Draconis fuit, & milites Draconarij nuncupati, *Alexan. ab Alex. lib.* 4. *Cap.* 2. Arma Kmitarum Czarnobileñ. dùm video, non aliud ſuſpicari licet, quàm viros fortes in bello victores triumphatores Duces, quorum ſcilicet audaciam, fortitudinem, robur in hoſtes nec Mars ipſe retruſit. Iuſtitia nam ipſa cum illis pugnauit. *De qua quondam Propert.* 4. *Eleg.* 6. *Draconarij milites.*

Frangit & attolit vires in milite cauſa
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Quonam pacto acquiſita fuerint arma, demonſtrat origo: quo autem pacto poſteri tuerentur arma ſua, hiſtoriæ referunt; vbiq; autem iuſtitia pugnabant. *Refert Petra Sancta in Symbolis*, quod ex victoria non recedunt, niſi victores Muſtella & Rhynoceros, ſed muſtella dùm contra bufonem procedit, in ore ramum rutæ defert, & ſic vincit hoſtem, Rhynoceros verò neſcit, de acie reuerti niſi victor. Quapropter hæc duo animalia in ſigna certa fortitudinis ſuæ domus Medicea & Duces Hetruriæ aſſumpſerant, Franciſcus Muſtellam, Alexan. Rhynocerontem. Tam Illuſtri familiæ Kmitorum victrici hoſtium fortitudine & iuſtitia, non conuenit minora tribuere, niſi nec Mars reprimet. Iagelloni namque dùm vires & omnia Chrehorius Woronouius conſecrauit, filius eius exercituum Dux Suidrigellonis remanſit, qui ex ſeptem filijs dùm Matwieum, ſeù Matthæum for-

Digitized by Google

eſſet? Quid aliud, inquit, niſi opprobrium victis. *Ita Bruſon. lib. 7. c. 8.*

Brenno gladium in lance ponit.

Dum veſtra mente reuoluo inſignia ô Kizinekij, meritò dicere animus cupit. Eſſe trophæum victorum, & opprobrium victis; Hoc mihi Annales Sileſiæ, hoc trophæa Caroli V. Imperatoris repræſentarunt. Cùm & Principes veſtros ſingulari affectu in pace & bello proſecuti fuiſtis, & Caroli V. Imperatoris ac totius orbis luminis Chriſtiani, ſub auſpicijs Martis inuicti, victricia ſigna, cum applauſu familiæ veſtræ, deportaſtis. Apud Maſſagetas fuiſſe locum deuotionis, *dicente authore Piaca noua, diſcurſu* 42. vocatum Templum mortalium, ad

Templū mortalium.

Porta Nobilium.

quod ordinati ingreſſus fuerunt ab omni plaga mundi, puta, ab oriente, meridie, occidente, ſeptemtrione. Hac nobili porta Orientis, ipſi nobiles veri ingrediebantur. Quapropter ſuper limina ſol fuerat depictus, quem gladius penetrabat. Cui Syngraphe additum, Virtute & fortitudine, ſcilicet nobilitatem poſſidentibus, & ornantibus ingreſſus patet. Maxima hæc fuit & legitima admonitio. Sed jam noſtro in Hemyſpherio Polono & Sileſiano ſuperuacaneum erit, tot Syngraphis deturbare lectorem, & ænigmatibus commouere, cùm vna hæc muta tuba lilijs aureis vt margaritis adornata, ipſam virtutem & fortitudinē ſole clariùs in Nobilitate Kizinekorum expreſſerit. Igitur clariſsimi nobiles, ſi alij ad voluptatem declinant, vos ad virtutis ardua ſcandite.

BELLONA CHRISTIANA.

Bellona Romana.

Modi indicēdi bellum.

BEllonam Romanam fuiſſe, antiqui referunt Romanorum ſcriptores, in cujus quidem columellam haſtæ hoſtium deijciebantur, & contra hoſtes aſſumebantur. Equidem bellum Romani varijs modis indicebant, nempè facibus, quas intra limites hoſtium inijciebant: Veruecibus quos intra illorum paſcua abigebant, & voce præconum in caſtris ab vtrinque poſitis, vt ex Liuio cæteriſque rerum Romanarum ſcriptoribus apparet. At primum & principale fuit, ante Bellonæ templum, columnæ Bellonæ inijcere haſtam. Poſtmodum verò inualuit mos Bellonæ, non in columna, at in tubis. De quibus in celebri victoria Iudæorum ad Hiericho, vbi præcinentibus tubis murus ceſsit voci, ac obſeſſos præbuit obſidentibus. Bellonam Chriſtianam inde deduco in tubis: In tubis inquam lilijs adornatis auro & margaritis. Tandem enim bona cauſa triumphat. Lego tubam ad dexteram virginis appenſam, ad Virginum Caſtrum Libuſſæ nomine pugnantem, quæ Præmiſlai Regis Bohemiæ Ducem (proximè ad tubam lagenam mulſi dum haberet) deceperat, *vt Bielſcius & Author corporis Hiſtoriæ Polonæ referunt.* Sed hæc tuba non eſt tuba Chriſtiana. Tuba Chriſtiana eſt, non fraude ac ſtratagematibus,

Haſta injicitur columnæ.

Murus ad turbarum vocem cadit.

Virgo cum tuba.

Dux Premiſlai capitur à virgine.

Tuba Chriſtiana.

bus,

Digitized by Google

bus, ſed Chriſti virtute ac nomine muniri, dicente Pſal: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei magnificabimur.* Habet
Fulgoſius Domicianum ſucceſſorem Veſpaſiani admonuiſſe ante ter- *Cornix loquitur.*
minum vitæ cornicem, dum lingua Græca diceret: *Erunt omnia benè.* *Erunt omnia*
Pollicebatur quod mortuo Domiciano, & ſuccedentibus Nerua & *benè.*
Trajano Imperatoribus futura omnia bona. Similem adfero tubam
lilijs conſperſam & adornatam auro, Bellonæ Chriſtianæ inſigne; *Bellona Chriſtiana.*
Quæquidem nec Claſsicum injuſtum conuocare nec informe Reipub.
aut proteruum Deo vel religioni infenſum nouit. Lilia ſpirabunt odorem famæ. Aurum præſtabit commodum Reipub. Tuba præcinet decorem Regno, quo & ciues fiant decori Regno, & Regnum honori ciuibus.

FAMILIA KIZINEKIORVM.

KIzinek *Carolo V. Imper. præſtantia militari & fortitudine dilectus. Ex his in Regnum Poloniæ ex Sileſia quidam indigena, Marte præclarus. Ioannes Kizinek ingenio, moribus, & diuitijs clarus, reliquit filium Ioannem, cujus proles ſuperuixit. Sed quiſquis fueris, licet habeas Ariſtidis juſtitiam, Scipionis robur, Fabricij virtutem, Themiſtoclis prudentiam, Socratis ſapientiam, Pompeij ſublimitatem, Catonis grauitatem, Trajani bonitatem, & quoſcunque enumeraueris Viros, eorumque ſpectabiles actus: omnium finis & terminus mors. Si verò Chriſtianus Chriſtiane vixeris, terminus tuus, ipſe DEVS.*

KLAMRI SEV ANSÆ FERREÆ.



DELINEATIO.

SVnt inſtrumenta Fabri lignarij quibus rectificat, & retinet arbores, dum illas diſponit ad complanandum. Anſæ dicuntur ferreæ, diſpoſitæ in modum crucis figuræ obliquæ. Acumina anſarum, quaſi ſurſum ſunt erecta. Super galeam ſunt Pauonis pennæ, intra quas Arma Gozdaua ſeù lilia candida.

ORIGO.

ORiginem Armorum anſarum, Cholewa nominatorum ſuperiùs expreſſam habes. Arma vero anſarum hæc, pro Armis Gozdawa ſuffecta fuére. Ita namq; conjector, quod Andreas Nimiera Nicolai Caſtellani Trocen. filius, cùm in Ruſsiam ſeſe contulit, & diuerſum cognomen à cæteris habere voluit, dum nobile cognomen Grzymaliorum in Nimiera mutauit, mutauit & arma Gozdawa in Anſas, occaſione ſcilicet hac, vel quod huius terræ quæ ſibi in poſſeſsionem obuenerat, fortis tutor fuiſſet, vel quod jura intulerint nobilium in Chijouien. oram.

ANSÆ

ANSÆ PIETATIS.

QVoniam pietati laus tribuenda ſumma eſt,ceù fundamento omnium virtutum, *dicente Cic. pro Planc.* conſequentèr pietatis anſæ non vnæ erunt. Volodimirio Ruſſorum quondam Principi Magno, imago judicij extremi, quam ſibi Baſilius Conſtantinopolitanorum Imperator, in auro exaratam tranſmiſerat, anſa ad pietatem fuit. Quærebat namq; quid ſibi hæc imago velit: Et cum didiciſſet à Catholico,quod Chriſti exararetur judicium, quo reprobi in ignem & loca ſubterranea & diabolo deſtinata,in æternum condemnantur; boni verò ad cæleſtia regna ſedem Dei, & Angelorum adjudicantur. Reſpondit: O quam malè illis, optimè iſtis erit, & indè ad religionem & pietatem aſpirare cœpit, prout & baptizatus fuit. *Strykouius.* Cantipratanus quoq; imaginem crucifixi, anſam ad pietatem ponit in ſuo opere de Apibus. *Puellus à matre primum in Eccleſiam conductus, vt vidit nudam figuram in medio Eccleſiæ appenſam in cruce, quæſiuit à matre, Quis hic eſt? Et illa: Eſt Ieſus Chriſtus. Cui puer: Cur ergò tu parens mea ſic ornata es, & tot pannos & veſtes habes, & Ieſus Chriſtus nudus eſt?* Anſa ad pietatem erat imago Chriſti. Etiam S. Adalberto anſa ad pietatem,horribilis obitus Epiſcopi Pragenſis fuit,qui moriens exclamabat ſe à nigris ſpiritibus deportari. Multæ profectò ſunt anſæ ad pietatem, nam ſicut natura non deficit in neceſſarijs dùm ad aliquid diſponit rem creatam, ita gratia minus deficiens eſt in medijs, quibus tam neceſſariam virtutem pietatis,ſingulis inculcet & ingerat. Veſtra arma o Niemiricij anſas video, ſed quoniam in modum crucis diſpoſitas, anſas pietatis dicere, non ambigo. Vos enim eſtis, qui juſtitiam, ex qua vna virtute, viri boni appellantur, mirificè in Chijouienſem introduxiſtis Palatinatum. Nam Ioſephus veſter Nimiricius, cùm à Sigiſmundo Auguſto latam ad Boriſthenem impetraſſet ſibi ac poſteris oram, judicia Caſtren. & Terreſtria primus induxit, ac Iudex Chijouień. extitit. Lego *apud Dempſt.* anſam vocari, ſummam partem claui ſeù gubernaculi nauis, quò ſcilicet nauis dirigitur & impellitur. Magnum profectò erat tantum clauum tenere & gubernacula iurium tractare. Anſam profectò ſolam decebat tantum opus, vt qui videret admiraretur, & prudentiam, & pulchritudinem virtutis. Verùm funeſtam ex anſis crucem, ſi infauſtam vocare nefas: in hanc obſecro pietatis conuertite anſam.

Imago Volodimirio Ruſſ. Duci Iudicij Chriſti miſſa.

Imago anſa pietatis.

Vos crux mundanis ſeparet à paleis
Vos crux horrendis ſeparet à ſtudiis,
Vos crux blaſphæmis, ſeparet à populis
Vos crux Romanis, iungat & agminibus.

Grzymaliciorum cognomine ſepoſito, Niemiræ cognomen aſſumpſerunt. Item anſas oræ nimirum ſibi collocatæ, præcipua ſigna. In hoc igitur obſecro mihi gratificate:

Imitare mores
Iuſti genitoris. Hæc enim liberis eſt gloria
Pulcherrima: ſi quis bonis parentibus natus,
Moribus eos ſimilibus referat, & patriſſet.

CONIVNCTIO FOELIX.

MOdificari Planetarum aſperitatem, Iouis benigno Planeta, Aſtrologi perhibent. Theologi verò omnem ſeueriorem conjunctionem, ſi in modum ſalutaris crucis fiat, in amœniorem commutari, perhibent. *Vnde D. Aug. Epiſt.* 4. Crux contra vitiorum oppugnationes eſt adjutorium. *Et Damaſc.* Crux eſt omnium malorum auerſio, omnium bonorum datrix. Anſas veſtras in figuram crucis junctas, conjunctionem fælicem in vobis præſagire video, Fortitudinis ſcilicet & Prudentiæ. Talem namq; conjunctionem in domo Nimiericiorum vidiſtis, talem & in modernis contemplamini. Talem porrexerunt Stephano Succamerario Chijou. majores, talem ille multo exercitio & peregrinatione adeptus, reliquit Georgio, qui Belgium armorum & literarum ſingularem, (modo palæ) ſtratu peragrando: magna indicia ingenij in diſcurſu ad lucem expoſito, de bello Moſchouitico Anno 1632. demonſtrauit. Maximam verò ſpem fortitudinis, contra Abaſibaſium numeroſa manu aduolando, omnibus reliquit. Quapropter ſine inuidia, de tam fælici conjunctione Aſtrologus Nicolaus Zorawſky ſub armis ſubnotauit.

Difficile ex ferro vt poſſunt diſrumpere anſæ
Quas junctim inter ſe vincula ſtricta tenent.
Sic tua Priſca domus Niemirycz firma manebit,
Quam cum Marte ſimul juncto Minerua tenet.

FAMILIA ANSARVM.

GRzimała *de Dabſko & Dari, armorum Gozdawa in Plocenſi Palatinatu. Andreas in expeditione contra Moſchos cum Vitoldo, dum Moſchus pacem petit, dicendo: Mir, hoc eſt, pax. Ille exclamauit, Nie mir, hoc eſt, non pax, priùs experiamur vires, fortunam, æquum & juſtum, tunc pacem vocemus. Inito bello fuſus & diſperſus fuit Moſchus. Et exinde vocitatus fuit Grzimalius, Niemira. Nicolaus germanus Andreæ Caſtell. Tioccn. qui primus fuit vt Caſimirus Princeps Poloniæ,*

KLINSKI.



DELINEATIO.

SVNT anſæ ferreæ duæ ſub cruce poſitæ, crux autem figitur in Sphera mundi.

ORIGO.

HIſtoriæ nil de illis retulerunt, ſed puto quod in Prouinciam exteram munitos fortiter vt anſæ in ſe ſunt ferreæ, hoſtes deduxerit fæliciter Principem. Vnde orbis in ſignum Piræ: crux fælicitatis: anſæ firmitatis conceduntur.

CRVX PROTECTIO FIRMA.

GAleam qui ſibi in Symbolum ſumpſerant, præcipuè clauſam clathris inſcribebant illi. Adimo lucem & vulnera. Sed ſi galeæ militari hæc dignitas conuenit, nobilius me hercule conueniet Chriſtianæ cruci. Ademit namq; hoſtibus lucem, & obtenebrauit viſum in Chriſtianorum gloriam licet in cælis apparuerat Conſtantini Magni tempore. Ademit & vulnera, nam crux eſt gloria orbis terra- *Crux hoſtibus adimit lucem, & viſum obtenebrat.*

rum. Sanctus Carolus Boromæus Cardinal. adſcripſerat ceruo tale lemma: *Vna ſalus.* Inſinuabat vt exiſtimo, quod ceruo aduerſus venena anguium ſit fons vna ſalus. Ita namq; Pſal. *Sicut ceruus ad fontes aquarum.* At Chriſtianis ipſa crux vnà eſt ſalus & ipſa protectio firma. Vnde Iſa. *Haurietis de fontibus Saluatoris.* Hæc crux fortunam ſalutarem, hæc firmitatem roboris, hæc anſas infractas, contulit & Klinſcijs, ideò cuneos hoſtium facilè tranſeunt hoſtem, virtute & gloria ſpoliant, caſtra aduerſa euertunt & trophæis potiuntur æuiternis. Hoc igitur medio verè facti ſunt nobiles Klinſcij. *Nam & Ariſtoteles Polit: lib. 4. ita de verè nobilibus reliquit.* Verè nobiles ex virtute, vbiq; ſunt nobiles; qui verò tantum ex genere, domi ſolùm ſunt nobiles.

Crux gloria orbisterrarū. *Vna Salus.* *Protectio firma.* *Nobiles ex virtute ſunt verè nobiles.*

Familiam horum gentilicium Palat: Chiiouienſis nouit, ex quibus Daniel Klinſki miles ad vitæ tempora in Filandia, Valachia, & Cecora, vt Epitaph. eius in Pawolocz refert.

KMITOW.



DELINEATIO.

SVNT vexilla bellica duo coloris albi nigris lineis diſtincta in extremitatibus & medio. Supponitur autem vexillum vexillo. Super galeam verò ſunt quinque pennæ Strutij.

ORIGO.

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ ſtrenuo militi collata fuerunt, eò quod hoſtibus aduerſis, ſigna bellica marte furente, & vexilla ademerat; quò nedum confuſus hoſtis, ſed etiam victus ſuccubuerat. Crediderim quod militi armorum talium merenti, cognomen fuerit Vorona, nam primitus ante denominationem Kmitarum, Voronouicios lego, vndè apertè colligitur quod deductum cognomen fuerit à Vorona. Confirmat dictum, quia in Ruſsia & militi Ruſſo, conceſſa fuerunt. In Podolia primitus, poſtmodum in Chijou: Palat: bona poſſederunt. Diuerſi igitur erant Kmitæ iſti ab illis in Polonia, quocirca & diuerſa arma defferrunt, & cognomen ipſum hoc indicabit, dùm Kmitas Czarnobilſcios legis, Auguſto namque ſceptra tenente & moderante pro bonis in Podolia hæreditarijs, Caſtrum Czarnobil per commutationem acceperant. *Diuerſi Kmitæ.* *Caſtri Czarnobyla commutatio.*

NEC MARS QVIDEM REPPELLET.

IN Romanorum bellicis vexillis ſi draco fuiſſet vel Elephas, cohortem fortiſsimam neceſſe erat inſpicere, quapropter vexillum purpureum Draconis fuit, & milites Draconarij nuncupati, *Alexan. ab Alex. lib.* 4. *Cap.* 2. Arma Kmitarum Czarnobileñ. dùm video, non aliud ſuſpicari licet, quàm viros fortes in bello victores triumphatores Duces, quorum ſcilicet audaciam, fortitudinem, robur in hoſtes nec Mars ipſe retruſit. Iuſtitia nam ipſa cum illis pugnauit. *De qua quondam Propert.* 4. *Eleg.* 6. *Draconarij milites.*

Frangit & attolit vires in milite cauſa
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Quonam pacto acquiſita fuerint arma, demonſtrat origo: quo autem pacto poſteri tuerentur arma ſua, hiſtoriæ referunt; vbiq; autem iuſtitia pugnabant. *Refert Petra Sancta in Symbolis*, quod ex victoria non recedunt, niſi victores Muſtella & Rhynoceros, ſed muſtella dùm contra bufonem procedit, in ore ramum rutæ defert, & ſic vincit hoſtem, Rhynoceros verò neſcit, de acie reuerti niſi victor. Quapropter hæc duo animalia in ſigna certa fortitudinis ſuæ domus Medicea & Duces Hetruriæ aſſumpſerant, Franciſcus Muſtellam, Alexan. Rhynocerontem. Tam Illuſtri familiæ Kmitorum victrici hoſtium fortitudine & iuſtitia, non conuenit minora tribuere, niſi nec Mars reprimet. Iagelloni namque dùm vires & omnia Chrehorius Woronouius conſecrauit, filius eius exercituum Dux Suidrigellonis remanſit, qui ex ſeptem filijs dùm Matwieum, ſeù Matthæum for-

Digitized by Google

tem & fœlicem virum in Podolia dexteritate & ingenio Kmitæ Polonico parem habuit, à Ruthenis Kmita Ruthenicus appellatus fuit. Hic dùm magna contra hoſtes vita & fortitudine molitus fuit Capit. Vinnicen. accepit, & à Caſimiro Chijouien. Palat. collatam habuit, ſed morte Caſimiri retardatus fuit. Poſt cladem verò Ducis Perecopſc. Mingerei ad Cerkaſiam ab Alexandro Rege Capitaneatum C?ernecen. & Lubecen. habuit, qui demùm in Moſchouia captiuus occubuit, reliquit filios Capitan. Ourucen. & Ducem exercituum Chijou. & Cerkaſiorum. Quid vobis referam de Philone Kmita Palatino Smolenſcenſi, Capitaneo Orſacienſi, quem ſatis hiſtoriæ ampliſsimè commemorant? *Stricou. lib. 25. cap. 2. Sarnic. Bielſc.* Vnicum hoc de illo referram, *Vbiq; fœlix ductor.* Quam benè Lucianus:

Ductorq; placebit,
Qui non præcipiti rapiet ſimul omnia caſu
Sed qui maturo vel læta, vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar
Nec pro ſucceſſu tumidus, ſpatiumq; morandi,
Vincendiq; modum mutatis noſcet habenis.

PIETATIS DOCVMENTVM.

Seruire Principi, eſt ſumma proſperitas.

Patriæ, eſt eximia pietas.

QVifcunque ille fuerit, qui diſtinctionem inter ſeruire Principi & Patriæ poſuit, non quæro, ſed diſtinctionem amplector. Seruire inquit Principi, eſt ſumma proſperitas: ſeruire verò Patriæ, eſt eximia pietas. Pietatis ejuſmodi documentum vexilla bellica aſſero. An non ſumma pietas eſt, vt vbicunq; vexillum militare conduxerit, ibidem & tota legio concurrat? Sit rapidiſsimum flumen, ſit tormentorum bellicorum congeries, ſit copia occiſorum, ſit vallus impenetrabilis, ſi ibi vexillum ſeſe conuertit, citò conuertit & miles, & vltrò ac piè pro Patria moritur & cadit. Sydus quoddam eſt Crater, qui inter defectiones majorum ſyderum & ecclypſes oritur, ita pietas militis in patriam inter pericula vitæ, & extrema fortunarum tantummodo apparet. Quapropter vexilla bellica pietatis maximè documenta fuiſſe & eſſe cenſentur: & eò potiſsimum, quia non ſuſcipiuntur bella ab optimo ciue niſi pro fidę & ſalute, *vt dicebat Saluſtius lib. 4. de Repub.* Vexilla in armis habeo, quæ nedum militaria ſunt, ſed etiam vexilla Eccleſiæ in ſe lineis nigreſcentibus repræſentant, quocirca aliqui & cruces illis appoſuerunt, ideò documenta pietatis nominabo. Sed prçcipuè hoc me mouet in hac Illuſtri familia Kmitorum, quod veritate cognita Dei, Schiſmata & irreptos errores fide, rejecerint, & ad fidem Catholicam Romanam & Eccleſiam humilem ceruicem reddiderint,

Vexilla bellica, ſunt pietatis documenta.

& quo-

Digitized by Google

& quoniam ardor creſcens in corde Spiritus Domini ſemper operatur perfectiora, erigere Eccleſias Catholicas, Xenodochia ædificare inſtituerunt. Carol. V. Imperator aſſumpſerat pro ſymbolo Solem in ſigno Zodiaci aſcendentem, qui dùm in ſumma altitudine circuli adhuc non reperiebatur, ſubſcripſit ei: Nondum in auge. Magna equidem res eſt, citò recedere ab errore, nam paruus error in principio, magnus eſt in fine. Sed major perfectio eſt, promouere virtutem nedum in ſemetipſo, ſed etiam in alio. Promouerunt Kmitones fidem & virtutem, in ſe & in alio. Nam inter Moſchos & rebelles fidei Coſacos ędificarunt Eccleſias, conſtruxerunt Monaſteria Czarnobilenſia; fundarunt & in numero ſacerdotes & religioſos, bibliothecas, lecturas Philoſophicas & Theologicas prouiderunt, ſed hoc nondum in auge. Conceſſerunt promotionem Monaſterij ac perpetuam tutoriam pijs & potentibus Sapiechis, Leoni Palat. Vilnen. & Supremo Præfecto exercituum M. D. Lit. atq; illius Succeſſoribus legitimis. Iam igitur in auge. Conſtruunt, ædificant, erigunt Eccleſiam ex firmo lapide, adornant eximio ſplendore altaria, addunt non minuunt Sacrificia & prouentus, vt honos majeſtatis diuinæ ſanctificari dignaretur in ſempiternum. Iam igitur eſt in auge. Sit in auge cœleſti Fundatrix noſtra Illuſtriſsima Palatinida Smolenſceñ. Lucæ Sapiecha mariti digniſsimi Conjunx. Sit in auge perfectionis Caſimirus Sapiecha tutor, promotor, auctor. Sit in auge Kmitarum derelicta poſteritas donec bellica dignitas florebit.

Ardor Spiritus Domini operatur perfectiora.

Paruus error in principio magnus eſt, in fine maior perfectio.

Per Kmitas ædificata Eccleſia inter Moſchos & Coſacos.

Conſtructio Monaſteriorũ Czarnobyl.

Fundatio Sacerdotum & Religioſorũ.

Prouiſio bibliothecarum Lecturarum, Philoſophicarum & Theologicarum.

Sapiechis conceſſa promotio & tutoria.

LINEA FAMILIÆ KMITARVM IN RVSSIA.

WOrona *qui ex Podolia tranſtulit domicilium ſuum in Volhiniam ob crebras incurſiones Scythicas in Podoliam. Chrechorius Woronowicz filius eius N. filius Chrechorij tranſijt in Lituaniam vbi Vladislao Iagiello obſequia conſecrauit, atq; ibidem conjugium cum manſione elegit. Alexander eius filius in militari exercitatiſſimus, apud Suidrigailum exercituum Præfectus. Miſſus in Braclauien. oram in Podoliam Vinniciam erexit, ibiq; primus Capitan. Reliquit filios ſeptem. Matthæus ſeù Matuiius filius eius, magnus in re militari, qui primus vocatus fuit* Kmita *Capitaneus Vinnicen. à Caſimiro collatum Palat. Chijouien. habuit, ſed res præciſa morte Regis. Mingiereum Ducem Perepkopſcen. inuaſorem confinium Regni ad Chijouiam fortitèr repreſſit ad Circaſſiam. Huic pro meritis Alexander Rex Sereniſſ. Palatinatum & Capitaneatum Czerniechou. & Lubecen. contulit. Moſchorum Imperator ruptis fœderibus, dum Seueriæ Nouogrodum, Starodubum, Branſcum &c. inuaſit, Czernichouiam, & Lubecum obſedit,*

 vbi

Digitized by Google

vbi pugnantem Matthæum deuicit, & captiuum reduxit. Moritur in Moſchouia. Chriſtophorus Matthæi filius, Capitaneus Ouruccenſis, ſtrenuus pugnator. Semion Kmita Matthæi filius, Præfectus exercituum in Chijonia & Cercaſi Coſacorum, ſtrages Tartarorum, alter Anibal Carthaginenſium fuit.

Woronowiccij *a Woronowice poſtmodum nuncupati. Georgius ſic vocabatur patruus Philonis Kmitæ, nam Ruthenorum iſte vſus fuerat, vt ſi quæ receſſerint ab aliquo bona, ab illis non denominabatur, quare vnus Woronowicki, alter Kmitæ nomine vocabatur. Philon Kmita, qui poſtmodum ob commutationem bonorum hæreditariorum, in Podolia pro Regalibus, in Palatinatu Chiouień. Czarnobyl, cum Sereniſſimo Rege Sigiſ. Auguſto, Czarnobilſki Kmita etiam in priuilegio, denominatus fuit. Dum Capitaneus in Oſtrze fuerat, Trecentis ſuis Moſchorum duo millia ad Oſtrze fudit 1552. Iterum ad Chiouiam plurimos occidit, diſperſit. Tertio eademmet ſeptimana, ad Chijouiam duo millia Moſchorum, ſexcentis quadraginta ſuis, cum Duce illorum Kniażio Mizceſcio deuicit. Et cum à Duce in Oſtrog auxiliaribus copiis adiutus fuit, totam Seueriam ad Starodubum depopulauit, & ad Pocopow hoſtes fudit, Ducem illorum Kniażium Wolk occidit, Ciemkinum in captiuitatem accepit, cum octodecim aulicis, & ducentis militibus. Ad Orſſam ſtratagemate celebri deuicit Moſchos: nam cum ad Vle Nicol. Radziuil. cum Ioannes Chodkieuius Caſtellanus Vilnenſis, 25. millia Moſchorum fudit, & Kmitæ regiſtrum occiſorum ad Orſſam contra nouum exercitum Moſchorum expectantem miſit, ille literis conſcriptis, quaſi ſignificando quod auxiliares copiæ jam ex Regno veniunt, & occiſorum regiſtrum in Dburowno tranſmiſit, ceperunt virum cum litteris Moſchi, quibus lectis aufugerunt, quos Kmita inſequendo debellauit. Plurima ipſius indicia bellica referunt hiſtoriæ, cum Leſniouolſcio Ioan. Chodkieuicz iſtius Kmitæ, vt* Paproc. in ſtemmatibus fol. 670. & in Nido virtutum 1183. *Quapropter vt tanta merita in patriam, viri inuicti fortitudine ſint præmiata, Capitaneus Orſanenſis & Palatinus Smolenſcenſis, illi à Regibus collata fuerunt. Reliquit filiam Sophiam, conjugem Lucæ Sapiecha, matronam pientiſſimam, fundatricem Xenodochiorum & Conuentus Ordinis Prædicatorum in Czarnobil munificentiſſimam, cui Dominus vnà cum ſuo marito & filio demortuis, concedat miſericors lucem perpetuam.*

KOILEN-

Digitized by Google

KOILENCZIK ALIAS ZDAN.



DELINEATIO.

SOlea diſpoſita admodum Pobog ſurſum latitudine, in ſummitate habet frameam nudam eleuatam in campo cæruleo.

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ conceſſa militi in bello Scythico, dum hoſtem adoriretur vibrata framea, ipſorumq́; exercitus ducem vitâ priuaſſet.

TVTOR PATRIÆ POLONÆ.

GLadius acutus,& ferro non molliter ſubductus equus, præſtantia ſunt arma Polonis, neq́; gladius ideò tantum illis dilectus, quod plurimus ex omnibus armis illius ſit vſus in bello: ſed quia famam eburneam antiquitus cum Sarmatis gladio acquiſitam nolunt reducere in plumbeam vaginam, ſed ex eburnea pretioſiores efformare. Et quoniam Sarmatæ gladio & equis ad montes glacies & ſaxa ferro exaſperatis, pugnabant, & ſubſequens de gente progenies, gladium & ſoleas equi in prima & fælicia victoriæ ſigna conſeruant& amant. Cui igitur conceſſa ſunt hæc arma, ſolea & gladius, verus tutor Patriæ non dicere dubito fuit. Cùm Darius vaginam acinacis Perſico

Gladius & ſolea præſtantia arma Polonis.

Sarmatæ gladio & equis pugnabant.

Hæc arma cui ſunt conceſſa.

ſico ornatu conſpicuam ſemper haberet, ignoro, quo delectu eam ornatu Græcanico communiri juſsit, quod vt viderunt Chaldæi & interpretes rerum futurorum, dixerunt: Imperium quod Darius obtinet, in Græcorum jus venturum. Ex aduentitio vſu adornati gladij, quod poteſtatis Regiæ ſignum erat, ominati ſunt aduerſa & Regno periculoſa. Quodſi ita rectum erat, ominabor fæliciora ex inſignijs his ſoleæ & gladio, nempè tutamen Patriæ Polonæ à domo hac, quorum hæc ſunt arma, tùm quod ſunt communia Regno, tùm quod ſint certa indicia victoriarum Polonarum, tùm deniq; quod præſidia ſingularia Regni. Hoc igitur vnicum reuoluite animo. Quod ſeruire Principibus eſt magna proſperitas, ſeruire Patriæ eximia pietas, ſeruire Deo ſumma fælicitas.

FAMILIA ARMORVM KOILENCZIK.

KOilenſcij *militari dignitati dediti.*

Zdanus *bellator eximius in expeditione cum Tartaris Anno* 1577. *occubuit. Quam benè jam ſibi aſſcribendum erit illud Sophoclis:* Nunquam appellato magnum antequam defunctum videris. *Hic vir magnus fuerat intellectu, gloria & genere. Prolem maſculam non reliquit. fœmineam Malinſcio conjugem obtulit.*

Kozinſcij *ſimilia arma deferunt. Chrechorius Kozinſki Vexillifer Volhiniæ miles exercitatus. Iuanus eius frater honoratus vir. Tichnus & Michaël militiæ dediti. Haurilius in bello Socalienſi occubuit. Eorum poſteritas honeſta, & Patriæ vtilia moribus & amore teſtificantur.*

KOLO-

Digitized by Google

KOLODINSKICH.



DELINEATIO.

SVnt arma quæ literam primam Alphabeti majuſculam exprimunt, & in vertice armorum appenditur quaſi accentus circumflexi nota. Iterantur autem omnes lineæ ſeù tracturæ armorum. Campus exiſtimo albus, arma coloris nigri.

Litera prima alphabeti expreſſa maiuſcula, in vertice nota accentus circumflexi.

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ collata fuerunt, vt Scriptores tradunt, vel quod peritus in literis Græcis, Ruthenis, & Latinis fuiſſet, quibus littera A. eſt in vſu: vel quod initium alicujus ſtrenui & proſperi bellici actus illorum prædeceſſor acclamatus fuiſſet. Antiquitatem armorum ipſa arma declarant, nam multa reuolutione annorum hoc elementum literarum, tali charactere vt ſunt arma exprimebatur.

Litera A Græcis Rut[henis] & Latinis eſt vſu.

PRETIOSA FAMA.

IN nummis antiquis vbi geminum AA. vel triplicatum exaratum fuerat, apponebatur & littera F. Et erat ſenſus: Auro, Argento faciunto. Hoc eſt, fiant ex auro & argento, res namq; dignæ perpe-

Exaratio literarum A A & F. in nummis quid ſignificabant

Actus fortiſſimi Imperatorum non ſolùm in ære, ſed etiã in auro & argento exarantur.
Inſignes commendatur Klodinſciorum fama.
Litera Alphabeti A. ſedem habet in barathro pectoris.

tua laude, & Imperatorum actus fortiſsimi & perpetui, nedum in ære, ſed etiam in argento & auro exarabant & ſculpebant. Geminata eſt littera veſtra in armis, dicerem, quod facta majorum veſtrorum digna in auro & argento fieri repræſentant. Digniùs enim nil eſt quàm merita præmiare. Sed altiora dicam. Ferunt famam veſtram pretioſam & nobilitati Regnorum commendant. Dicunt namque. Sunt Atlantes Auguſti. Sunt acierũ acerui. Sunt amicorũ amici. Sunt aduerſariorum Agelaſtus. Sunt affabilitatis amatores. Et ſi quid optimi cogitare & legere in hac prima literarum tabula poteris, lege & ſcribe, vt verum & ſtabile. A littera Alphabeti in pronunciatione habet ſedem in barathro pectoris, quod ſi cognoſcere vellis, admoue palmam ad pectus in ipſa enunciatione, & trepidare illam ſenties. Ita de his quicquid dixeris boni, ex armis, in pectore illorum tua manu appoſita ſenties.

CLEMENTIÆ PARENTES.

Inſignum clementia, antiqui damnatis cœnam lautã mittebant.
Litera A apud Romanos ſignum erat clementiæ.
Triangulus ſignificat eum qui eſt Pater miſericordiarum & Deus totius cõſolationis.
Hæc arma eſt triangulus Mathematicè conſiderando.

SIgnum clementiæ & pietatis erat antiquis, vt damnatis ad mortem lautam cœnam mitterent, ne cogitatione imminentis mali peremptі, & inopia victus, in maledictionem dierum vitæ & abominationem deorum ſuorum obueniant. Majoris clementiæ ſignum fuit littera A. Romanis, nam ſi à majori parte Senatus in tabella ſcripta, & in vrnam ſecretorum demiſsa fuerat, objurgatus libertate donabatur. Ex armis veſtris patres clementiæ vos nominabo. Moueor ad hoc non modica expoſitione. Triangulus qui habet tres angulos rectos, ſignificat eum qui eſt Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: nam ſicut triangulus habet æquales tres angulos, vnius tamen eſt figuræ, ita Deus eſt vnius eſſentiæ, & trinus in perſonis. Arma veſtra triangulus eſt, Mathematicè conſideranti eum, ſed Iſoſcelis dictus, vnde appoſitè patres clementię vos nominaui, hoc præſagit vobis tegumentum illud ad arma in ſummitate poſitum, hoc moniti ſunt fæliciter pugnantes & vincentes, vt victis ſint clementes, mortuos ſepeliant, viuoq; humanitèr licet captiuos pertractent.

FAMILIA ARMORVM.

KOlodinſcij *in Volhinia antiqua & meritis clara familia,*
Kłodienſcij *ibidem Ducibus Ruſſiæ maximè grati.*
Puciatouic *in Ducatu Litu. armis & honoribus florentes.*

KOPASZY-

Digitized by Google

KOPASZYNA.



DELINEATIO.

SVnt compoſita ex duobus fluminibus, inter quæ flumina, gladius quaſſatus erectus manet. Flumina verò ſunt ita diſpoſita, vt ab vna parte dextra, videatur Szrzeniawa fuiſſe, ab altera Druzyna. De quibus fluminibus & armis, vide arma ſuis locis. Flumina alba ſunt. Campus rubeus. Gallea tribus pennis Strutionis adornata. *Fluuius cum gladio.*

ORIGO.

COpaſinæ armorum cognomen Dlugoſ. habet. Hiſtoriæ, ſilentio familiam tegunt. In Priuilegijs Regni circa Annum 1249. Petraſium Copaſinium militem legit Paproc. An iſtius familię, ignoratur. Sikorſcij in Podlaſia, viri ſtrenues & prudentes vtebantur his armis, clari Marte & toga. Ex quibus quendam ingenio grauem, ſed poſtmodum mente captum, Paproc. meminit, quem ſorores diſtributis ad inuicem poſſeſsionibus, vti dilectiſsimum fratrem dolentes & reuerentes, ad extremum vitæ obſeruabant & curabant. Conceſſa fuiſſe tempore Boleſlai Audacis militi Copaſinio, redeunti è victoria cum quaſſato gladio, *Authores referunt.*

FLVVIVS CHRISTIANVS.

Fluuij cur Tauro ſimiles dicantur.

VAria ſunt cognomina fluuiorum, nec ſine proprio reſpectu taliter appellata. Tauros fluuios Poëtæ finxerunt, vel eò, quod cum impetu irrumpentes tauris ſimilem edant mugitum, vel quia terram ceù boues ſulcare apparent, vel quia circa ripas tauri mugire ob vberiora paſcua audiantur. Verùm digniori vocabulo fluuios veſtros ò Copaſinij nominabo: Fluuios Chriſtianos. Comprimunt namq; gremijs ſuis, crucem Chriſtianam ex gladio formatam, ac in aëra tollunt. Vt nimirum Syngraphe apponas: Fluuius Chriſtianus.

Flumen Alphei vnde dicitur.

Cur ſolus fluuius ad abluendum Iouem Alpheus.

Erat quondam cautum legibus, ne ad Iouis Olympij aram abluendam alia aqua præterquam fluminis Alphei introduceretur, *vt Porph. lib.* 1. *de ſacrif.* Nec immeritò cautum, nam vim quandam præcipuam in purgando ille fluuius creditus fuit habere, purgabat namq; maculas quas Alphos vocabant, quocirca & Alpheus vocatus fuit, cum antea Ariger vocaretur, Quapropter nonnulli fluuio ſtatuam & aram communem cum Dianæ erexerunt. *Ita Nat. Com. Myt. lib.* 7. *c.* 21. vt appaiet, fluuius erat quaſi diuinus illis. Dicere audebo: Fluuius veſter, crucem hanc quaſſato gladio dum efformat, an non veriùs & nobiliùs fluuius diuinus ac Chriſtianus nuncupabitur? Arguit namq; iſte gladius veſter impietatem hoſtis ab vna parte, radicat & figit pietatem Chriſtianam ab altera. Non enim gladius iſte eſt, vt Politicum Schiſma, gignet Eccleſiaſticum, vel Eccleſiaſticum Schiſma, inuehet Politicum: cùm pro calamis ſcriptorijs, hos gladios arripiant, & armis ſententias dicant hoſti perfido & infideli, diffluenti vt aquæ in latum & longum Deum inſinuent, & Chriſti ac Chriſtianam pietatem commendent, & ita commendent, vt hoſtes agnoſcerent & probarent.

Gladius tráſformatus in crucem ſic quatitur.

Sennacherib ſtatuæ inſcriptio.

Pietas vnde diſcenda.

Sennacherib ſtatuæ inſcriptum erat illo jubente, ſed Deo cogente. In me intuens aliquis pietatem diſce. Ita veſtris armis ſubſcriptum maneat. In hæc aſpiciens diſcat Chriſtianam pietatem. Fluuius igitur eſt familia veſtra Chriſtiana, & Chriſtum deferentia victorem. Echo ſit;

O Rex per te creuerunt hæc omnia ſolum
Imperio ſuperos qui regis atq; homines.

GLADIVS GLORIÆ.

Gladius gloriæ.

Gladius in manu Scandebergi natiuralis.

MAgnum quidem ſignum gloriæ & gladij in manu fuit Scandebergi Huniadis, dum vix natus præſentat in manu gladium à natura ſibi formatum; ſine dubio, in ſignum gaudij & gloriæ. Terror namq; fuit totius Othomanicæ domus. Nam nec alicui detra-

ctauit

ctauit pugnam, nec hoſti terga quando vertit, nec in diſcrimine aliquo obuentus fuit, nec quando (niſi ſemel ſagitta leuiter) vulneratus, pluſquam duo millia ſuo acinate occidit, *vt Paul. Iouius.* Veſtra arma dum contemplor ò Kopaſinij, non minori ſigno gloriam gladij vobis augurantur. Gladius enim eſt, & hic quaſſatus, ac inter duo flumina natans, aut certè tranſiciens. Quatuor modis traijciuntur flumina, ponte, nauibus, fluminis in plures alueos deductione, & equitatu, qui ita infringitur retractus ab equis, vt pedites tranſeant. Verùm communes iſti ſunt traiciendi flumina modi. Singularis verò eſt, qui flumina in gladio quaſſato traijcit. Excutijt enim ille omnem moleſtiæ ſenſum, qui ita traijcit: comprobauit & ſuæ nobilitatis ſtemma, & fortitudinis, neq; aliquam admiſit maculam in gloriam ſuam. Talis & tam glorioſus fuit Gladius veſter ò Kopaſinij, vndè & ſanguine rubet, & acinate triumphat, & fluminibus lætatur, & in trophæum crucis erigitur, & Strutionibus decoratur. Magna eſt gloria veſtra, quæ nullius vituperatione minuetur, omnibus laudibus honorabitur. Non ſit igitur gloria veſtra aurium inflatio, ſed fortitudinis, pietatis, virtutis exemplar & declaratio.

Flumina quatuor modis traiciuntur.

INTER FLVMINA SALVS.

ADmirabilem fontem Euripides in Bachis expreſſerat dicens:

O Archeloi filia
Veneranda virgo Dirce
Olim tuis nam fontibus
Iouis cæpiſti filium.

Quis non diceret Ioue conſiderato, ac filio ſuo totaliter capto, ſalutem ſibi cruce cepiſſe? ſed cedant ficta veris. Crux ex gladio inter flumina hinc & inde mollia, erecta & firmata: verè inter flumina ſalus. Ante quidem ſalus fuit gladius Patriæ: modo ſalus crux & gladius, ſalus Regni & Eccleſiæ. Vt veſtro victori ſcribenda in triumpho gratulatoria veniant:

Inter flumina ſalus.

Tibi Duci ſtrenuo Kopaſinio.
Quia Regiam Aquilam protexiſti.
Quia patrios hoſtes proſtituiſti.
Quia Senatum populumq; noſtrum decoraſti.
Quia Catholicam fidem defendiſti.
Hoc immortalis gloriæ monumentum
Non in campis, ſed in animis ſuis
Tui amantiſſimi tibi obſtrictiſſimi ponunt.

Digitized by Google

Talem vobis ò Kopaſinij inter flumina ponimus ſalutem,ſed neq; hanc habeat ſolùm, verùm & illam, quam Chryſoſtom. Hom. 4. affert. Ait enim: *Si gloriari cupis, gloriam deſpice, & omnibus eris glorioſior.* Eſt ſenſus. Gloriam veram eſſe vnde vera profluit ſalus, ita namq; omnium eſt glorioſior,ſi cum gloria habet ſalutem veram,ſalutem æternam. Immortalem habetis jam ſalutē, ac habebitis ex veſtro anteceſſore, habebitis & æternam ſalutem ex ſucceſſoribus. Nam nec paterna gloria vos reddit inglorios, qui ab eius veſtigijs diſsimilitudine non reſilitis. Nec ad Deum ſine fontibus lachrymarum acceditis,ad quem ſi quis ita acceſſerit, non recedit niſi quod poſtulauerit, acceperit. Ipſe enim eſt qui conſolatur flentes, dolentes curat, pœnitentes informat, vt cognoſcendo dicant, Inter flumina ſalus. Lego inter Romanas delitias ſub ſtatua Nymphæ in domo Iacobi Golotij ita ſcriptum,

Lachryma, flumina ſalutis.

Hujus Nympha loci ſacri cuſtodia fontis
Dormio: dum blandæ ſentio murmur aquæ
Parce meum quisquis tangis caua marmora ſomnum
Rumpere: ſiuè bibes, ſiuè lauere tace.

Non alia de fontibus lachrymarum pœnitentium dicendum erit; Nullus enim ſic pœnitentem turbabit rumor, licet ante bibiſſet peccata, & ſe lauiſſet iniquitate. Ita Echo Petri, ita gemitus Magdalenæ, ita Matthæi ſtudia & Zachæi voces, dicunt, docent, ſonant. Deuotis igitur ſcribite præcordijs inter flumina ſalus. *Oratio Deum lenit, lachryma cogit, hæc vngit, illa pungit.* Hier. ſuper Iſaiam.

COS GLADII FLVMEN.

Rubiginis mater.

QVis diceret flumen dare id, quod ipſum nedum non habet, ſed ſua natura tollit? Rubiginis non acuminis eſt mater humiditas aquea. At non eſt mirandum. Fortuna ſus de qua verſat omnia: regalis tamen animi potentia ipſius fortunæ, ſiſtit rotam, ſed eo minus mirandum, cum flumen interdum inducit tantam potentiam ex alto. Mare rubrum dum Pharaonis exercitum demerſit, aſpiciente Iſraële, tot gladios, galeas, clauas aquis ſuffocatas, contra quoſuis hoſtes aquis acuerunt gladios, & animarunt brachia. Apud Stricouium Virgo ad rippas ornata deponitur, vt quaſi fugiendo hoſtem, impetraret ab aduerſarijs aſcenſum in nauim, porrigunt catenam vt ſubducant ad littus, illa ligat ad palum nauim & tunc adcelerant hoſtes, & retentas naues inſperate cum hoſte poſsident. Dicite quis acuerat Lithuanorum gladios? Dicetis Naues. Virginem, ego dicam, & aquas. Gladium quaſſatum veſtrum inter flumina video, vt acuatur, flumen requirite, mirabilis namq; acuminis ac virtutis ſecuris fuit extractus ab aquis

Virgo nauem retinet.

Prophe-

Digitized by Google

Prophetæ Eliſæi. Verùm vt citiùs acquiratis tantæ virtutis flumen, Flumen pietatis vobis propono. Codem gladij ſincerè habebitis. Habet de pietate Ambroſ. ſuper Beati immaculati. *Pietas eſt juſtorum tribunal, egenorum portus, miſerorum ſuffragium, indulgentia peccatorum.* Concludam igitur Theocriti verbis: *Flumina pietatis.* *Pietatis dignitas.*

Iuſtorum ſoboles fælix.
Infauſta malorum.

FAMILIA COPASINÓRVM.

COpaſinius. *vide originem armorum.*
Sikorſcij *in Podlaſia. bello excellentes.*
Audiant poſteri, & imitentur. Non enim refert quo quid apparatu fiat, ſed quantum efficiatur, ſiquidem hoc ſpecioſior victoris gloria, quo minus habet præſidij præter virtutem.

KORAB: ARCA NOË.



In Arma Korab.

O nauis ſcopulos ventis ſuperato ſecundis
Quæ columen patriæ præſidiumq; vehis:

Donec

Digitized by Google

Donec tua erit puppis erit juſtumq́ decuſq́
Et lex Sarmatico Sanctior Imperio.
Diuitiis nam animoſa tuis recreaſq́ foueſq́
Res populi, & longas poſteritatis opes.

DELINEATIO.

Nauis Noë. EST nauis Nòé, ad ſummitatem puppis & proræ referens caput leonis, coloris flaui. Malum & vella griſea ſunt, in campo rubeo. Verum modernis diebus loco mali, turrim de ſuper dentatam ferunt. Super corpnam verò, itidem eadem nauis.

ORIGO.

A Diebus Nòé orignem habere videntur: Vtebantur his, vt quidam alludunt Neptalius ac filij eius. Demum Leſtrigon Italiæ Princeps, at cum velo & malo. *Cathalogus antiquiorem de Familia Corabitorum meminit*, *Anno* 1120. Ropecium ſeù Robertum Epiſcopum Wroclauień: ſub Boleslao Monarcha electum, qui poſt modum Cracouień: Epiſcopus *Anno* 1141. ab Innocentio Secundo confirmatus fuit, Vbi & Eccleſiam Cathedralem in arce ampliauit, & ex lapide ædificauit. Vnde colligendum venit, & antiquiora multo in Regno fuiſſe, & multis titulis ac virtutibus claruiſſe.

ARMARIVM HERCVLEVM.

QVantum nauale bellum à terreſtri periculo differunt, tantum præcellere ſuo armario nituntur. Quod ſi plurimum bellum nauale periculum fouet, nobilius armarium, quam terreſtre non immeritò habebit. Arcam hanc & Korabum, Armarium Herculeum vocabo, ob Herculea arma, corda, media, & inſtrumenta, Romanis victoriofiſsimis cum defeciſſet modus contra Carthagineń. pugnandi equis & terra, ad Punicum bellum primum nouum militiæ genus Claſsicum admiſerunt, ſed multo exercitio præmiſſo, in ipſa ac ſicca arena, *ait Polib. lib*: 1. Durum namque fuit ligno committere vitam, licet dulce bellum ſit in expertis, *vt Iuuenalis Satyra* 12. *ſcribit.* *Claſſicū bellum quando.*

Si nunc & ventis animum committe, dolato.
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor aut ſeptem. ſi ſit latiſſima tæda.

Sed ipſum nomen Armarium Herculeum repræſentat Korab, Nauis Noe. Ipſe namq; Creator mundi, author & exemplar fuit, ad conſeruandum

uandum genus humanum, & omne genus animalium greſsibilium, & volatilium. Verè Corab & Arca Noë, Armarium Herculeum fuit. Hinc & Latini, magnum quid in naui ſignificantes, à Nato vel Nauo deducunt, rectorem ſtrenuum ac celerem deducentes, alterum ſcilicet nouumq; Herculeum præſtantem & præſentem animo, virtute, prudentia. Talia Corabiorum arma ſunt, vt Armarium Herculeum ob excellentiam & celſitudinem in eis Catholicæ fidei, generis ſplendorem, Patriæ amorem, Titulorum augmentum, ſanctimoniam vitæ, pietatis odorem, dignitatum præſtantiam, fortitudinis militaris exemplum, dici mereantur. Hinc de Roberto Epiſcopo Crac. Cathal. reliquit: Vir ſingularis probitatis, quem fecit celebrem bonitas famata per orbem. Et de Ioan. Radlica Epiſcopo Crac. Vir manſuetus, virtuoſus, modeſtus & patiens in aduerſis. Et de Ioan. de Laſko, qui ex Petro Radlica originem ducebat, vt Epitaph. ſui Proaui Ioa. Radlica demonſtrat Crac. Ita Ianicius:

Armarium Herculeum Korab.

Epiſcoporum vita exemplaris.

Religionis amor, Patriæ pater, auctor honoris
Gneſna tui: Caſtus cum pietate pudor
Laſcius, ò ſancta mors ſancta ſimillima vitæ
Sic ò ſi eſt, ſunt mea vota mori.

Ioan: Laſci Epitaph.

Fuiſtis in Regno verè ſummi Epiſcopi, cùm & legati nati primum nuncupati, ſummi Senatores, cùm nullus honor abeſſet à vobis. Summi conſiliarij, cùm toties à Regno & Rege maximi legati. Summi milites, Cùm baltheum militare alijs porrigebatis, alijs eripiebatis. Adalbertus Hieronymi Laſcius, qui Palatin. Sandomir. ſit vnus pro mille, qui & Deſpotum Principem Valachiæ conſtituerat, & Scythas è Podolia ad confines ipſos Oczakouios paſsim profligauerat, ac glorioſè perſequendo, ſic triumphando redibat, vt ſpolijs onuſtus groſſo arietem, floreno bouem, miles ipſius commutaret. Profectò Armarium Herculeum fuiſtis, & eſtis. Arca tuos veneror faſces, & nomen adoro.

Hier. Laſki bellator ſtrenuus.

ARCA GLORIÆ ET HONORIS.

Militares coronas ſcribit Agellius multifarias fuiſſe, præcipuæ tamen & nobiliſsimæ fuerunt: Triumphalis, obſidionalis, Ciuica, Muralis, Caſtrenſis, & Naualis. Verùm & inter has præcipuæ fuerunt coronæ, Muralis, Caſtrenſis, & Naualis, nam poſtmodum ex auro fiebant. At ſuperabat Naualis in hoc, quia hoſtium nauem vi armatus, primus pro conſequenda corona tranſilibat. Vnde & ipſa corona, quaſi nauium roſtris inſigniebatur, & nauis ſua corona condecorabatur. Quocirca Poëta: *Et Nautæ læti impoſuere coronas.* Has Corynthios vocitabant, quæ juxta Suidam, ex ramorum ſummita-

Militares Coronæ.

Digitized by Google

Nauis militaris arca honoris. tibus erant. Iuxta alios ex hœdera, ſed tales coronæ ex hœdera ad portum jam manentibus, *ita Dempſt. lib.* 10. *Cap.* 26. *&* 27. Erat vt apparet militaris nauis, Arca quædam Gloriæ & Honoris, & ob coronam ſuam, & ob ſuum rectorem, ac dominum coronatum. Equidem in Familia veſtra Navis nil aliud fuit & eſt, quàm Arca quædam gloriæ & honoris. Reſidet namq; in vobis vniuerſa & præcipua Regni Gloria & Honos. Vobis namq; præcipuè Tyaræ, vobis Curillæ Senatoriæ, vobis inſignia militum, vobis clauæ victorum, vobis Mars & Pallas dignitates & honores detulerunt. Et inſuper quod nec ipſum Regnum prætendebat, nouos & dextros honores & titulos ex veſtra hac Arca illi obtuliſtis. *Legatus natus,* Honorem dico tituli Legati nati ex Concil. Lateranen. vobis vt præcipuis gloria & honore conſecratis. Et quicunq; tam latam ac ſplendentem familiam veſtram inſpexerit. Non aliud animaduertet, quàm quod optimos ciues Patriæ, maximos Regni fautores condecet. *Inſignia nauium militarium* Inſignia nauium (vt fertur) præcipua ſunt, Harpagus ſeù longa pertica. Manus ferrea, qua ſcilicet detineretur hoſtium nauis, Catharacta ſeù pons Corni, hoc eſt, trabes præacuto ferro ad infigendum naui hoſtili diſpoſiti, & falces quibus ad perticam alligatis funes præcindebantur. At veſtris nauibus & Armis Harpagus fuit loco perticæ longæ, Campos Oczakouien. infeſtare, loco manus ferreæ, Wojewodam Moldauiæ in Principatu detinere. Loco Catharactatum, iter ſecurum exercitui ſuo commonſtrare. Loco cornium (in quibus duo præibant cum ſcutis, vt alij facilius inſilirent nauem) ſuum pectus vt ducem ſtrenuum decet, apponere. Loco falcium, breui gladio Herculeos nodos & vires præſcindere. Tales eratis ò digni æuiterna memoria Laſcij. Tales Karpinſcij, Labęccij, Komorouij, qui juvenem cum ſenecta bello & Marte Regi & Regno in campis Vkrainen. Valachicis, Moſchouiticis, Pruthenicis, Scythicis conſecraſtis, reddidiſtis. Ergo diſcite & docete:

Quod non certanti nulla eſt ſperanda corona.
Palmam qua capitur gloria finis habet.

NAVIS VIRTVTVM.

Cato Cenſorinus tria pœnituit. AVro tegendam nauem, ſi virtutis eſt nauis. Plutarchum referentem in Catonis cenſoris vita habeo. Trium in vita pœnituiſſe, ſi quid arcani fœminæ credidiſſet, ſi illi dies abſq; fructu effluxiſſet, ſi quopiam nauigio vectus eſſet. Vltimi ratio forte eſt, quam Plinius ſenior refert, quod maris nauigatio mortis cauſa foret. Sit pœnitenda res nauis & mare. Sed Nauis veſtra dum virtutum Nauis eſt, jam delectatio non pœna, fauor non furor, gaudij ratio non pœnitentiæ erit.

Digitized by Google

tiæ erit. Antiqui intra oculum, nauis nomen inſcribebant. Erant *inquit Demoſt.* oculus locus quidam in naui, cui nomen nauis inſcribebatur. Profectò vt ad intentum noſtrum dicamus, arma veſtra Nauis, Nauis virtutum, intra oculos magnatum recondebantur. Hinc vobis Dominus paſtoralem curam animarum conſecrauit, Senatoriam, Regalem in ſumma prudentia conſiliorum firmauit. Hinc vobis veraciter populus ſcriptis & elogijs alluſit: *Oculus nauis.*

Omnibus hic vna jaceo priuatus in ora,
Nec aliud mea me quam benefacta juuant.

Lego nauem virtutum in Eccleſiaſtica Hiſtoria: Super pallium ſuum ad ſcipionem alligatum, & ſuper æquora diſpoſitum ſexaginta milliaria itineris ante horam ſextam ſpectantibus hominibus S. Raimundus Ordin. Prædicat. Magiſter confecerat. Quali modo & S. Hyacinthus fratribus ſuis pontem expoſito pallio ſuper Viſtulam exſtruxerat, dicens: *Eja fratres chariſſimi ſit iſte pons nobis Ieſu Chriſti.* Quis non exclamabit pontem virtutum pallium S. Iacynthi, nauem virtutum pallium S. Raimundi fuiſſe? Ceſſent hic joci Anacharſis, qui nauem illam ſecuram appellabat, quæ extracta foret ſuper arenam. Ceſſent & Calimachi inſultus, qui jocundum eſſe dicebat mare, ſed dum è terra illud contemplatur. Nauis virtutum alio jure, alio honore gaudet. Ejus nautæ & nauigatores, de tempeſtate non cogitant. His naufragium non eſt, non quod ſciunt diligentèr ventus obſeruare, ſed quod naues ſuas lilijs caſtitatis, odore & ardore virtutis, Hyacintho altæ diuinorum contemplationis, adornarint, coronarint. Talia ſunt veſtra arma ò Korabij, ſunt naues virtutum. Nam Petrus Radlicius Epiſc. Crac. ad caput S. Staniſlai horas Canonicas, oblationes, & ſacrificia incepit & inſtituit, ac ſuis fratribus & ouibus ipſe odor virtutum remanſit. Quapropter in Capella Manſionaria Cracou: aſſcriptum illi legimus. Vir manſuetus, virtuoſus, modeſtus, patiens in aduerſis. Quid dicam de Roberto Archiep. Gneſnen.? quid de Ioanne Laſki? eorum Elogia à Padniouio, Paprocio, Cromero deſcripta canunt, & promunt, manent eorum nomina in æternum.

Pallium ſancta nauis.

Nauis quæ ſecura.

MVNDI FIGVRA SALVTARIS.

Figura mundi nauis.

VAriam & mundi ſalutarem figuram Cæſar Rippa habet, orbem cum cruce, orbem inter cornu copia. Sed inconcinne alius hoc modo. Inter ſuſpirantem & inter lipporum oculorum viros dum ſedeæet, quærenti quid faceret, reſpondit: *Inter ſuſpirantem & lachrymas ſedeo.* Profectò mundus (ſi rectè inſpexeris) talis eſt, vt qui illum dignè pertranſire vellet, ſuſpirare & lachrymare deberet. Totus

namq; in maligno poſitus eſt, totus vallis lachrymarum eſt, nec optat aliud homini quam naufragium vitæ. Vnde D. Ioan. in Canon. expræſſe docuit, dicens: *Quidquid eſt in mundo, vel eſt concupiſcentia carnis, vel concupiſcentia oculorum, vel ſuperbia vitæ. Quis igitur in tot ac tantis ſcopulis ſcilla & Charybdi multò periculoſis non allidet?* Sed nauis veſtra ſalutaris eſt. Nouit & docuit fugere tot & tantos Catharactarum & ſcopulorum vortices. Vtuntur namq; jucundi medio. Vlyſſes dum Syrenum cantus fugeret, obliniuit & obturauit cera aures ne audiret, pedes & manus alligauit malo ne procederet. Vos Chriſti corona texiſtis aures, ne mundi ſybillos admittatis. Cruci Saluatoris cor, & manus perpetuò alligaſtis, ne quando vos à cruce vel crux à vobis ſeparetur. Iocundum Siculi dictum & factum. *Bruſon. lib. 4. C. 25. refert*: Per mare ficus vehebat, ſed procella correptus naufragium fecit, ſaluus tamen cum rediјt, & ſederet ad littus, mare tranquillum conſpexit, & dixit: *Noui quid vellis, iterum ficus, non habebis.* Non habet mundus à vobis ficus ò Korabij, ſed omnia veſtra Deo, & cœlis conſecratis, ideò nauis hæc veſtra, eſt ſalutaris mundi figura.

Salutaris figura mundi nauis.

Vlyſſes Syrenas quomodo fugit.

Ficus mari non committas.

LINEA FAMILIÆ CORABIORVM.

Mijors Korab, *cui hæc arma primitus juxta Dlugoſ. collata fuerunt.*

Ropecius ſeù Robertus Epiſc. Vroclau. De hoc Cathal. & Dlugoſ. de Familia Corabitarum 1120. *Tranſlatus in Epiſc. Cracou.* 1141. *De illo Cathal. Vir ſingularis probitatis, quem fecit celebrem bonitas famata per orbem, cujus optimarum virtutum fragrantia effecit, vt Eccleſia Cracou. eum pro ſuo regimine depopoſcerit, genus ducens nobile ex domo militum Poloniæ, quia Galeam ſeù nauem marinam pro inſigni deferunt. De illo Kantſcius*:

Fœlix qui pietate ſacros mercatur honores
Non donis, precibus, ſanguine, obſequijs.

Ioannes Radlica Epiſc. Cracou. ex nobilibus parentibus Michaële & Chriſtina de villa Radlice propè Caliſſiam ex Cancell. Epiſc. Crac. 1380. *Auxit bona Eccleſiæ Cracou. & horas diurnas & nocturnas, offertoria & oblationes ad caput S. Stanislai inſtituit, prouidit. Ioannes de Laſko Archiep. Gneſn. ei vt proauo ſuo epitaphium erexit. De quo Chriſtoph. Kantſcius:*

Ars mihi donauit laudem, donauit honores,
Ars quoq; me Regis fecit amore frui,
Hæc eadem ſacrum largita pedum, hæc quoq; vitam,
Dum mihi nec quicquam pota venena nocent.
Diſcite quorum animus, menſq; atria ſuſpicit alta
Doctrina ad celſos eſt via prima locos.

Balduinus

Digitized by Google

Balduinus Gallus Epiſc. Cracou. de eiſdem armis erat, vt ex Hiſtoria Gallica F. Antoninus S. T. Magiſter Ordin. Prædicat. adnotauit. De quo Kantſcius:

Artibus ex varijs ingens, ex Iure ſacrato
Balduino multo gloria major erat:
Vir bonus & facilis venientibus atq; benignus,
Inſignis generis nobilitate ſui.
Omnia pauperibus prompte donabat: auaris
Ingens Præſulibus Presbyteriſq; pudor

Aſſumptus Anno 1103. *ſedit annis quinq;.*

Petrus Radlicius *Caſtell.* 1400.

Laſco *Albert. Caſtell. Ladenſis ſeu Lęcicen. Dlugoſ.* 1417. *Eius filius Stanislaus Vexill. Sieradien. Inde poſtmodum Laſcij. Ioannes Arch. Gneſnen.* 1510. *ab Iulio* 2. *Summo Pont. Tit. Legati nati in Concil. Lateranen. adornatus. Vixit in munere Paſtorali annis* 21. *Ex Cancellario Regni ad Archiepiſc. aſſumptus fuit.*

Hieronymus Laſki, de quo plurima Philip. Padnionius in Elogijs refert. Eius filius Adalbertus Palat. Sieradien. Deſpotum in ſede Valachica conſtituit, & Scythas ad Oczakow inuaſit, vt prædam boum floreno, ouem groſſo venderent militum aurigæ. Stanislaus frater germanus. Nati fuerunt ex Lanczkoronſka, reliquerat Inciſorem Regni Nicolaum Capit. Kraſnoſtauień. Horum Sorores & filiæ cum magnis & illuſtribus viris connubia celebrarunt, vt Paproc. habet.

Kowalſcij *in Sieradienſi Palat. Aliqui illorum militarem vitam exercentes contra Scythas, in Podolia domicilia elegerunt, vbi decorarunt domum non pretioſis ornamentis, ſed inhabitantium virtutibus.*

Lopateccij *in Sierad. terra, Patriæ & Reipub. res graues & honeſtas amplexi ſunt.*

Pieczanowſcij. *Tria requiruntur ad omnes in repub. res & actiones perficiendas, adminiſtratio, obedientia, & victoria. His ipſi inuigilarunt, & proficiunt.*

Gorziccij. *Dicebat Democritus:* In juſtitia eſt facienda non facere, ſed declinare. *Fecerunt quod & quantum nobiles voluerunt.*

Godziątkowſcij. *Eſt turpe rem loqui turpem, & quid facere! Cauti in vitio, ſolertes ſunt in nobili officio.*

Piątkowſcij, *vt bonis & honeſtis viris virtus eſt propria, ita otioſa & incontinens vita, malis eſt propria.*

Luteníſcij *in Sierad. Viri fortes, quibus non eſt neceſſe mœnibus.*

Czartkowſcij *in Sierad. Educati Patriæ. Illa autem Ciuitas non eget mœnibus, quæ juuentutem alit bellis idoneam.*

Oſtrowſcij *in Sierad. Fortes dicimus: ſed fortes ſunt, non qui vitam quovis modo contemnunt, ſed qui tanti faciunt virtutem, vt hujus gratia vitam alioquin charam negligant.*

Ruſoccij. *Caute procedere in bello ſapientiæ eſt. Non enim fortitudinis ſed amentiæ eſt, ſemet in vitæ diſcrimen conijcere.*

Sliwniccj. *Præpoſitum Poſnan. Archidiaconum Gneſnen. Epith. Gneſnæ refert* 1551. *Alij in Caliſ. Palat. in Sliwniki Nicol. Alex. Petrus germani fratres. Petri filij, Petrus & Andreas Rothmag. contra Carol. Sueciæ. Ex Loſiecka reliquit octo filios, ex quibus alij religioſi, alij milites. Excelſi animi eſt, in gratitudine non deterreri, à ſtudio benè merendi de omnibus.*

Poradowſcij, *de magna Poradij in Palat. Rauenſi. Acceperunt pronomina hæc* Grziuouie, Kogouie, Kiendouie, Bialuchouie. *Valerianus Grziua ſtrenuus miles Stephani & Sigiſmundi* III. *tempor. Cùm Maximilianus Cracouiam exercitu cinxerat, ille Peditum Rothmag. cum* 30. *ſatellitibus tranſiliens muros Ciuitatis, duos Capitaneos & hoſtes inuaſit, cæpit, & carceri mancipauit: pro quibus meritis Aduocatiale munus in Capitaneatu Biecenſi accepit. Reliquit filium Andream vicegerentem Martini Kazanowſcij copiarum in Moſchou. Sigiſmundus Kog dictus Vicecapit. & Iudex cauſarum Caſtren. Leopol. per annos* 20. *Nicolaus Bialuch dictus Notar. Caſtren. Præmisl. cujus filius N. ſtrenuus miles ſub regimine Nicolai Potocki, Campiductoris exercituum Regni.*

Labęccij, *qui diuiſione bonorum cum Koualſcijs, à Labęcie dicti Labęccij, ſicut illi à Kouale dicti Koualſcij, in Sierad. Valentinus & Iacobus poſt militares fructus in Podolia domicilia conſtituerunt. Valentini Capit. Barenſis filium, Remianus vſq; ad Senectam in Moſchou. Pruſſia contra Scythas & Coſacos ſtrenuus miles. Iacobus reliquit Petrum Rothmag. Fratres patrueles horum Iacobus, Hieronymus & Stanislaus tenutarius Luczyncij in confinibus à Tartaris & Moldauis.*

Karpinſcij *in Nurſcenſi diſtrictu de Karpin. Relictis bonis in Karpin fratribus, Petrus in terra Lencenſi Gutij emit. In Pruſſia ex Niedzwiecka reliquit Andream, Hieronymum, Sigiſmundum, & Iacobum, qui militaribus diſciplinis eruditi, Carolo Curlandiæ & Sepuſiæ Dominis affecti & dilecti. Andreas ex Grabowſka reliquit Simonem, qui in Poloniam adoleſcens deductus, à prima languine ad ſenium vſq;, ad Smolenſcum cum Romano Hoiſki, in Moldauiam cum Michaële Wiſniowiecki, & Alexandro Palat. in Cecora contra Skinderbaſſam, contra Scythas ad Bednarow, contra Coſacos rebelles ad Krukow, & Cumeiki, atq; Starzec, indefeſſe pugnauit. Retulit ornamenta militiæ ſuæ in pectore & fronte.*

Karſcij

Digitized by Google

Karſcij *in Sirad. N. Canonicus Poſnan. & Cameneceen. Mentis integritati habitus & cultus congruit.*

Kotowieccij. Dąbrowſcij.
Galęſcij. Nadſławſcij.
Radliccij. Woiſławſcij.

Animi robore, & vi naturæ magno vſui ſunt Reipublicæ.

Skulſcij. Kucharſcij.
Miłaczewſcij. Bobkowſcij.

Hi diuiſione bonorum à Radlicijs varia ſortiti ſunt cognomina. Sed quoniam ætatem ſuã virtuti & Marti conſecrarunt. majoribus euehendi ſunt nominibus: cùm virtus abũdè ſui ſit præmium, quicunq́ ſequatur euentus.

Czacharowſcij *in Caliſſ. terra, digni ſuo honore, quorum quidem honos alit, non ſolùm artem, ſed & virtutem.*

Pieruccij, *agunt dignitati ſuæ congrua. Turpiſſimum enim eſt nobili ſecus viuere quam natus eſt.*

Lobeſcij *in Poſnan. Palat. Amicos ſibi vita virtuoſa, & moribus gratioſis compararunt. Vulgatum enim eſt, neq́ ſolem, neq́ aquam, neq́ ignem magis vtilem eſſe hominibus, quam amicos.*

Soboczcij *adjuuarnnt naturam compoſitis actibus. Natura enim dat viuere, actus nobiles benè viuere.*

Gątkowſcij *in Poſnanienſi Palat. litteris & moribus, ſuis & Reip. dilecti. Ex quibus Petrus, Balthaſar & Albertus ad omnem vitæ conſuetudinem honeſtam vtiles.*

Bronowſcij *in Cracou. Palat. digni laude excellenti. Nam apud bonos in bona cauſa, ſuperuacua eſt commendatio, quum ipſa res impetret, quod precibus exoratur.*

Zadzikouij, *antiquæ familiæ. Hos numerabo poſteros quaſi indices prædeceſſorum claros in toga & marte. Quorum Petrus Zadzik de magna Poradowo in Palat: Rauenſi locata, tranſtulit habitationem in Satrapiam Siradienſem, Anno Domini 1471. domi & foris prudentia clarus, amicorumq́ obſeruator integerrimus. Reliquerat is ex Druzbinſka filium Albertum, linguæ Arabicæ peritia clarum, militiaq́ bonum. Atq́ eam ob rem ſæpiùs in cauſis Reipub. à Diuo Sigiſmundo Auguſto in Thraciam miſſum. Is deinde duos ex Puczkowna filios ſuſceperat, Stephanum Tribunum Syradienſem, qui ſteriliter deceſſit, & Ioannem virum animi generoſi, & virtute propria magis, quàm opum amplitudine, maiorum ſuorum gloriam exornantem. Hic habuit in coniugem Borſſæ filiam Heduigim, ex qua ſuſceperat ſex filios, & tres filias. Quarum prima nomine Anna, Alberti Sarnowſki Vexilliferi Lencicienſis coniux fuit: hæc, præter filias, duos marito hæredes reliquit,*

Iacobum

Digitized by Google

Iacobum Canonicum Crac: & Stephanum egregie indolis iuuenem. Altera nomine Catharina, quæ dum ſeruire Sponſo Æterno in caſtitate elegit, Ordinem S. Franciſci de Obſer: Crac: inter moniales amplexata eſt. Accepitq́ nomen Tereſſiæ in Religione, quam virtutis merita multoties matrem Religioſarum conſtituerunt. Tertia nomine primæ Matris noſtræ Euæ inſignita, Ioanni Lowicki Caſtellano Inowlocłauienſi in matrimonium data, inter reliquas ſoboles, filium ad omnem virtutem aptum, Albertum nomine genuit. De filijs verò Ioannis Zadzik primus erat Mathias, totus ad Martem natus, & qui in congreſſu bellico, regnante Sigiſmundo III. in vrbe Moſchouitarum metropoli, editis fortibus factis, ante oculos Ducis ſui Alexandri Zborowſki occubuit. Alter fuit Remigius, qui itidem ad militiam aſpirans & Bellonam, Camenecij in Podolia vitam finiuit. Hieronymus verò, dum litterarum floſculis iuuentam adornare conaretur, ad nobiliorem ſpeculationem ſuperorum translatus fuit. Prout & Stanislaus ab ipſa iuuentute armis deditus. Qui dum bella Moſchouitica ſecutus Aquilam Regiam feliciter expediuiſſet ob animi fortitudinem & virium robur, Duci Exercituum Supremo Stanislao Zołkieuio, chariſſimus, Leopoli in Ruſſia Fatis ſublatus eſt. Quorum ſæuitia tandem & Ioannes minor natu exſtinctus iam, cum & titulo Vexilliferi Syradienſis, & honore Aulici Regij gauderet, luſtraſſetq́ caſtra, & exteras regiones. Tenuit connubia ſacra cum Theophila Kretkowſka Palatini Breſtenſis filia. Quæ vidua relicta, reſiduum vitæ ſuæ in Ordine S. Tereſſiæ religioſo voto conſecrauit.

Nunc periodum familiæ claudit ſecundo genitus in ordine Iacobus Epiſcopus Crac: qui vt ipſe virtute ornatam adoleſcentiam ad culmen litterarum ſplendidè deduxit, ita Patriæ conſultum eſſe cupiens & amicis, vt Zadzikorum nomen omninò interire videatur, Zadzikouianos Alumnos, in Contubernio Hieroſolymitano, penes Academiam Cracouień. æternitati ſacrauit, & vbi ipſe olim bonarum litterarum progreſſus fecit, veluti filios conterraneos, ſuos omni diſciplina & humanitate imbuendos, poſteris ex fundatione magnifica, ad innouandam Zadzikouianam memoriam reliquit, melius in optimis ciuibus, quam in conſanguineis hæreditatem collocari exiſtimans. Ipſe olim iunior Aſtreæ deditus, Peruſij in Vmbria, honores & laurum promeruit, inq́ Regia Sigiſmundi III. Secretarij Magni titulum compluribus annis geſſit. Tandem Epiſcopus Culmenſis renunciatus, Vicecancellarij atque demum Cancellarij Supremi gradum conſecutus, pacem cùm Moſchouitis nomine Sereniſ. Regis Vladislai IV. tractauit, & perpetuam concluſit. Prout & cum Suecis in Pruſſia, primò inducias ſexennales, iuſſu Diui Sigiſ. III. confecerat, deinde pacem longiorem annuente Sereniſ.

reniſ. Vladislao IV. qui nunc feliciter nobis præeſt, totiusq́ Regni ciuibus. Quibus, vt per omnia induſtriam ſuam probaret & affectum, promotus ad Epiſcopatum Cracouień. & fabricas complures vſui publico exſtruxit, & pro anima ſua in diuerſis Eccleſijs fundationes fecit. Hoc vnicum intendens, vt quàm maximè poſſit prodeſſe patriæ, defendere Rempub. tueri ciues ſuos, vitam ſine libertate minimi facere, etiam præferre mortem ſeruituti. Hæc qui ſecum reputat, qui ſentit, ille mihi præſtans & magnus Ciuis videtur, ille dignus in quem vnum à ſua patria omnia ſtudia, omnes honeſtates conferantur. Atq́ tandem cum Sanctis in gloria cæleſti, vita ſempiterna.

Brzozowſcij *in Podlaſia. Chriſtophorus Succamerarius Podlaſiæ. Sicut ratio vitæ, naturæq́ noſtræ ita comparata eſt, vt alia ætas oriatur ex alia: pari modo virtus ex virtute, & dignitas ex dignitate procedit.*

Taruſowij *in Podlaſia in Bilſcenſi terra. Georgius reliquit Petrum & Ioſephum. Petrus reliquit Adalbertum Vexilliferum Podlaſiæ, & Stanislaum Succamerarium terræ Bilſcen. qui Iudex Tribunal. & Nuncius in Comitijs Regni multoties electus fuit.*

Bojemſcij *in Liuen. terra. Omnia deflorescunt, ſola virtus perenniter manet, quæ vobis arridet.*

Laſkowſcij *in diſtrictu Varſauien. In vita nihil eſt niſi prorogatio miſerrimi temporis, qui tamen bene illo vſus fuerit, fælix & beatus erit.*

Chojeccij *in Liuenſi. Matthias Theſaurarius Liuenſis, & Reipub. benè meritus. Quid pulchriùs eſt quàm viuere optantibus cunctis?*

Zdzieniccij *in Varſauienſi terra. Virtuti veſtræ eſt qui inuidet. Vnde Seneca de beata vita:* Vides tu iſtos qui eloquentiam laudant, qui opes ſequuntur, qui gratiæ adulantur, qui potentiam extollunt? Omnes iſti ſunt hoſtes, vel eſſe poſſunt. Nam quàm magnus minantium, tàm magnus inuidentium populus.

Chizanowſcij: *honeſti cultor, virtute contentus.*

Iankowſcij *in Maſouia. Quisquis ad virtutem acceſſit, dedit generoſæ indolis ſpem.*

Czepiele: *Nicolai eſt Epitaph. Cracouiæ in arce.*

Omnibus hic vna jaceo priuatus in ora,
Nec aliud mea me quam benefacta juuant.

Chrzanowſcij *in Varſauienſi diſtrictu. Nunquam inutilis eſt opera ciuis boni, auditu, viſu, nutu, inceſſu prodeſt.*

KORCZAK Primo.



DELINEATIO

EST Cyphus aureus intra quem canis caput, vel vt alij, ſedens canis ora cyphi pedibus premens, coloris griſei, campus rubeus. Gallea adornatur Pauonaceis pennis, inter has ſunt tria flumina coloris albi, ita vt vnum aliud longitudine ſuperet, longior verò fluuius caput obtinet.

ORIGO.

ANtiquam familiam in Regno Poloniæ Hiſtorici aſſerunt, & Principibus Sclauoniæ conuenientem primitus affirmant, demùm Regno Vngariæ, & inde defluxit in Regnum Poloniæ. Dignitas tamen majorum in Ruſsia apparuit. *Vnde Dlugoſſus*: Genus Ruthenicum qui tempore priſco Cyphum & in eo canem ſedentem deferebat. Et Chriſtoph. Kantſcius in vitis Archiep. & Epiſcop. Crac. de 23. Epiſcopo Cracou. ita refert: Procopius Ruthenus Epiſcopus Cracou. aſſumptus 1293. Alij 1288. Paproc. Cracou. ſepultus, cujus munus & dignitatem ita deſcripſit:

Procopius Epiſcop. Crac: Ruthenus.

Hic binis tantum tibi Grachia præfuit annis
Succeſſus propera morte trahente ſuos
Qualis vir fuerit, neſcitur, tempore nobis
Si tamen ex noſtro colligere iſta licet

Magnus

Digitized by Google

Magnus erat, magnis hoc tempore dantur honores.
Prudens & ſapiens qui tenet alta ſatis.

Crom. lib. 9. & Paproc. & Bielſc. Conſanguineum Monarchæ Leſchi ex linea materna à Criſtina Ruthena. Quocirca vocatus & Ruthenus à Dlugoſsio Cancellarius Leſchi nigri. Sed quo pacto initia tantorum armorum in Vngaria contigerint, difficile indagare. Oritur namq; ex dictis originis apud hiſtoricos, à cane tali, & canina littera, & canina facundia. Verùm quicquid dicant refero, tu collige cætera lector. Canina littera eſt, ſeù fabuloſa & indignitatem referens, electio Regis Vngariæ, dum ſumma diſcordia votorum, in diuerſas partes ſecaretur, tandem conueniunt, vt ille qui ingrederetur primus ad Electores Rex illorum fieret. Ingreditur (dùm expectant) canis. Illi quaſi diuinitus factum putantes, canem in Regem aſſumpſerunt, præparant menſam Regiam, canis locum primum occupat. Inciſor aptando carnes pro Rege, oſſa in peluim deicit, ſed mox canis ad os excurrit, indignatus inciſor, amputauit cani caput, dicendo: Si Rex es, non ſis canis. Inſequuntur Vngari inciſorem, at ille per tria flumina fugiendo, vitam ſeruauit. Huic poſtmodum illa flumina in Arma ceſſerunt. Canina verò facundia talis eſt. Zoardus Attylæ temporibus magnum exercitum pro Attyla in Apuliam & Calabriam deducebat, *vt Anonymus Vngarorum refert*, eius poſteritas bellicoſa diuerſa Regna peragrauit, incoluit, maximaq; laudis ſpecie adornauit. Pro inſigni deferebant aureum Cyphum. Contigit verò vt poſt deceſſum Principis Vngarorum Zoardi Attauus, vel alius prædeceſſor locuples ſubſtantia, & clarus Marte, vnanimiter in Principem electus fuiſſet. At ſagax & prudens vir inconſtantiam illorum præ oculis dum habet, rationes excuſabiles obtulit, & ne ſibi deferant amplius, nominauit in Regem de Familia Canina ſtrenuum virum, quem & antiquiorem multò familiam aſſerebat, ſicut certè antiquiſsam eſſe referunt. Nam Oſiris Chani filius, cane pro inſigni vſus fuit, cum lupo & vomere, & Anabin filius Oſiri Cane ipſo vtebatur. *Vide Diodorum Siculum, & Syntagma de Symbolis ſtemmatum ad Alciatum*: Elegerunt igitur in Regem illum de familia Canina. Ac inde fabula mox excreuit: Vngaris canis imperat. Sed cùm ille Caninus Tyrannicè regnum adminiſtraret, & opprimeret libertatem Vngaricam: imponunt tantæ oppreſsionis rationem Cypho, ſeu viro hoc ſigno inſignito. Quapropter meditari cæpit de vita illius, quem & occidit, ac caput illius in Cypho Vngaris detulit, & reddidit. Iterum cùm Rex eligitur, recuſat. Alium eligunt, ſed in æuiternam memoriam, quod Tyrannum occidiſſet de domo Canina, caput canis in cyphum illi pro ſtemmate detulerunt, ſed ne quo modo fama læderetur ſua in poſteritate, addidit nouus Princeps illius armis flumina tria,

Flumina inſigne.

Ciphus aureus inſigne.

Canis inſigne.

Ciphus cum cane inſigne.

Flumina tria inſigne. Danubium, Sauam, Ciſam aut Drauam, ad quorum rippas plurimas de hoſte detulerat victorias, pro victricibus pennis ſuper galeam.

STRENVI MILITES.

Miles ab aratro. Diuerſis modis ſtrenuus miles efficitur. Romani ab aratro ſtrenuum militem vocabant. Non enim illis rubor fuit, eburneo ſcipione depoſito, agreſtem aratri ſtiuam repetere. Sic Attilij manus ruſtico opere attritæ, ſalutem publicam ſtabilierunt, ingentes hoſtium copias peſſundarunt, & quæ priùs arantium boum iuga dirigebant, poſtea triumphalis currus habenas retinuerunt. Ponat rationem dicti Sen. Nullum laborem recuſant manus, quæ ab aratro ad arma transferuntur; hinc miles fortior ex confragoſo cùm venit, at vnctus & nitidus in primo puluere deficit. Sed quicquid ſit de milite ſtrenuo, quomodo efficiatur, noſtri propoſiti eſt, quo ſtrenuus miles inſigniretur, adnotareturq;. Menapios & Tertiodecimanos inſignes Romanorum milites adnotatos fuiſſe lego *apud Pier. lib.* 5. *cap.* 17. & 18. imagine canis; *Canis ſignum militare.* multis profectò ex rationibus, vel quod canes inter ſe rixantes, ſi illis offeratur fera illis inuiſa, mox facta pace vnanimitèr in feram conuertuntur. *Canes rixantes concordãt in lupum.* Hoc Dacorum Dux Cocis vel Cocio, aut Scorillus (variè enim nominatur) populis inter ſe diſsidentibus Romanis in exemplum lupo dimiſſo ad rixam canum protulerat. Vel ob magnanimitatem ipſis innatam, & hoc quidam Rex Albaniæ teſtatus eſt, qui Alexandro Magno canes miſerat, qui in lupum, vrſum, & aprũ nec mouebantur, viſa enim erant parua animalia illis: *Canis magnanimitas.* leonem vero & elephantum ſubito ſtrabant, *Plin. lib.* 48. *cap.* 12. Vel ob quandam à natura inſitam canibus prudentiam: *Canis prudẽtia.* Nam Ægyptij canes ex fluuijs neque cumulatim, neq; libere bibunt, ſed conjectis in præterfluentem oculis, aquam quaſi ſuffurantes bibunt, & ſitim reſtringunt, *Ælian. de var. hiſt. lib.* 1. Inde deducere liceat ex canum hac conſuetudine & natura, militem quoq; *Militis officium.* rejectis ſimultatibus & priuatis odijs debere in hoſtem vnanimitèr ruêre, & hoſtem magnum paruis viribus tollere, conſilio magis quàm ſanguine vincere, non ſpolijs, ſed famæ incumbere debere. Demus igitur gratis, canem, ſtrenui militis, lucidam imaginem fuiſſe: at mihi videtur, imago fidelis & ſtrenui militis præſtantior eſſe, Cyphus aureus cane & fluminibus cohoneſtatus. Quæ & qualia militis ſtrenui non comonſtrauit officia invictus Zoardus ejuſq; clara poſteritas? Hoc nobis Regna Italiæ, Apuliæ, Neapolis, Calabriæ, Ducatus Venetiarum, trophæa Attilæ, Polonia, Vngaria, Ruſsia referant. Hæc omnis ſtrenuitas Cypho aureo prælucente illis obuenit, Quid ſi tam ſplendenti Cypho aureo ſuperaddantur flumina tria Vngarica?

garica? Quid ſi canis Tyranni inſigne & libertas adſcita adjungatur, quam ſtrenuos milites nominabis? *Dicebat Ariſtot. Topic. 3. cap. 1.* Quod ineſt rei meliori, melius eſt. En aureo Cypho gentile caninum acceſsit, en his tria flumina, Danubius, Saua, Cilla, aut Draua adjungitur. Melius igitur ſtrenuum militem arma moderna quam antiqua eliciunt & depingunt. At rurſum ego ſtrenuos milites te familiam Cyphorum, nedum ex armis, ſed & ex indefeſsis pectoribus nominabo. Hoc mihi Procopius Capit. Ruſsiæ, Iurgius Capit. Zidacouiæ. Chodorowſcij, Zorauinſcij, Komorowſcij, cæteræ quoq; ampliſsimæ domus, & familiæ Illuſtriſsimæ veſtræ inſibillant & ſuggerunt:

Melius eſt altero quid.

Strenuus miles ex pectore.

O genus Heroum, ò domus contermina Marti
Geſta foris celebro, ſint potiora domi.

VITA SOBRIA ET SOLERS.

EQuidem hoc titulo non ſolùm ſolertia, ſed & virtutum corona adhibenda venit. Hinc Apulejus ſobrietatem, ſapientiæ omnis primarium eſſe fundamentum, quod in ſe virtutum omnium ſemina continet dixit. Et ratio inquit eſt, nam ſobrietas eſt ſpecies temperantiæ, comes prudentiæ, inperſpicientia veri & falſi fortis eſt. Quapropter & Plato in Gorgia. Qui ſanus ac beatus eſſe velit, virtutem ſobrietatis exerceat quia cuſtos eſt vitæ hominis, addit in Charmonide. Cypho aureo maximè conuenit ſobrietas, ad ſplendorem namq; potiùs quam ad ſobrietatis ignominiam conficitur, hinc non popularis, ſed Regum & Principum illius vſus fieri ſolet. Sed, proh dolor, domui Cyphorum, ſunt aliqui jam qui non Martem, ſed Bacchum, non venationem, ſed Venerem aſſcribunt. Deploranda ſane eſſet tam odioſa degeneratio à virtute; deplorandum quod qui contra inimicos crucis vires exercebant, eorum poſteri potibus, ſcortatione, ebrietatibus pugnant; deplorandum, inquam, nam vacantes otio, marcentes crapula, vitam degenerem ducunt, & nomen ac officium nobilitatis & militiæ dehoneſtando, æternum væ inchoant. Verùm non deſperandum. Scio namq; vota Reipub. & optimè affectorum, conceptam ſpem de vobis. Ajunt enim:

Sobrietas quale bonũ.

Ciphi aurei vſus cui conuenit.

Apoſtropha inbibaces.

Tempus erit quando vnius ſtupefacta vetuſtas
Totius voluet geſta, canetq; Domus.

Idem vobis à Domino precor, ò clariſsimi ſucceſſores, ſicut & ſolertem ſobrietatem inſcribo. Aduertite quod antiqui Baccho nunc capita papaueris, nunc ferulam adhibebant, manuiq; inferebant; ſobrietati verò ſolerti dantur coronæ, lumina, palmæ. Indè Epiphanius. Sobrietas virtutum penè omnium ſeminarium eſt, quam vnam qui habuerit, & cæteras

Bacho offertur ferula.

Digitized by Google

Sobrietatis encomia. cæteras etiam facillimè habebit. Cogitate igitur, quanto ſudore majores veſtri tantos honores & titulos, quantoq́; ſanguine, virtute,& labore conſecuti fuerunt, eos conſeruarunt, & poſteritati reddiderunt. Profectò ſumma ſobrietate, ſumma ſolertia. Iſta vobis demonſtrabunt Chodorouſciorum ſepulchra in Dominico Prædicatorum Leopoli. Iſta docebunt inſignia Struſſorum Camenetiæ in Podol. hæc dicent *Solertia à Dijs.* Barzij, Goraiſcij, Braniccij &c. Seſoſtrides ſolertiam & conſilia à Mercurio, vt Ægyptij referunt, didicit: Ego verò hos vobis ob oculos pono, vt ſimilem ſolertiam, ſobrietatem & virtutem in eis vti in ſpeculis contemplantes, ex illis diſcatis habeatisue.

FIDELITAS VERA.

ENituerat maxima in Regnum & patriam fidelitas in Zoardo veſtro atq́; illius poſteritate, & prædeceſſoribus, vndè plurima fidelitate commoti illorum Principes & nobiles ea ſibi à dijs optabant & precabantur: *Fidelitas in patriam benedicitur.*

Ille habeat Natos, habeantq́ nati nepotes,
Qui longa augmentent poſteritate Lares.

Adfuit Deus, & ad annum 1640. non indixit domui periodum, ſed in multis familijs conſeruat & multiplicat. Crediderim quod prouidentia & conſeruatio familiæ à Deo, non alio ſtetit quam fidelitate vera. *Fidelitas vera qua.* Vera autem fidelitas eſt primò, cùm ſcilicet totum in ſe habet homo, totum autem in ſe habet, cùm ſe habet; ipſe autem ſe habet, qui Deum habet; Deum autem habet, qui eum credit & confitetur authorem, redemptorem, judicem, & glorificatorem. Vera fidelitas ſecundò illa eſt, de qua *Cic. lib. 2. Rethor.* Fides ſanctiſsimum humani pectoris bonum nulla neceſsitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Vre, inquit, cæde, occide, non prodam; ſed quo magis ſecreta dolor quæret, hæc illa altius condet. Hæc ac tanta fidelitas regnat in ſtrenua Ciphorum domo. Sunt fideles Deo, fideles Regi, fideles Patriæ. Quapropter illos tyara Epiſcopali, iſtos honore Palatinatus, Caſtellani, Succamerali, Capitaneali adornarunt. Cyphus veſter tam ad- *Ciphus ſignum fidelitatis & cum ſuo cane.* mirando cane, ceù lilijs, vel margaritis adornatus, magnæ fidelitatis indicium fuit & erit, & ſi quæ celebris fidelitas canum erga Dominos qualis fuit illa Sabini, Iaſonis, Licij, Liſimachi Regis, & Hieronis canum, de quibus *Fulgoſ. lib. 5. cap. 2.* Major veſtra fuit erga Dominos & Patriam. Fuiſtis fideles in Senatu, fideles in judicio, fideles in bello, fideles in pace. Ergo itote quam celerrimè, non poteſt enim juſta diligentia vnquam reprehendi.

Familiam Armorum Korczak Primò poſt inſigne Armorum Korczak Secundò lector videbit.

KORCZAK

KORCZAK Secundò.



DELINEATIO.

SVnt Arma in contrarium diſpoſita à præcedentibus. Tenent in medio flumina tria coloris albi. Super galeam autem eſt ciphus cum medio canis. Similia arma deferunt nobiles Veneti præcipuè familia Donati. Eorum ex numero Paulus IV. Pontifex Maximus fuit, & Princeps Venetorum alter. Differunt tamen à noſtris armis, alij namq; in galea ponunt roſam ad flumina, alij duas, alij tres Roſas, cùm & Nobiles Neapolitani eiſdem vtantur. Secundò differunt quia illorum flumina coloris rubei, nec vnum eſt breuiùs alio, quapropter videntur maximè diuerſa. *Flumina roſis notata.*

ORIGO.

IN Armis ſuperioribus multa de origine diximus. Addo hoc, quod poſt annos 120. permutatio armorum facta à Sereniſsimo Rege Ludouico Regnorum Poloniæ & Vngariæ in gratiam Demetrij Theſaurarij Regni Poloniæ, *vt Dlugoſſus refert* : & hoc ideò, quia fabula inualuerat, quaſi aliquando canis Rex Vngarorum fuiſſet. *Tranſpoſitio armorum Korczak.*

FLVMI-

Digitized by Google

FLVMINA PARADISI.

Flumina paradiſi ſymbola fluminum Paradiſi cæleſtis dignitas.

PAradiſum terreſtrem flumina quæ alluunt maximi ſunt ſplendoris, ex illis enim aurum bdellium & cætera pretioſa mundi leguntur. Verùm multo nobiliora flumina in armis veſtris video, quorum ſcilicet illa Paradiſi ſymbolum quoddam & flumina erant. Flumina namq; ſunt quibus fideles Chriſto ad verum æternum & ſanctum paradiſum appulerunt. Paradiſum inquam, ad quem S. Bernardus aſpirando & ſuſpirando, ita cecinerat in Serm. *O beata regio paradiſi, ò beata regio deliciarum ad quam ſuſpiro de valle lachrymarum, vbi ſapientia ſine ignorantia, vbi memoria ſine obliuione, vbi intellectus ſine errore, vbi ratio ſine obſcuritate fulgebit. Beati qui habitant ibi & laudabunt Deum in ſæcula ſæculorum.* Flumina armorum veſtrorum ad tam glorioſam demonſtrant viam, ducuntq; paradiſum, commutata namq; ſunt in vobis nobilitate generis ac virtutis Chriſtianæ ſplendore, in flumina limpidiſsima tria, charitatis, religionis, ac vitæ perfectæ. De quibus R. P. Regens Cracou. Bartholomæus Golankouius Ord. Carmelitarum, in typo ſempiternæ felicitatis B. Andreæ Curſini Epiſcopi Feſulani Ord. Carm. ad Reuerendiſs. Andream Archiep. Leopol. Abbat. Sieciechou. vnum de Armis veſtris ita dicebat.

Flumina Prochniciorum.

Flumina terna fluunt dum claro in ſtemmate claræ
Gentis Prochniciæ ſymbola terna nitent.
Eſt amor in Patriam Flumen pietatis auitæ
Eſt generis ſui flumen odoriferum.

Charitas poteſt quando natura negat.

Vt autem ſingularius quid de fluminibus his deducamus. Perſuaſum ſit omnibus, quod charitas id poteſt quod natura negat, ſicut D. Chryſoſt. Hom. 50. ad Populum Antiochenum. *Refert* Ælianus de Var. Hiſt. lib. 12. *Xerxem, cùm inter alios commeatus magnificentia & oſtentatione plenos ſequerentur euntem ad bella, etiam aqua de Choaſpo vehebatur. Cùmq; in loco deſerto ſitiret, neq; ſiti remedium vllum inueniretur, proclamatum in exercitu eſt, ſi quis aquam ex Choaſpo haberet, vt Regi eam dandam daret, & inuentus eſt quidam qui pauxillum haberet, idq; putridam. Bibit igitur illam Xerxes, & eum qui dederat, in benefactoris loco habuit, quoniam niſi illa fuiſſet inuenta, perijſſet ſiti.* Me hercule aqua charitatis eſt tantæ virtutis, vt ſi quis ea vſus non fuerit perijſſe putandus. Hinc de illa Auguſt. *In charitate pauper eſt diues, ſine charitate diues eſt pauper.* Et Hieron. in tantam laudem charitatem extollit, vt dicere audeat: *Non memini me legiſſe mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit.* Quapropter tam præcellentis fluuij Illuſtriſsimus Andreas Prochnicky Archiep. Leopol. maximè memor ad charitatis

Aqua de Choaſpo.

Sine charitate homo perit cum charitate ſaluatur.

opera

opera ſeſe totus contulerat, Xenodochia, Eccleſias deſolatas, aut fundatione vel ſacerdote orbatas prouidere inſtituerat, captiuos redimere, milites afflictos juuare.

Fœlix qui pietate ſacros mercatur honores. *Honor pietate acquiſitus.*
Non donis, precibus, ſanguine, & obſequijs.

Fluuium religionis alterum ſignificatum fuiſſe fluuij paradiſi exiſtimo. Nam religionis affectus non ſolùm deuotione corporis, ſed magis arcano geritur cordis, vt Caſſ. ſuper Pſal. 43. *Quapropter inſtar fluuij decurſim merita & præmia confert.* Hinc Petrus Chryſolog. de Religione dicebat: *Iuxta ſententiam cordis mei. Si paradiſus in hac vita præſenti eſt, vel in clauſtro vel in ſcholis eſt. Quicquid enim extra hæc duo eſt, plenum eſt anxietate, inquietudine, amaritudine, formidine, ſollicitudine, & dolore. Vbi per clauſtrum religioſè viuentes, per ſcholas diſciplinatos in doctrina Chriſtiana, accipere licet.* Referam de Armis veſtris Ioſephum Wereſczinsky fluuium religionis. Cùm namq; eſſet religionis Ruthenæ Fedorio Wereſczinsky, cui in matrimonium data fuerat Soſnowska eiuſdem ritus, quæ Iwanum Wladikam Chelmenſem fratrem habuit, & Chrehorium alterum qui ſe ad gremium Eccleſiæ S. contulerat, ac poſtmodum Sacerdos, Canonicus ac Officialis Chelmenſis ſub Epiſcopo Buccacio fuerat. Hic itaq; Canonicus, vbi filium ſoror enixa eſt, venit ſub pretextu viſitationis ad ſororem, & filium inſcijs parentibus baptizauit Andream. Vbi Wladika venit, & renunciatum eſt illi ac parentibus, quòd iam baptizatus eſſet, non rectum affectum tàm contra Officialem, quàm contra puerum conceperunt. Sed Officialis aliud effecit; dum eſſet annorum tredecim, puerum à Wladika ad ſe allexit, qui nec recedere ab auunculo voluit, ſed in fide Catholica educatus, Ordines minores & Parochiam Olexouien. recepit. Verùm morte ſublato Officiali, accepit ſponſalia cum conſanguinea Epiſcopi Poſnanien. Braniccij Iaroſca, ſed quando ad Obertinum bellum inchoatum fuit, factus miles, ſtrenuè multa geſſit, & inde ad ſuum patrem redijt: à quo & beneuolè & paternè ſuſceptus fuit, & cùm prolem ſuſcepiſſet Ioſephum, ad ſtatum ſpiritualem diſpoſitum, doctum & pium ſacerdotem, poſt Sieciechouien: Abbatem Eccleſia S. ſibi gratulata fuit. Reliquit pro fidei defenſione non immodicos tractatus. De contemptu mortis. De purgatorio. De confeſſione. De matrimonio. Flumen quoque ſignificatum fluuio paradiſi vitam perfectam afferro. Nam Heſiodus poſtquam fluuiorum quorundam nomenclaturam abſoluit, ſubiecit mox: hos eſſe qui mortale genus enutrirent cum ſole. Interpres addit: Aquæ & ſol nutriendi vim habent, eorumque beneficio res aluntur & gliſcunt. *Pier: lib: 44. c.9.* Quapropter & Catul. Dum mulcent auræ, firmat ſol, educat imber. Hinc fluuius

Religio corpore & corde

Clauſtrum & ſchola paradiſus.

Ioſeph Wereſcinſky.

Andr. Wereſcinſky.

Vita perfecta

Aqua & Sol nutriunt.

perfectam vitam ſignificabit. Perfecta autem vita quæ ſit, audi *Senec. epiſt:*78. Vita non eſt imperfecta ſi honeſta eſt. Non eſt res magna viuere; nam & animalia viuunt, ſed honeſtè viuere, magnum eſt. Tales erant ex Armis veſtris Struſsij tales.vt vltimi Epitaph: Camen: docet. Tales Boratynſcij, ſicut Crac. in ædibus Regijs de Caſtellano Belzen. Capitaneo Samborien. legitur: *Nobili ac bellica laude inſigni, prudentia, eloquentia, animi magnitudine, ac cæteris omnibus animi ingenijq́; virtutibus, domi & militiæ, publicis & priuatis rebus ac obeundis, ad exteras nationes legationibus præſtanti. Barbara Dziedoſzycka mærens marito poſuit. Anno* 1558. Sic igitur fælices viuite Senatui, Paci publicæ, bonis omnibus ac ſuis, fluuius portum cæleſtis paradiſi obtinebitis.

Boratinſky Epitaphium.

FLVVII HONORATI.

Fluuius honoratus Dorix.

HOnoratiſsimum fluuium in literis Sacris Doricem conſpicio; nam ipſe Saluator eo nuncupari dignatus fuit. *Ego quaſi Dorix fluuius.* ſed ne Comparatio hæc odium animis ingerat: Quis namq; ſicut Deus? Fluuios honoratos veſtros ex antiquorum honore deſumam. Græci fluminibus patrijs cæſariẽ offerebant. Sicut namq́; Romæ in maxima celebritate Lotos capillata fuit, cui Veſtalium virginũ capilli cæſi deferrebantur: ita Græcis tonſura puberum adoleſcẽtũ & cæſaries fluminibus cõmittebantur. *vt Pier. Val. Hierogl. l.* 52. *c.*36. Fluminibus veſtris Reſpub. Polona, omnem Cæſariem, honorem, dignitatem, ſibi conuenientem detulit & conceſsit. Nam Archiep. Epiſcopos Prochnicios, Abbates Wereſczynſcios, optimos & graues ex votis habuit. Militum Duces, & victores, Struſſos, Boratinſcios, Komorouios numerauit, Senatores digniſsimos, conſilio & marte Barzios, Gorayſcios, Droiowſcios admirata fuit. Vnde meritò vobis ſimulachrum memorabilis Nummi Hadriano Imperatori excuſsi, adſcribendum ſe offert. Erat ſimulachrum quod flexo genu dexteram Hadriano ſtanti porrigebat, cui Syngraphæ additum fuit: *Reſtitutori Hiſpaniæ.* Plurimum namq́ue fluuijs veſtris Reſpub. Polona debuit, plurimumq́; quoque gratificata fuit, dum proſperis conſilijs veſtris, vigilantiſsimis armis, ſuper effuſa virium ac ſubſtantiarum copia pace & tranquillitate diuturna frueretur. Vnde poſteritati veſtræ ceu indice quodam demonſtratur Cracouiæ in Arce Epitaph. hoc Barzij: *Illuſtris & Magnificus D. Dominus Stanislaus Barzij*, de Blozew, & in Wiſnicz hæres Palat: ac Generalis Crac: Sniatineñ. Cap. vir pius & benignus, nec indiſertus Senator, vitæ Catholicæq́ue Religionis cultor, & pro ſua dignitate gratiaq́; principis florens obdormiuit, *Anno* 1571. Sed ne ipſo particulari exemplo moueamini, infinita profectò ex veſtris collegiſſem atque prorſus idem ſtatuerem axioma, ſed adulatorum

Græci Cæſariem in flumina patria di ponebant.
Capilli veſtalium Lotos committebãtur.

Simulachrũ manum dat Hadriano.
Nummus Hadrianus Reſtituta Hiſp.

Barzij Epitaphium.

dulatorum

dulatorum propria cauenda cenſeo. Honorati fluuij vt perenniter ſint veſtri paucis docebo. Mala bonitatis ope ſuperate: Superabitis verò *Horat: Epiſt: lib.* 1. *Ep.* 16. *docente.*

Mala bonitatis ope ſuperanda.

Vir bonus quis.

Vir bonus quis eſt?
Qui conſulta patrum, qui leges, iuraq́ ſeruat
Quo multæ magnæq́ ſecantur iudice lites
Quo reſponſore & quo cauſæ teſte tenentur.
Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota.
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.

FLVVII CORNIGERI.

VAria ex ratione Fluuios Cornigeros vocitatos fuiſſe ſcio, ſed celeberriorem ac veſtris conuenientem armis nullam video. Seruata namque fuit nobiliori tempori, Græcis familiare fuit Fluuios Cornigeros, Tauricornes, ac Tauricipites vocare, vnde *Virgilius Æneid. lib:* 8.

Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum
Et gemina auratus Taurino cornua vultu. Eridamus.

Ratio dicti: Nam Taurus à Perello Phalaridi dono datus, Gelonis fluuij imaginem gerebat, *vt Pindarus in Pythys.* Aut quia taurus ille ab Agrigentinis in mare proiectus fuit, ne qua tam ſæui tyranni memoria ſupereſſet, *vt Timæus refert:* Aut quod flumina Taurina ſpecie fingi ſolita fuêre, *vt Eurotas apud Laced. Cephiſus apud Argiuos*, quem tamen Athenienſes humana facie figurabant cornibus, à fronte prominentibus, aut quod mugitum flumina cient taurorum inſtar, *vt Feſtus ait*, ſiue quod cornua fluminibus à flexuoſis eorum lapſibus tribuuntur. Ego verò fluminibus veſtris cornua multò ob digniorem rationem tribuam. Ob hoſtiles, inquam, impetus. Non quidem ad pacem publicam deſtituendam, aut Rempublicam quomodo à vobis infeſtandam. Mori enim ſatius eſt vitæ, quàm ferre pudorem. Sed tribuo, ob hoſtiles impetus à Repub. per vos ſublatos. Hinc Struſſios veſtros, alias Komorowſcios Podolia, ceù Decios Romanos ſemper coluit. *Sicut Miechou: lib.* 4. *Cromer: lib.* 30. Fælicem & Georgium memorando demonſtrant: Admirandos verò Boratinſcios quomodo inducam? cum nedum fortitudine ſua Lanczkoronſcium Ducem Exercitus è periculo Valachico liberauerit, ſed victorem quoque effecerit (Ioannem dico & Andream primos è familia ad Eccleſiam S. à Domino, à Schyſmate euocatos) inſuper per Fluuium Dzwina ad Poloſkum cælitus miſſus, vir habitu & equo albus, contra Moſchos Ioannem deduxerit, & victorem de ſeptem Millibus reduxerit, vt *Cromer: in Orat: Funebral. & Paproc. in Stemmatibus.*

Hoſtilis impetus.

Struſij.

Boratinſcij. Lanckoronſcij.

Boratinſcius cælitus adiutus.

Coronati pugnant. *matibus.* Audio *Ælianum lib*: 12. Celtes omnium hominum ad ſubeunda pericula promptiſsimos fuiſſe, quapropter coronati pugnas ineunt, & in honorem illorumq́ qui in prælijs fortiter occubuerunt cantiones componunt, trophæa ſtatuunt, monumenta poſteritati relinquunt, Qui nec ædi corruenti, nec igni circumuenienti, nec mari fluctuanti cedunt; ſed gladijs euaginatis & haſtis vibratis, acſi terrere vel vulnerare poſſent contraſtant. Tam ignominioſum erat eis fugere è periculo. Sed quomodo non audaciores vos Boratinſcij putabo. Inducebat omnes fluctus ſuos hoſtis contra vos, & dicebatis. Ecce ipſe Deus meus & adiutor meus eſt, quare non amplius fluctuabo.

Audacia Celtarum.

Trophæa morientium.

Gladij contra ignem, aquã.

Viri fortis Officium.

Magno animo fortis perferre pericula ſueuit
Vllo nec facile frangitur ille metu.

Sed ſe fortem manus Dei & auxilium efficit, Chydram ille malorum citò leuabit. Studeant inde poſteri, quod omnes viri boni æquitatem & ius amant, nec eſt viri boni errare, & diligere quod per ſe non eſt diligendum. *Cic*: *lib*. 1. *de Legibus.*

Vir bonus qua amat.

LINEA FAMILIÆ KORCZAK, SIVE CARRAFA.

ZOardus, *Attilæ victoriis præclarus, in Vngariæ Regno, vt Hiſt: Vngarorum teſtantur. Eius poſteritas Venetiis, Neapoli, ac in tota Italia militia præcelſa diuerſas mundi partes incoluit. Prædeceſſor Zoardi de familia Ciphorum, electus quondam in Regem Vngariæ, Caninæ familiæ ceſſit, quia antiquitate & meritis anteiret. Teſtatur antiquitatem inſigniorum Canis, & Diod: Siculus, & familia Venetiis Donatorum, eorumq́ olim Princeps Donatus Franciſcus, & clariſſima familia Carraphorum in Italia. Sed præcipuè Ioan: Petrus, qui ſummus Pontifex creatus, Paulus IV. nuncupatus fuit.*

Czâſowie, *De hoc Dlugoſſus. Genus Ruthenicum, qui priſco tempore Ciphum deferebant, & in eo canem ſedentem. Procopius Ruſſiæ Capitan* 1260. *Procopius filius, ex Vicecancel: & Præpoſito Sandomir: atque Canonico Crac. Epiſcopus Crac. Erat Leſci Monarchæ Pol. conſanguineus ex Griffina parente ſua Ruthena, quapropter & Ruthenus ab Hiſtoricis dictus fuit, Sicut in Stemmatib. dict. & Cromerus libro* 10. *Georgius alter Procopij filius, arcis Zydacouienſis Gubernator,* 1294. *Ex Georgij poſteritate deſcendunt iſtæ familiæ.*

Chodorowſcij. *In Ruſſia perantiqua familia, quæ Ruſſiam & Podoliam, ſplendida virtutum & morum forma, necnon heroica potentia, illuſtrauit, protexit. Demetrius de Chodorow, Venator Leop. prudentia in rebus agendis, & belli exercitio dexterrimus,* 1436. *Hector contra Cru-*

ciferos

ciferos in Pomerania,pugnando ad Puckum,vbi duo millia hoſtium cæſa, ſexcenti in captiuitatem redacta, obijt vt Achilles. Bielſcius folio 42c. Fælix, cuius filius non degener patri. Nicol:Vexillifer Halicien. Eorum Epitaph. Leopoli in Ordinis S.Dominici Eccleſia famam dicent. Simon ex Bodzanowſka reliquit Chriſtophorum, qui ex Oleſsnicka ſuſcepit Simonem, qui reliquit Franciſcum, & tres filias. Ioannem, qui ex Babſka ſuſcepit Iudicem Belzen. & Martinum, qui ex Olizarowna reliquit filios. Gaſpar alter filius, ſtrenuus miles, in exteris nationibus tyrocinia confecit. Habuit matrimonium cum Anna Sulimianka. Tertius filius Fælix fuit. Habet Paulum & Apoloniam.Ioannes verò frater illorum duorum ex Pretſicowna habent filios.

Zorawinſcij. *Hi ijdem ſunt cum Chodorowſciis, ſed ex bonis diuiſione acceptis Zorawno, dicti Zorawinſcij. Ieulaſcus, bonorum plurimorum in Alba Ruſſia poſſeſſor, ſuſcepit Baſilium ſtrenuum militem, qui reliquit Marcum & Chreorium in bello Socalien. à Tartaris occiſum. Michael Notar:M.Duc:Lit.qui reliquit Alex: Capitan:Luccorien. & pater creatus Wladika Luceoriën. Alexandri filij ex Borzobochaczanka Armorum Ielita,reliquit Marcum & Baſilium. Michael Alexandri germanus ex Zolkiewſka ſuſcepit liberos. Sebaſtianus Caſtel:Haliciē. ex Kośćielecka, reliquit Herbuthi & Lanckoronſki coniuges. Stanislaus Caſtell:Belzen. Vir ingenio magnus, qui cum Oſmano Turcarum Imp. ad Chotinum pacem conſcripſit. Demetrius de Bozydar, Theſaurarius Regni,Ludouico Pol.& Vngar:Rege ſceptra tenente Anno* 1370. *Cui arma hæc quadam fabula commotus Ludouicus immutauit,& Sciphum cum cane ſuper galeam poſuit: flumina verò tria pro Armis detulit. Bielſcius folio* 244.

Derſniakouij *de Rokitnice: Petrus ex Odrowazowna reliquit Barbaram Trzcinſka, Annam Fredrowa, & Dorotheam Trzecieſka. Nicolaus germanus Petri,Iudex Præmisl: terræ, reliquit Stanisl. & Ioannem ſteriles, Auguſti Regis Aulicos,& Copiarum in Moſch.& Filand:Duces: Valentinus tertius frater ex Pieniaſskowna ſuſcepit Stanisl. ad omnia Regni munia & commoda ſtrenuum. Ioan: Succam: Præmisl. magnus ingenio & litteris. Anno* 1120. *Derſniak Boleslaum Kryuouſtium contra Morauos pugnantem in caſu minus fælici defendit, vt Herbort. & Bielſcius dicunt. Iuanum Waſilum diuiſiones bonorum habent A.* 1348. 1392. *Petrus Trib. Sambor. Stanisl.Succam: Præmisl. Valentinus miles ſtrenuus, reliquit Stanislaum.*

Barzij. *Notabant familiam ſuam ante à Blozwica,poſtmodum à Wisnicz. Stanislaus Palatinus Crac. de Blozew & in Wisnic hæres. Snatinen:Capitaneus. Vir pius & benignus, prudens nec indiſertus Senator.Vitæ Catholicæq; religionis cultor, & pro ſua dignitate gratiaq; Principis florens.*

rens. ita Epitaph. Crac. 1571. Ex filia Tęczynſki Palat: Sendomir. Catharina, reliquit Ioannem. Andreas Eraſmus & Petrus militia & ingenio excellentes. Iſte vltimus Caſtel: Præmiſl. Capitan: Leopol: fuit. In legatione Hiſpanica ab Auguſto Rege miſſus, obiit. Ex Dziedu ſka ſuſceperat prolem. Quos fortuna diffida infimæ vocationi conceſſerat, vt Bielſcius folio 458.

Gorayſcij *de Goray perilluſtris & antiqua familia, hæredes in Kraśnik: Chriſtinus Vladislao II. diſciplina generoſa apprimè gratiſſimus, hoſtes patriæ ad Lublinum & Sendomir. forti pectore repreſſit. Iuonius Iudex terræ Chelmen. Orator eximius Caſimiro Magno Rege ſceptra tenente, in Tartariam Legatus miſſus, ferum bellum pace quieta complanauit. Ita Io: Wrzeſinius. Demetrius filius, Theſaurarius Regni, ingenio excelſus, Patriæ amator, qui viridi rerum progreſſu & ſucceſſu obtinuit, vt filio ſuo Demetrio Ludouicus Rex ſupremum Marſchalci Regni honorem detulerit, & Dominium Sczebrzeſinenſe æuiternè contulerit, quod & Sereniſſ: Rex Iagello priuilegio confirmauit. Hic tam liberalis extitit, vt ratione ſeruitij in terra Chelmenſi Nobili Cedzik Prochanſki, villas Grußkę & Zapororze conceſſerit Anno 1399. vt refert Paproc. & Bielſc. fol. 272. Eius conſilium ſanum, quod Heduigi Reginæ Virgini ſuaſit. Sarnic. Albertum de Goray, amplum patrimonio meminit Paproc. in Stemmatibus An. 1382. & alios quatuor Procop. Alexan. Andr. Nicol. Ex quibus ſubſequenti linea, magni hoſtium Reipub. defenſores & Rothmag. Ioannes, Georgius, Adamus, extiterunt. Nulla equidem Patriæ negotia in pace & bello, domi & foris neglexerunt, ſed quod optimi ciuis fuerat Regi & Patriæ reddiderunt. Adamus in Tranſiluaniam ad Sereniſſ: Regem Stephanum in Regnum inuocandum legatus miſſus cum Illuſtriſſ: Starzechowſki, Tarlo, Oſtrorog, Iazlowiecki, fuit. Bielſc. fol: 725. Tanta dignitas familiæ Gorayſciorum erat, vt pro honore & gratia illorum familias ſuas adiungere Magnates haberent. Vnde Samotulſcij, Tęczynij, Oleſniccij, Mieleccij, Oſtrowſcij, Tarnowſcij, Krzepiccij, atq; aliæ præclaræ ac magnificæ domus, illorum ſanguini coniunctæ manent. Ioannes filius primus, cui natura tantùm præſtiterat virium efficaciam, vt ferri laminas groſſiores, ceu liquidam argillam in partes diſcerperet. Erat miles ſtrenuus Stephani Regis tempore, nec expeditio militaris clara ſine illo fuit. Ex Lanckoronſka Caſt: Viſlicen: filia, ſuſcepit Marcianum & Ioan: qui ex Nißczycka Capitã. Przaſnicen: filia, ſuſcepit prolem. Altera vxor illius Plazianka Magnigubernatoris Crac. & Capit: Lubaczouien. filia. Petrus alter filius, Aulicus Regius & Rothmag. victorioſus in Moſchonia & contra Tartaros. In Rokoſiano tumultu pacis cum aduerſariis Reg: Maieſt. compoſitor. In iure & Comitijs Regni acceptiſſimus. Ex Zelinſka reliquit De-*

metrium

Digitized by Google

metrinm in exteris nationibus benè meritum, in patria optatiſſimum. Demum ex Lanckorońſka ſuſcepit Chriſtophorum & Petrum. Adamus tertius filius Aulicus & Rothmag. Regius, cui iuuentus caſtra dulcia fecerat, prouectior ætas Senatum commendauerat. Hic ex Słupecka Caſtel. Lublin. filia ſuſcepit Zbigneum, qui ad Chotinum contra Oſmanum copias proprio ſumptu cum tribus ſignis in caſtris tenuit. Demum Turciam Paleſtinam, & loca ſacra peragrauit. Ex Leſczyńſka Palat: Belzeń. filia ſuſcepit filium Raphaelem, non modicæ ſpei adoleſcentem.

Lipſcij, *Eadem domus cum Goraiſciis, vnde diuiſa bona cum Goraiſciis Ioannes Łyczkom vendidit, vt ſub Goraiſciis adnotauit Paprocius in Stemmatibus. Ioannes de Goray & Nicolaus Lipſki germani fratres moribus & ingenio excellentes. A tertio filio Iuonij referunt fuiſſe illos, & à Lipſko Lipſcij dicti. Inferior ad Socalum diuiſione bona acceperat, maior ex Słupecka prolem relinquerat.*

Czuryłouij, *Lineam ex filio ſecundo Iuonij Hiſtorici dixerunt. Notabant familiam à Stoiance in diſtrictu Præmislienſi. Martinus Czuryło totus Caſtris & Reipub. deditus, maxima indicia martis in iuuenili ætate, ſummos in prouectiori fructus belli edidit. In conſpectu Ducis Magni exercituum Mieleccij Turcas & Valachos fortiſſimè repreſſit. Illius animi fortitudine Iazłouieccius exercituum Regni Dux Pal: Ruſ. allectus, filiam in Coniugem obtulit. Suſcepit liberos militia ſtrenuos, prudentia politica exemplares; Georgium qui ex Fredrowna reliquit Mariannam Caſtel. Camenceceń. Staniſławſki coniugem, ex qua Euphroſina Petri Potocki conſors. Martinum, qui ex Firleiowna reliquit Cathar. Nicolai Iarmolinſcij coniug. & Barbaram Stadniccij Pocillat: Sanoceń. conſortem. Nicol. qui ex Lanckorońſka reliquit Staniſl. Nicol. & filias & Andream.*

Boratinſcij *de Boratyn, Demetrius Cancellarius Terrarum Ruſſiæ, vt litteris comprobant.* Anno 1374. *Reliquit filios ſeptem, qui cum diuiſione bonorum diuerſa cognomina ſortiti ſunt. Iurgi ſeù Georgius filius primus, qui à bonis Malczyce Malczycki vocatus, ceſſerunt in dote Tarło. Sienko ſeù Simeon, alter filius à Dubkouice Dubkowſcij. III. Fedas ſeù Fedorius aut Thæodorus à Tamanowicze Tamanowſki. IV. Iwaſko ſeù Ioannes à Tankowice Tankowſki. V. Demko ſeù Demetrius à Michałowice Michałowſki, qui reliquit Stanislaum & Georgium. VI. Filius Demetrius, qui cum vltimo fratre Baſilio accepit Boratinum. Baſilius duas filias habuit; Haſiam ſeù Elizabetham, quæ primùm Cnazij Przedelniccij coniunx, demum Nicolai Kraſnopolſcij armorum Aſcia fuit. Auus illius cum ab Andrea Boratinſki dimidium Boratinij coëmiſſet, à Boratin familiam cæpit notare. Altera*

Digitized by Google

tera filia fuit Margaretha, virginem Capit: Præmiſl. Kreza in tutoriam acceperat, ſed patruus ſuus Iwaſko recuperauit, & à Patriarcha Conſtantinopol. vt in coniugem illam habeat diſpenſationem obtinuit, ex qua ſuſcepit filios Steckum & Andream, qui poſtmodum Catholici facti, & Stecko Ioannes vocatus fuit. Erant viri Marti & Patriæ conſecrati. In Valachia Sigiſ. Adalberto regnante, Ducem exercituum Lanckorunſci de periculo ſaluarunt, & victoriæ occaſionem dederunt. In expeditione Moſchouitica ad Opocko, *rota molendinaria Andreas oppreſſus Vilnæ occubuit. Ioannes verò ad Poloſcum, duce vt fertur Angelo, vel S. Caſimiro, ſeptem millia hoſtium fudit, deuicit. In Vngaria verò, pro Ioanne Rege contra Ferdinandum pugnando, infælici prælio inter mortuos relictus, Diuina ope, collecta ſanitate, Coſiciam à Magnate Vngarorum conductus, melius conualuit, & in Regnum redit. Bielſc; fol: 523. Capit: Robatin: dicit. Reliquit ex Fredrowna Cathar: Orzechowſka, Zophiam Zamiechowſka, & Barbaram. Filius erat Petrus Caſtell: Belzen. & Capit: Sambor. quem Sigiſ: Aug. cum parente Regina Bona Barium deſcendente miſerat. Iuſtitiam quoq; Palat: Moldauiæ expoſtulante, Rege auctoritatem dante, adminiſtrauit. Iſabellam Auguſti Regis ſororem in Vngariam conduxit. De illo Priluſcius in præfatione, erat Vicesgerens Præfecturæ Crac. Ioannes filius Petri Vexillif. Præmiſl: in exteris nationibus litteris & militari eruditus. Aulicus Auguſti Regis, habuit Coniugem Barbaram Liſakowſka.*

Droiewſcij *in Præmiſl. Terra perantiqua familia, toga & marte celebris, regno & Reipub. proficua. Ioannes ex Caſtel. Chelmen. Epiſcopus Cuiauiæ* Bielſc: folio 589. *Stanislaus Caſtel: Præmiſl. optimè meritus Reipub. vtinam meritus & Eccleſiæ Catholicæ Rom: fuiſſet. Reliquit Ioannem ad exteras nationes nuntium obſeruantiſſimum Regiæ authoritatis & legum Stephano regnante. Alterum reliquit Chriſtophorum. Ioannes Thomas Cap: Præmiſl. nullius expeditionis bellicæ neglector, Stephano Rege caſtra mouente, ad Galliæ Regem & Magnum Turcarum Ducem Amurathem legatus fuit; linguarum externarum peritiſſimus,* Biel: 758. *Kilianus germanus ſuus ex Sobkowna reliquit prolem. Ioannes Chriſtophorus eorum tertius frater, Secret: S. R. M. obijt in ætate florida. Sorores eorum Cathar: Herburthowa, Caſtel: Sanoceń. Capit: Præmiſl. Regina Krzeckowſka & Anna Waſouicowna. Permanet vſq; ad dies modernos hæc celebris familia conſilio pPibus clari, ſed Eccleſiæ Romanæ aduerſi.*

Struſouij *qui primitus Komorowſki à Komorow, ſed in Ruſſia & Podolia, vt contra hoſtes fortiter agendo pugnarunt ac quaſi ferrum & gladios hoſtiles deglutierunt Struſij nuncupati ſunt, tum à caſtro Struſſow ita appellati, occiſos à Tartaris Magnificos Struſſos viginti quatuor ad*

ſua

ſua tempora Paprocius in Nido virtutum numerauit. *Fælix & Georgius decus Ruſſicæ nobilitatis dimicando contra Bogdanum Moldauiæ Principem Pocutiam occupantem Alexandri Regis iuſſu, ille in prælio cecidit, iſte fratri per medios hoſtes opem ferendo captus, & à Tyranno cum aliis octo capite plexus eſt.* Cromer: lib. 30. Bielſc. fol: 500. *Mars fauorabilior die ſequenti ſtetit; nam inito prælio cum Valachis Burcolabius Chotinceń. occubuit, exercituum Dux Kopacz fuga vitam ſaluauit, Bochdanus ſupplices litteras ad Alex: Sereniſſimum Regem miſit, libellum concordiæ poſtulauit. Stanislaus Strus à Tartaris in Raſtauicenſibus campis oppreſſus, hunc Nicol. Sempa de Armis Iunoſzá carmine celebrauit. Reliquit ex Wilckowna duos filios Iacobum Capitaneum Chmielnic. maximum & fælicem bellatorem, qui ex Potocka reliquit prolem. Alter Georgius filius, Aſiæ terror, Africæ & Europæ amor fuit. Nicolaus ex Potocka quis qualisq; fuerit ex illius Epitaphio, in Camenecia Podol. diſce.*

Accede huc Chriſtiane miles
Et quem referat hæc tabula vultum, intuêre.

Talis erat ex vetuſtiſſima Struſſiorum proſapia Illuſtr: Nicolaus de Komorow Strus, qui à natura prius ad macheram, quam ad cochleam extendere manus edoctus, ſtatim à mamillis ad armillas, à lacte ad luctus inſtructus. Poſtquam varios vndiq; terrarum hoſtes, Liuones, Hunnos, Valachos, Gethas, Moldauos, Othomanos ad Boriſthenem, Iſtrum, Prut, Danubium fluuios maximè ſemper terruiſſet; indomitis Moſchis ſtrictum lupatum inieciſſet, diuerſis hoſtibus ex amore patriæ pro incatenato obſide deueniſſet, tandem lubrica bellorum vota in patriam redux, pro tot præclare factis à Sereniſ: Sigiſ. III. Haliçień. Sniatineń. Colomień. Chmielniceń. Lubaçou: Capit: nec non Senatoria dignitate cumulatus. Cum verò plus ſuis viribus Terra non ſufficeret, ad cæleſtia cum ſummo Eccleſiæ, Patriæ, Senatus, militum mærore Anno 1627. die 7. Ian: Ætate 50. accerſitus abijt. Reliquit duas filias, vnam quæ Adamo Kalinowſki Braclau. Vinniceń. Lubeceń. Loiou. Cap. primùm nupta fuit, poſtremo Illuſtriſ: Duci in Wiſniowiecz Palatino Ruſſiæ. Altera filia Sieninſka, habet filias.

Komorowſcij *de Komorow, generis nobilitate, ac plurimis heroicis virtutibus inſignes. Iacobum Komorowſki, pugnantem pro Suidrigailo* 1431. Bielſc: fol. 338. *refert. Petrus qui ob præclara merita in Vngaria ſeptem arces loco præmij tenebat, quæ omnia bona,* vt Cromer. lib: 27. ſub Anno 1472. refert, *quia filium Regis Caſimirum receptauerat, vltore Vngarorum Rege amiſerat. Hos Sereniſſimi Reges amplis ditionibus & honoribus, dum ex Regno Vngariæ in Regnum Poloniæ deuenerunt, condecorarunt. De beneuolentia Petri in Caſimirum,*

mirum, Bielſc: fol. 455. *Chriſtophorus filius Petri hæres in Zywiec Caſtel: Sadeçenſis, qui in dies maiorem affectum, tàm belli quàm pacis interſtitio Regibus præſtiterunt, reliquit filios duos, illius germanus erat Pocillator Cracouienſis, ſororem Orlsko in Coniugem acceperant. Retinet pro ſinceris actibus benedictionem Domini, vſq; in præſens horum Komorouiorum domus. Stephanus cum in Ciechanouień. diſtrictum eius prædeceſſores venerunt, ille poſteros benè Marti deditos in Ruſſiam, Podoliam, Lituaniam, vti poſſeſſores tranſmiſit. Ita viro præſtanti quæuis terra patria eſt. Fundauit in Souſk Eccleſiam Parochialem vbi & ſepulti quieſcunt. Andream reliquit ſtrenuum militem, ex quo Ioannes Falk, ex illo Andreas cum ætate militarem ducit annis 30. Miles Vexillifer loco tenens Rothmag. ducum campi Każimiroro Potoccij. Clarebit familia Komorowſciorum in caſtris & bello. Nam Petrus Ordinatione Regia Coſacorum Boriſthenen. vigilantiſſimus gubernator, & Comiſſarius generalis, illam ſanguine Scythico & hoſtili irrigare & promouere non deſinit.*

Prochniccij *de Prochnik in Præmiſl: Terra. Maximi in Regno & Eccleſia. Putabat magnum quondam Socrates naſci hominem eumq; Græcum, idq; Athenis; at maius exiſtimo naſci Polonum Equitem, idq; ex Ducum antiquiſſimorum: Nituntur Prochniccij Ducum de Bibel Ruſſiæ ſanguine, vt ex Priuilegio Caſimiri de data Sendomir: in die S. Iacobi Apoſt: 1361. patet, vbi dicitur:* Significamus tenore præſentium vniuerſis, quod veniens ad noſtram præſentiam, Generoſus ac Magnif: Demetrius Chotko Dux de Bibel. Monſtrauit Maieſtati noſtræ Ducis Leonis & cæterorum Ducum prædeceſſorum, ſuper bona hæreditaria Oppidum, & villam Bibel, cum adiacentibus villis, quod quidem Priuilegium Vladiſlaus Rex ad petitionem Andr: & Chricko Ducum de Bibel, Cracouiæ feria quinta poſt Dominicam Reminiſ: A. 1406. confirmauit. *Et hoc Oppidum Bibel hæreditas Prochnicciorum ad ætatem noſtram fuit, licet ab arce Prochnik, Prochniccij nuncupentur. Modo tranſiet in alienas domos. Andreæ Vargocij iudicium fuit. Quod poſt oppreſſam à C. Iulio Cæſ: Romanam libertatem & euerſam Rempub: quidam Ciues ab eo Dictatore pulſi, alij metu Tyrannidis, Italiam deſeruiſſe.* Ita Miechouius lib: 4. c. 39. *& ſuperius* lib: 2. c. 8. Cromer l. 3. Florus lib: 4. c. 1. *Pulſus ex Etruria Libo, ex Vmbria Termus, ex Corſino Domicius. Et Plutar: eiectum à Cæſare Bibulum refert Lucium. De his paſſim Cic: ad Atticum. Venerunt Piſis ſoluentes per mare Tyrrſenum ad occidentem, & per occidentalem Oceanum ad Balticum mare appulerunt, & littora Samogitiæ & Curlandiæ amplexi ſunt, vbi Ciuitates extruxerunt, Romnoue, Liba, Bibel in Liuonia, demùm ad Carpaſum montem erexit oppidum*

Digitized by Google

pidum Bibel ſedem Prochnicciorum vſi ſunt pro armis Carraſa, à quibus alij in patriam reuerſi Bibuli, Carraſæ vocitati fuerunt. Ita ille, vt in libello de familia Prochniccia in bibliot: Patrum Soc: Camenetiæ in Podolia patet. Demetrius Chotko Dux de Bibel, Andreas & Chricko germani fratres. Kudin cuius filius Procopius, Duſsyn, Batko, Iarochno, Alexander Skoruta. Hi omnes conſcripti ſunt cum familiis & ſucceſſoribus ſuis in Eccleſia Ruthena monaſterij in Chorodiſko propè oppidum Bibel, nam erant Schiſmatici, ſepulti ibi numero 402. Daniel filius & ſucceſſor ex Alexandro Skoruta factus Catholicus Romanus, ante ducentos octodecim annos, à quo defluit nobiliſſima Prochnicciorum proſapia. Nicolaus Prochnicki Caſtel: Præmisl: Senator grauiſſimus ſapientiſſimus, 1451. Andr: Metropol: Chijou. Nicolaus Epiſcopus Cameneceñ. plurimis legationibus ad varias nationes celeberrimus, Vladislai Caſimiri III. Regis Pol. fratrem Regem à Bohemis electum Pragam deduxit. Ioannes itidem Epiſcopus Camenecenſis.

Dum currunt, amnes ſplendet crux infula fulget,
Prochnicijs magnis Sarmata magnus erit.

Andreas & fratres illius Reip. honori atq; militiæ conſecrati. Addit Laurentius Swieckouius Notarius Leopol. Petrum amatorem patriæ & fideliſſimum protectorem, de quo Canon: Leopol. Scrobiſouius. Pugnante Ioan: Tecinio ad Seretum contra Turcas, Valachos, & diſſipato exercitu Polono Prochnicius Tęcinio pedeſter gradienti equum offerebat, qui cum nollet dicendo, vita nolo priuare egregium militem, ille dimiſſo equo pedeſter cum duce ibat, & ambo in hoſtium manus venerunt. Quo cognito hoſtes virtutem admirati in patriam dimiſerũt. Ioannes Andreas apud Philip. 3. Regem Cathol. octennio internuncius, demum Illuſtriſ: Cardin: Radziuilij iudicio Canon. & Præl: Cathedr. Crac: poſt Abbas Sieciechou. Mox Epiſcopus Camen: & Illuſtris Melitenſium ordinis per Regnum Pol. & Ducat: Litu: protector, ad vltimum Archiep. Leopol. Senator à Regia maieſtate tertius omniũ applauſu nominatus datusq; fuit. Quem ita Archipræſulum Leopol: collector extolluit:

Orbatum clerum populumq́ue dolore leuaſti
Succedens magno magnus & ipſe viro.
O vtinam Deus adnumeret tibi tempora multa
Conatusq́ue tuos poſteritate iuuet.

Extat Prochnicia domus in præſens & domi Reip. proficua, & in militaribus campis ſtrenua, & in exercitio animi ſtudioſa. Vndè vigebit, virebit ſeculis & cælo.

Krzecowſcij *alias Sieniowſcij, vt ex Actis Præmisl: colligitur à Sieniow.*

vbi feria 3. proxima poſt Feſtum Omnium SS. Anno 1438. *Sienko de Sieniow, Caſtel. Leopol. & Succam: Præmisl: beneuolè recognoſcit, quod villam Borbka in Præmisl. Terra, quæ ſibi ceſſit iure propinquitatis poſt Nob. Waſko Nicolao Tlocimoſt, pro ipſius fideli ſeruitio obligat & inſcribit &c. Sed anno* 1541. *ſucceſſor Tlocimoſtij adcitat pro euictione Andr. Krzeczowſki Viceiudicem Præmisl. Excelſa virtute, conſilio moribus manet & floret hæc familia. Vnde Mart: Kazanowſki Campeſtris Regni exercituum filiam dedit Krzeczouio in coniugem, Halicień. Dapifero.*

Wereſcinſcij *in Chelmeń. Terra. Fedorius vt antiquitate generis, ita & præſtantia actionum celebris, ex Soſnowſka ſuſcepit Andream quem Soſnowſki germanus coniugis Wereśćinſcij, Gregorius factus Catholicus & Bucaccij Epiſcopi Chelmenſis promotione Officialis & Canon: in fide Catholica contra fratris ſui Vladicæ Chelmeń. intentum, baptizauit, educauit. Andreas poſt educatam iuuentutem litteris, in bello ad Obertinum fæliciter, & cum lucro famæ & bonorum, martis trophæa retulit. Accepto vinculo matrimoniali, cum filia Nicolai Iaroſki armorum Rawicz, conſanguinea Epiſcopi Poſnanien. Braniccij, ad parentes gratus hoſpes rediit. Sic namq; euenit, quod bona cauſa tãdem triumphat. Chelmenſis terræ Viceiudex fuit. Ioſeph filius And. Abbas Sieciechou. probitate & ſanctitate vitæ maximè commendatus. Scripſit opuſcula de contemptu mundi, de purgatorio, de confeſſione & communione. Proficuum Eccleſiæ, pauperum patrem & humaniſſimum finis vitæ inuenit. Erat Wereśćinſky Epiſcopus Chiiouienſis, à quo & Oppidum Fauſtauiæ erectum Wereſcinum nuncupatum fuerat. Fælix paſtor, in quo cum magna grauitate coniuncta humanitas, mira in obſcuris cognoſcendis prudentia, matura in arduis diiudicandis ſapientia.*

Waſiczinſcij *de Waſiczyn, qui vnicuiq; hoc exemplariter in ſe declararunt, quod non ſibimetipſis nati fuiſſent, ſed quod ortus illorum partem patria, partem amici vendicare deberet. Gaſpar Waśiczinſky poſt militares conatus, cum Castel: Chelm: filia Lyſakowſka fædus matrimonij ſuſcepit, & reliquit poſteros. Sciborius frater ex patre quem procreauit Polánowſka, ſoror illorum Eliſábeth optimè educationis & grauiſſimis moribus Belzeccij conſors erat. Chriſtophorus qui ad confectam ætatem caſtris & militiæ deditus ſpecioſam ſui nominis famam reliquit. Nulla fuit expeditio bellica cui non adfuerit: Reliquit ex Cetnerowna filios & filias.*

Braniccij. *Multorum mores hominum conſpexerunt & vrbes. Sebaſtianus Epiſcopus Poſnanień. Sigiſmundo Auguſto Regi affabilis, & Elizabethæ Reginæ Inſignitor præſentialis, vixit Anno* 1543. Paproc: in Stem-

Stemmat: fol. 546. Bielſc: fol. 584. *In Confirmatione Priuilegiorum Ordinis Prædic: Camen: ponitur idem Reuerendiſſimus præſens.*

Skorutouij; *Skoruta Alexander ex Ducibus Bibel, in Prochnicciorum familia oſtendimus. Ex his in Præmislienſi Terra antiqua domus, ex quibus Hiſtorici Stemmatum nobilium, Georgium à quo poſteritas numeratur, & Ludouicum fratrem memoriæ prodiderunt. Ludouicus ex Paniewſka Capit. Zydacou: filia reliquit pignora, quod Eduardus Anglorum Rex ita magnifecit, vt moriendo dixiſſet: Iſta pignora erunt mihi eburnea palatia, in quibus habitabo quoad ſtabunt.*

Lachodowſcij *in Ruſſia, Hos antę Wankowię appellabant, dum Græco ritui deuotum animum offerebant. Wanko Strumieło Zamoiſcio Caſtel: Leopol. vendidit villam Winniki, anteceſſor eorum & villam Czyſki, quam Patres S. Franciſci Leopol: tenent fundatione, habuit. Hieronymus à Lachodow Lachodowſki Caſtel: Volhiniæ, reliquit Stanislaum excellentem in militari & Rothmag. quem germani fratres, Marcus & Nicolaus occiderunt, quartus filius erat Andreas, Anna filia Succam: Nurſcen. Brzuſka coniunx.*

Krupſcij *in Chełmenſi Terra, in bello contra Bogdanum victor Georgius Caſtel. Bełzenſis,* Bielſc: folio 514. *qui poſtea Caſtel. Leopol. Cap. Hrodelen. &c.* Idem folio 537.

Drzemlikowie *in Chełmenſi Terra, Regius miles ad Pſcouiam,* Bielſc: folio 782. *Drzemlik.*

Łuſcewſcij *ibidem, deſijt familia quam & Struſij colebant,* Paproc: folio 543. in Stemmat.

Chryſzewſcij *ibidem.*

Saporowſcij *in Chełmenſi Terra.*

Mogilniccij.

Solomonſcij.

Oſcisławſcij *in Præmisl.*

Biernawſcij *in Præmisl.*

Rocimirſcij.

Smiotankowie *in Ruſſia, antiqua familia in Podolia erat celeberrima domus, fortitudine, diuitijs, honore. Lukianus ex Buczacka natus, à Vladislao Rege Poloniæ & Vngariæ, in præmium Białobuzniciam obtinuit. Ex Bachanſka ſuſcepit Iuanum, qui ex Potocka reliquit Nicolaum militem ſtrenuum, & Chriſt. Cieklinſka cum Heduigi Budziſowſka, qui ex Struſowna ſuſcepit Helenam Dominici Brzeſki coniugem, ex Laſczowna Tuczapſka, ſuſcepit Stanislaum Alexand. obierunt in prælio cum Valachis, & filias Margar. Potrikowſka, Heduig. Chocimirſka, Annam Ieziorkowſka Enſifer Podol. Iſte Nicolaus à Schiſmate receſſit.*

Oſtrowſcij *in Ruſſia, Ioan: Rothmag. in Moſchouiam Capit: Dimenti. nunquam occaſionem belli contra Tartaros & Moſchum deperdidit. Cum Sereniſſimo Stephano in Liuonia, ad Gedanum, Polociam, ad Lenuarthum, Aſcaradum infractus & indefeſſus miles. Nec diſſimilis ei germanus frater Fœlix fuit. Optimum militem in Liuoniam ad Kieſiā in Moſchouiam quoq; deducebat, quapropter glorioſè & cum triumpho de gladij arena recedebat.*

Rynkouij *in Podolia. In priuilegio Boleslai alias Suidrigalio dato Conuentui Camenecen. in Podolia Ordinis Prædic: in villam Zubrowce, Anno* 1401. *Rinká ponitur de Sokolec.*

Korburth *antiqua domus.*

Chanſcij *in Chelmeń.*

Horodiſcij *ibidem.*

Balaban. *Antiqua familia foris & domi. Scandebergi bellum cum Turcis deductum, fortitudine animi & ſolertia illorum proſperum extitit. Hic motus belli & gloriæ deſiderium, ex Albania in Ruſſiam eos reduxit, quod Hiſtoriæ Roxolanæ teſtantur. Hedion ſeu Gedeon Wladika Ruſſiæ ritus ſui promotor ardentiſſimus, ſed in ſchiſma ſuum cæcutiens. Baſilius ſuus germanus rei militaris ſtudioſiſſimus, & victricis fortunæ receptator. Reliquit optimæ indolis prolem. Ioannes ſurdus quidem & mutus, ſed fortunati belli ſubiectum conuenientiſſimum, Mieleccius ſi vixiſſet, apertius referret. Georgius in Lith: Ducatu ſtatum & manſionem elegit. Alexander natus ex Zolkiewſka, trophæis illuſtrando familiam, Capit: Winnicen, Robatin. Trebowlienſem in præmium habuit. Cognouit pro Patria Scythicam captiuitatem ex Cecoræ expeditione. Reliquit ex Iarmolinſka de Sutkowna filios, Georgium Capit: Trebowl. perpetuum S.R.M. Rothmag. & Alexandrum, qui in Italia lumen fidei reeeperunt.*

Cuper. *Hic in vnione M. Duc: Lit. cum Regno Poloniæ accepit hæc Arma quibus nunc vtuntur Woynowie. Bielſcius fol:* 313. *ſed fallitur. nam Tubis tribus pro armis & inſigniis Woynowie in Lit. vtuntur & gaudent.*

Iarmolinſcij, *Antiqua familia, vt ex multis priuilegiis colligitur. Chodkò Croata de genere Deſpotorum primus Iarmolinſki venit in Regnum Polon. Vladislao Iagel. regnante: anteriora obſequia Regibus Vngariæ oblata dum deſerit, à Rege Vladislao cui ſeruitia militaria dedicauerat, villam Iarmolince ad Smotrycz oppidum & fluminis initum iacentem & pertinentem accepit. Priuilegium Ruthenico charactere in pergameno reſeruant de Data Cracouiæ* 1407. *Extant confirmationes Regiæ priuilegij per Cancell: Ioan: Ocieſki, & Valentinum Dębinſki, obijt*

in quo-

Digitized by Google

in quodam bellico congreſſu Chodko, dum reliquit filium Olechnum ſeu Alexandrum militem celeberrimum, & Regibus fama & virtute commendatum. Hic erexit oppidum Iarmolince ex villa, & à Caſimiro ius Teutonicum impetrauit, vbi hæc in Priuilegio poſita leguntur: Nos magna atq; merita Generoſi D. Olechnonis de Iarmolince, fidelißimi, dilecti, quibus Maieſtati noſtræ ſingulariter placere meruit, compenſare volentes, &c. Dat. in Ciuitate Torunen. 1455. *Ex Kalenniczanka diſtrictus Cremen. (iam maſcula deeſt Kalennikow familia, & poſſeſſiones ad Iarmolinſcios & Sienutas coniugio reuolutæ ſunt) ſuſcepit Baſilium, qui ſterilis deceſſit. Dachnum, qui diuiſione bonorũ hæres in Iarmolince factus. Fedorium, qui hæres in Sutkowce, à quibus et Sutkowſki denominatus fuit. Eſt horum memoria in Caſtro Camen. Anno* 1476.

Sutkowſcij, *alias Iarmolinſki Fedorius, reliquit filios Dachnum et Baſilium. Referunt hoc Acta Terreſtr: Camen.* 1534. *Dachno reliquerat Iwanum, et in hoc linea maſcula defecit. Filiæ Iwani Sutkowſkie, Barbara Mag. Alexandri Bałaban Roth. S.R.M. Vinnicen. Robot. Capit: conſors. Catharina G. Adriani Iacimirſki Pocill: Podol. conſors fuit. Dachno Iarmolinſki, filius Olechnij habuit in coniugem Woſkam filiam Alexandri Wronowicki Capit: Winnicen. cui inſcripſit reformationem ſuper Iarmolnice: Dat. Cam. in Terreſtr.* 1456. *ſuſcepit ex illa filios Iuchnũ Seuerinum, Vaſilum ſeu Baſilium, cum quibus Sigiſmundus I. Rex bona ſua Regalia Napolne, Łoſkowice, pro bonis illorum villa Hermaki commutauit Anno* 1538. *Dat. Crac. Seuerinus erat vir militaris et bellicoſus, Præfectus copiarum Ducis Demetrij Wiśniowiecki. In bello Valachico occubuit. Baſilius poſt militarem peractam, curam domeſticæ familiæ accepit, & coniugio celebrato filiam Margaretham quam poſt Andr. Czolhanſki coniugem fecit. Iuchno poſt actus ſtrenuos militares ex Kornalowſka diſtrictus Præmisl. ſuſcepit Romanum & Matthiã. Romanus cum Tyſarowſka habuit Andr. & iſte ex Mikulinſka Georgium, illuſtrarunt caſtris vitam. Mathias ad martem quaſi natus fuit, multoties copias ſub auſpiciis Ducum in Oſtrog deduxit, quapropter ſummè dilectus Baſiliam & alia bona ab illis tenuit. Et quia ſub ſuo regimine Moldauos, Scythas, Lituanos, Polonos tenuit, diuerſimode ab illis nominabatur. Scythæ & Valachi vocabant illum Aga, hoc eſt Rothmagiſter, Præfectus copiarum. Hinc obtinuit nomen Agis, & ita plerumq; ab Hiſtoricis nominatur. Paproc. in Stemmat. fol.* 1577. *& ſub Armis Korczak. Grauiter afflixit Tartaros aliquoties ad Kraśiłow. Ex Marianna Dziußanka reliquit hos filios, Hieron. & Venceslaum, qui ſteriles deceſſerunt. Nicolaum & Conſtantinum. Nicolaus non degener militia patri, à prima ætate in caſtris educatus, miles cum Illu-*

ſtriſſ:

Digitized by Google

ſtriſſ. Sieniawſki exercituum Regni Gen. tandem & copiarum Præfe-ctus Illuſtriſſ: Ducum Conſtantini & Ianuſij, cum Illuſtr: Stan. Zolkie-wſki Cantimirum Scytham ad Vdycz repreſſit, ac primus iuſſu Præfecti Gener. arma cum hoſte conſeruit. Ex Catharina Iałowicka ſuſcepit Ni-colaum & filias, Barbaram Maximil. Tripolſcij, & Zuzannam Donie-lis Stryboi conſortes. Ex altera verò conſorte Margaretha Knazij So-kolſcij filia, ſuſcepit Georgium, & Annam, quæ in virginitate obijt. Nicolaus Nicolai Aui & Patris imitator in bello & Reipub. negotiis. Poſtquam ætatem iuniorem litteris excoluit, primum commilito vexil-li Illuſt. Sieniawſki exercit. Gen. demum Illuſt. Zolkiewſki ſub quo & Iudex atq; arbiter cauſarum in caſtris fuit, mortuo Zolkieuio factus eſt commilito filij illius Rubieſou: Capit. Prouecta ætas fecit virum exper-tum in ſago, et in toga grauiſſimum, ad obeunda Reipub. & Palat: Po-dol. munia digniſſimum, erexit propugnaculum in proprio ſolo Iarmo-lince, ex Cathar: de Goray, Martini Czuryło ex Idzłowiecka filia, ſuſcepit Michaëlem, Annam, Zuzānam, Elizabeth. & Ioannam. Ge-orgius verò frater Nicol. poſt adoleſcentiam litteris ornatam, miles ſub vexillo Præfecti Gen: Zolkiewſki, tandem contra Oſmanum ad Cho-tinum Procopij Sieniawſki, Vexillifer ſtipendia Regni promeruit. Ex Kalinowſka Alberti Venatoris Podol. filia ſuſcepit filios et filias. Iſti duo fratres fidem Catholicam Romanam amplexati ſunt. Conſtantinus verò alter Matthiæ filius dignus memoria miles & Scytharum ſtrages ex Bochouitinowna in Pal. Volhineń. reliquit Ioannem ſtrenuum fortitudi-ne & peritia militari. Ex Cathar: Strybulowna ſperat benedictionem prolis, nam filias ſolùm habet ex quibus aliquæ factæ ſunt moniales ritus Græci, Marianna verò facta eſt coniunx Georgij Puzyna Succam: Vo-lodimir. Nobile ſic veſtrum munus iuueneſcat in æuum, Annos Arca-dij ducite recti, pij.

Wołodijowſcij *de Wołodijouice in Podol. Ex Moſchouia venerunt vt priuilegiis Vladislai demonſtrant, Thomas ex Sutkowſka prognatus, re-liquit ex Laſłowiecka Conſtantinum continuum militem. Hic cum Pia-ſecka habuit Fridericum Iazłowieccio Duci peramabilem & ſtrenuum militem, cuius filius Petrus in captiuitate Scythica vitam finiuit. Al-terum habuit Georgium cum Sereniſ. Stephano ad Pолociam, Gedanum pugnatorem, hic ex Chodiowſka reliquerat Petrum & Matthiam, qui cum Stephano Potocio in Valachia à Tartaris oppreſſi ſunt, Chriſtopho-rus cum Duce Coreccio & Anibali militiæ operam dederat. Paulus militarem cum Herbort Caſt. Camenecen. Potoccio Andrea, Lancko-ronſcio profitetur. Simon illorum germanus Domino ſeruire, ſub pau-pertate S. Franciſci elegit.*

Szumlan-

Digitized by Google

Szumlanſcij *de Szumldny, Marçus cum Labodowſka reliquit filium Maximum, qui omnia bona parentum ob necem Saporowſki & Turecki amiſit. Reliquit ex Opryſſowſka filios nouem, qui dum ſolum villas quatuor patrimonij haberent, animum ad militarem totaliter applicarunt. Alexander vnus ex illis & ſortem ſuam in villis, inſeruiendo Reipub: amiſit. Petri filij, Iuanus in Valachico prælio occiſus, Paulus in Moſchouia, Andreas ad Smolenſcum cecidit, Stephanus ſuperuixit. Ex Ilia ſunt Iuanus & Paulus, vnus ex his nouem filiis Paulus vbiq; terrarum miles in Pruſſia, Moſchouia, Moldauia, vſq; ad ſenium honorificè militat Rothmagiſter.*

Ziołkowſcij, *Zbigneum Canon: Crac: Epitaphium Cracouiæ dicit* 1583.
Zoratinſcij *in Ruſſia.*
Serebczyſcij *in Chelmenſi Terra.*
Zaranek *in Breſleń.*
Stawſcij *in Chelmenſi Terra.*
Drzewinſcij *in Volhinia.*

Serebryſcij. *Qui ob ſingulares virtutes & debita in patria obſequia in ſuo Territorio officiis diuerſis fungebantur, nouiſſimè verò duo fratres vnus Notarij Terreſtris, alter Pincernæ Chelmeń. officia obtinebant; quorum filij ſuperſtites militaribus ſtudiis occupati, in diuerſis expeditionibus huius temporis, bonum nomen ſibi compararunt, & vnus ad præſens Adalbertus Serebryſki Canonicum Cracouienſem agit, & in Collegium Secretarium Regiorum cooptatus, vir ingenij acri & iuris patrij peritia præſtans, tum diuerſorum negotiorum tractatione Magnatibus chariſſimus.*

Czernieiowſcij *in Ruſſia, qui & ob litterarum peritiam, & iurium notitiam, & virtutum excellentia Succamer: Leopol: Iudices Tribunalicij atq; alij officiales Regni iuſtiſſimi fuerunt.*

Drohoiowſcij *in Præmisl. Terra.*

Mleczkouij *in Podlaſia, Grimislaus Mleczko Capit. Kobrineń. Miecislaus Capit: Mielniceń. Iudex quoq; ſimul Terreſtris Droicen. vir ingenio & facundia magnus. Attendite ò nobiles, Quod*

Fama perit nunquam Lethæis inuida lymphis
Æternum nomen, qui benè vixit, habet.

Digitized by Google

KORNIC.
Błogosław Hoſpody. Bieſowie.



DELINEATIO.

Crux cum panibus.

IN petra ad tres gradus efformata eſt Crux admodum literæ Græcæ Tau erecta, ad cuius ramos ſeu extremitates ſunt duo panes affixi,ſeu extremitatibus impoſiti. Campus eſt rubeus. ſuper galeam ſunt quinque pennæ Strutionis. Petram verò grizeam, Crucem autem albam colorabis. Panes Ruthenis communes ſiligineos, colore caſtaneos deduces.

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ ortum inde patet quod Dlugoſſus refert. Genus, inquit, Ruthenicum Dominis ſuis fidum. Conceſſa fuerant militi ſic dicto, ob fortem cum hoſtibus tam gentis quàm fidei congreſſum. Quapropter & Kornic vocantur. Sed quia poſteritas maiorum facta ardentius imitabatur, poſt hoſtium varios congreſſus additi ſunt Crucis extremitatibus panes, cum benedictione Ducali à Domino inuocata,more Rutheno *Hoſpody błohoſłáwi.* hoc eſt, Dominus benedicat. Quare & ſecundo cognomine *Hoſpody błohoſław*, hoc eſt, Dominus benedicat,vocata fuêre. Verùm nequitia temporum,& fortunæ inſtabilis fraude, dum hoſti percrebreſcenti cedendo, proprias ſedes dereliquiſſent,& in Sileſiam receſiſſent, ibique iam incolæ facti, more ſuo inobedientes ſeruos, & ſubditos ſæpius hoc vocabulo *Bieſe*, id eſt, Dæmon, increpaſſent, vocati ſunt *Bieſy*. Vnde & arma illorum *Bieſowie*, appellata fuerunt. At communiſsime vocantur Kornic.

AVREA

Digitized by Google

AVREA LIBERTAS NOBILIVM POLONIÆ.

ANtiqui libertatis dignitatem efferendo, illam Deam vocitarunt, ac ipſi templa & atria publicis quoque ſumptibus poſt Publium Victorem, poſt conſecratam ipſi domum Ciceronis in exilium à Publio Clodio Tribuno plebis acti ædificarunt. Attamen libertas ab eis exulabat, nec auream libertatem Nobiles veraciter tenebant. Lego apud Alciati interpretem Embl. 151. quòd in templo Feroniæ, quæ libertorum Dea erat, Tarracinę ſedile fuiſſet lapideum, in quo inciſum erat: *Benè meriti ſerui ſedeant, ſurgant liberi.* Mixta quædam libertas Romanis fuit, ſi liberi ſeruis loco cedebant. Auream libertatem illam vocandam, quam Iuſtinianus Inſtit: lib: 1. Tit: 3. ſic deſcribit: *Libertas eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi ſi quid cum aut iure prohibetur.* Vel vt Cicero pro Cluentio: *Liber eſt in cuius poteſtate eſt arbitrio ſuo viuere, eatenus tamen vt lege inſtituto permiſſum fuerit.* Sed ſi lex fuerat plurima, quæ vix non omnia vetat, aut fuit ab vno in præiudicium alteri, equidem nec libertas vocanda eſt. Lycurgus tulerat legem, ne mulieres in feſto myſteriorum curru veherentur, aliàs mulctam luerent. Nonne præiudicium honoratis? Quare vt iniquam tulit fortuna, eidem vxor primò deliquit aduerſus hoc pſephiſma, & damnata eſt. Perycles Athenien: legem poſuit, ne ciuis ſit in Repub. niſi vtroque parente ciue natus. Tulit ſors, vt nothum ſuperſtitem haberet. Cliſthenes primus exilium introduxit, & eo primus damnatus fuit. Zeleucus Locrenſibus legem de adulterio tulit, & filio ſuo oculum ac ſibi alterum primus lege ſeruata eruit. Nobilitas Polona verè Aurea libertate gaudet, non vnus ſed omnes vnanimi conſenſu legem ſtatuunt & abrogant, nec aliquod præiudicium admittunt. Hinc Kornicio in libertatem adſcripto Crux conceditur, panes adduntur, pennæ Strutionum adhibentur: horum verò fundamentum ſtabilis petra, hoc eſt nunquam violata libertas. Vocauit namq; tantam libertatem ſanguis effuſus pro patria, honeſtis in moribus virtus in amplexu, fidelitas in Regem, & eundem firmant, eadem ac ſtabiliunt. Hanc inflexibiles Kornicij acquiſiuiſtis libertatem, vnde Senatorum titulis honoribus donati permanetis. Vt igitur libertas veſtra ſit in æuum permanens, Senecæ ep: 47. libertatis Encomium obſeruate. Libertas eſt nulli rei ſeruire, nulli neceſsitati, nullis caſibus, fortunam in æquum reducere.

Libertas Dea

Libertati templa.

Meriti ſerui. Libri cedunt ſeruis.

Leges in præiudicium latæ

Lex ab omnibus ordinibus ſtatuta libertatē habeat.

REGALES MANVS.

OPtimum Ciuem manum Regiam eſſe, quælibet Reſpub. affirmabit. Eorũ namq; non alia vox eſt, quàm illa, de qua Virg. 11. Æn.

Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.

Ciuis optimus manus Regia.

Digitized by Google

Optimus Ciuis in quo.

Neque in alio Cicero Ciuem optimum ac proficuum patriæ & Regno ponebat. Ita namque ait Orat. pro Seſt. Hi & audaces, & mali, & pernicioſi Ciues putantur, qui incitant populi animos ad ſeditionem, aut qui largitionibus cæcant mentes imperitorum, aut qui fortes & claros viros, & bene de Repub: meritos in aliquam vocauit inuidiam. Qui verò ſceleratorum impetus & conatus repreſſerunt, qui auctoritate, qui fide, qui magnitudine animi, conſilijs audacium reſtiterunt, ij boni ciues ſemper habiti ſunt. Et lib: 9. ad Attic. ait: Quis in tanta malorum colluuie bonus? Phænicem appellem hominem, cui Cinnama ſubſternam & aromaticas meſſes. Veſtris armis encomia illa ô Kornicij, conueniunt. Regales manus eſtis, nam Regis regum inſignia manibusque illius conſecrata tenetis, & munificentiam regalem panibus veſtris exprimitis. Ac inde vos Regales manus nominabo, quod Regni Poloniæ Hiſtorici Ducibus vos Ruſsiæ ac Dominis ſuis fidos primùm nominarunt, & Reges fideles ſibi cognouerunt. Quapropter Caſimirus Rex, Anno 1343. cùm à Duce Zegan armis territorium cum ciuitate Wſchowa, & Caſtro Cieniawá recuperaſſet, ibi Georgium Kornicz militem Nobilem præfecit, qui ita fidelis Regi fuit, vt niſi iam quieto & placato. Rege, compoſitisq; cum hoſte rebus inde reuocatus ceſſerit. Ita Albertus Strepa in ſua Chronica. Quis igitur vos Regales manus eſſe negabit? Si aliquis plures ſe habere manus ſomniauerit, refert Pier. l. 35. c. 29 poteſt proſpera expectare. Id enim protendit, & clientum & amicorũ & pecuniarum prouentum exuberantem. Effectus omnis in vobis apparet. Somnium ſi adfuerat, ignoro. Sed ſi ſomnium & vigilantium eſt, (ſpes enim tale quid eſſe dicitur) vigilante Rege, à vobis non dormientibus non modica ſpes, dum tot honoribus præditi, tot titulos confertis, vobis admiſſa circumſpicitur.

Tapetes viri boni. *Kornic.* *Somnia duplicia.* *Manus multa ſomnium bonum.*

Cinge comam Kornicz geras nunc ſolus honorem
In noſtro non ſit æmulus orbe tibi.

ABVNDATIA PANIS.

Sacci cum frumento & auro.

SAccos plenos frumento & auro reuerſi ad Iacob filij ex Ægypto à Ioſeph, dum præſentant ſuo genitori, quis non abundantem panem diceret? Sed abundantiores eorum ſacci pane non erant, quàm cum in medio frumenti patera auguriorum inſtrumentum vt ferebatur, inuenta in ſaccis fuerat. Sed concedamus myſterij gratiâ. Ego quidem Arma hæc veſtra Kornicij, pro omine certo habeo, quod ſint ſymbola quædam abundantiæ panis in domo veſtra. In cruce namque vniuerſorum Dominus, & recreator IESVS omnium auguriorum bonorum, & omnium gratiarum appendit, quapropter crucem hanc veſtram panibus adornatam omen abũdantiæ panis meritò vocitabo.

Celebra-

Celebratur Octauij Cæſ: principatus aquilæ oſtento notatus, cum enim in via Campana pranderet, Aquila ex improuiſo panem ei arripuit de manibus, & leniter deinde reddidit. Magis celebrandum venit quod ad tam ſalutifera ſigna Armorum veſtrorum panis ſuperadditus fuerit, ſignum enim erit quod à tempore quo vobis redditus iſte panis fuit, in tempora à vobis non eripietur. Quocirca figendus erit vobis æneus titulus, in quem & panis modus & præcipientis nomẽ incidatur. De Ragonio Celſo Vincentino habet Commentator Alciati lib: 7. C 36. Cuius acceſſus ætatis ampliſſimi honoris & quod ſolet ſenioribus prouenire ornamenta promeruit: Nam rexit Annonariam poteſtatem vrbis æternæ, ea æquitate, vt inter omnes qui ad eum animo litigantis intraſſent, parentem plerumque magis, quàm iudicem præbuiſſet, hinc factum eſt vt nos voti compotes abiremus Optimus titulus viri, veſter verò titulus erit, vt abundantia panis fælices permaneatis.

Panis ab aquila acceptus redditus. *Octauius Cæſar pane Imperator augurator.* *Ragonij Epitaphium.* *Eleemoſina.*

Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos.
Nec aliam cælum poſtulat inde notam.

FINIS OPTIMVS RERVM.

EX optimo principio optimus ſperandus finis; Nam dimidium facti qui benè cæpit habet. *Quare Alciatus Embl.* 127.

Finis optimus ab optimo principio.

Auſpiciis res cæpta malis, benè cedere neſcit
Fœlici quæ ſunt omine facta iuuant.
Quicquid agis, muſtella tibi ſi occurrat, omitte
Signa malæ hæc ſortis beſtia praua gerit.

Sed quomodo principium optimum conſtituemus? Sophocles ita ſtatuit.

Principium optimũ unde.

Quicunq; rem recta ratione incæperit
Bonum illius certò ſperabis exitum.

Plautus verò duo hac in parte ſtatuit: Primò.

Si quam rem accures ſobriè aut frugaliter
Solet illa rectè ſub manus ſuccedere.

Secundo. *Si malus aut nequam eſt, male res vertunt quas agis.*
Sin autem frugi eſt, eueniunt frugaliter.

Demoſthenes verò 1. Olinth: Si initio ſtatim prudenter & diligenter adminiſtraremus omnia, res noſtræ meliore loco eſſent, & moleſtijs quas parit ſocordia careremus.

Sed omnium nobilius *Cic: 2. de Legibus.* A Dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda principia. Nam Deo demonſtrante principiũ nullus officit obex.

Digitized by Google

Optimus profectò finis vos manet, ô Kornicij, nam optimè incæpiſtis à Deo & Chriſto, Crucem aſſumendo in Arma. Nullum enim fælicius auſpicium eſſe potuit Cruce, cedit his omnis muſtella: *Concil Nicæn. 2. refert:* quendam ſibi formandam crucem è ligno gentili contuliſſe, vt fecit; ex vna parte imago apparuit Crucifixi cum titulo *Emmanuel*, ex altera imago Michaelis Archangeli, cum titulo *Quis vt Deus.* In tertia imago Gabrielis Archangeli, cum titulo *Fortitudo Dei.* Hæret & tremit artifex, ferro diſplodere ſatagit attonita manus conuertitur, & credit Chriſtũ Deum & Redemptorem. En quàm auſpicatum principium Crux & Deus. Optima principia veſtra ornata pane, ornata pennis, ſolidata in viſceribus petræ, optimus quoq; & finis veſter.

Crux infidelem conuertit Imagines in Cruce.

Ædepol vt quiſq; rem accurat ſuam
Sic ei procedunt poſt principia deniq; fines.

LINEA FAMILIÆ KORNICZ.

DLugoſſus *Kornicij genus Ruthenicum dominis ſuis fidum.* *Georgius Kornicz, Anno* 1343. *Albertus Strepa, his verbis de illo. Dux de Zegan territorium Regni Pol: cum Ciuitates Cieniawa, Vſchow. à temporibus multis occupatum tenebat. Caſimirus Rex Anno* 1343. *ciuitatem vallauit, acquiſiuit, ibiq; Georgium Kornicz militem nobilem præfecit.* Bielſcius folio 229.

Inualdſcij *in Zatorień. & Oſuiencin, diſtrictu. Nam vt* Paprocius in Nido virtutum refert: *Kornicij ob continua bella in Ruſſia, in Sileſia domicilia ſub Ducibus elegerunt, & cum tempore cognomina alia aſſumpſerunt. Ioannes Tribunus Oſuiecim. Stanislaus ſimiliter Tribunus Oſuiecimen. ſed hæc familia ſteriliter iam deceſſit.*

Bieſowie *Kornicij cum propria Ruſſis lingua maledictionem* Bieſi *nomine repeterent, à tali vitio Bieſowie nuncupati fuerunt.*

Porębſcij *ibidem, tàm probitate vitæ, quàm dignitate ſcientiarum digniſſimi. Ioannes Tribunus Oſuiecimen. Baltazar Tribunus Crac: vir magni Iudicij, reliquit tres filios Nicolaum Caſtellanum Zauichoſten. Chriſtopherum Vexilliferum, Andream Iudicem Terrarum Zatorien: & Oſuiecimen.*

Iaroſzewſcij *in Cracouienſi Terra, Eraſmus militia, Ioannes doctrina præclarus.*

Sczepanowſcios *de Szekocin, aliqui ſub his quoq; armis ponunt.*

Iaſieniecćij *in Volhinia: maluerunt mori, quàm in ſeruitutem venire. Docti verbis Menandri; vnum hoc tibi pronuncio, ne ad ſeruitutem vnquam viuus libens accedas, ſi liceàt tibi libero oppetere mortem.*

Fridrychowſcij *in Ducatu Zatorien: & Oſuiecim. qui non tantum ex*

carne

Digitized by Google

carne & ſanguine ſed etiã multò magis ex virtute & amore erga Rempub: vere nobilitatis formam & characterem ſumunt, & ideò magnis Principibus & Regni Senatoribus ſemper dilecti & chari. Ioannes Frydrychowſki S. R. M. Secretarius Canonicus Crac: & Sendomirien. Zupparum Vielicień. Adminiſtrator, hic in Eccleſia Cathedrali Crac. ſepultus in Capella Maćieiouiorum ad pedes ſui benefactoris, & promotoris, cui erat charus & inprimis ſuæ ætatis Theſaurarius Eminentiſſimi Cardinalis SS. Ioannis & Pauli Archiepiſcopi Gneſneń. Bernardi Maćieiowſki. Huius Ioannis Frater vterinus, ſub hoc idem tempus egit officium Tribuni Oſuiecim: Alter Ioannes in re militari præclarus & ideo Regi Sigiſmundo III. in cuius peditum militum Capitaneatum longo tempore geſſit, & Generali Exercituum Duci Ioan: Zamoyſcio charus, ac magno illi ſuo tempore Palatino Crac: & Generali Capit: Nicolao Zebrzydowſki, in cuius aula diu laudabiliter cum honore ſuæ familiæ verſatus in Vicecapitaneatus Oſuiecimeń. officio vitam finiuit. Extant & huiuſq; huius familiæ præclari viri, inter quos in iure municipali Regni peritiſſimus, vir magni iudicij & Conſiliorum Tobias Frydrychowſki Vicenotarius Caſtri Cracouień.

Eodem ſtemmate vtuntur multæ familiæ in Sileſia, vt Sokołouij, Goreccij, & ſuorum inſigniorum nomen retinentes Kornicij, cuius teſtis eſt in Eccleſia Porubenſi in Ducatu Oppaueń. Epitaphium.

Hic Adami Kornicij
Comitis ſunt oſſa pij
A Ruſsis qui ortum duxit
Templum hoc deuotè ſtruxit
Trecentis annis poſt mille
E viuis deceſsit ille.

KORONY

KORONY ſeu Coronæ Regales.



DELINEATIO.

TRes coronæ Regiæ, duæ in rectam lineam poſitæ, & tertia ſub ijſdem ponitur, coloris aurei, in campo albo, intra ſcutum militare,

ORIGO.

EX Gallorum Regno in Regnum Poloniæ defluxerunt cum Aarone Archiepiſcopo Cracouienſi Gallo temporibus Caſimiri primi Regis Poloniæ deuotiſsimi & inuictiſsimi Anno 1055. vel vt Kantſcius Anno 1046. inter Epiſcopos Cracouien. adnotauit. Huius familiæ dum indigena in Regno nullus relictus foret, Capitulum illuſtre & excellentiſsimum Crac. à ſuo paſtore pro ſucceſſoribus & filijs legittimis, tanti tamq; pij paſtoris illis vti, magni honoris duxit. Conſequenter dum per inuictiſsimum Regem Poloniæ & Magnum Ducẽ Lithuaniæ Iagelonem fides in Lithuanorum oris reſtoruerat, Capitulum Vilnen. eiſdem gaudere deuotiſsimè cæpit. De quo ita Kantſcius:

Adduxi fratres Tinecen. primus in arcem,
Mox rexi populum Vandalis ora tuum.
Multæ ſacra per me ſunt additæ & auctæ Cathedræ,
Multa monaſterio dona dicata meo.
Fungor & ad Sanctum oratoris munere Papam,
Hincq; fero Sedi pallio ſacra meæ.

OMEN FÆLICITATIS ÆTERNÆ.

Corona Regales omnia ſũt fęlicitatis.

EQuidem abſcondito ſuo decreto contexit ab æterno Deus fælicitatem æuiternam hominis ab intellectu diſcurſiuo: verùm omina

mina tantæ fælicitatis deprompſerat miſericorditer in ſibi dilectis & electis multipliciter. Quid namque aliud eſt ſanctificatio Ioannis Baptiſtæ in vtero? quid examen apum in infante Ambroſio? quid inſolita ieiunia in Nicolao? quid lumina cæleſtia & ſtellæ in Dominico? Hæc & horum ſimilia erant certa quædam ſigna, & omina eorum fælicitatis æternæ. Coronas Armorum dum contemplor veſtras, omina fælicitatis æternæ vel inde ſpeculabor, quod coronæ ſingulæ, quas & ſummi Pontifices mittunt Regibus & Imperatoribus: & Reges alligant ſuo conſenſu Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, ſigna ſunt euidentia magnæ cuiuſdam fælicitatis, & ne dum magnæ ex ſuo principio, ſed multò magis magnæ ex fine; conuertuntur namq; in limpidiſſima omina fælicitatis æternæ, à ſummo & maximo rerum auctore Deo, præcipuè ſi ſpirituales meditari non deſiſtant, non tam geſtare pedum quod eſt facile, quàm reddere de animabus ſibi commiſſis (quod eſt intentum Dei & Eccleſiæ) rationem. Sæculares verò ſi reminiſcantur verborum Magno Alexandro quondam à Garamanta ſapiente prolocutorum: Non eſſe perfectos Reges, qui multa vident, multa audiunt, multa cognoſcunt, multa poſſident, multa poſſunt, multisq; imperant: ſed qui voluntati parent nutuique Deorum. Quapropter coronas has Armorum ſine iniuria Lamniſcos quoſdam vocitabo antiquos, Lamniſcos, inquam, quibus ceù faſceolis quibuſdam à ſertis dependentibus coronæ capitibus Regum laneæ alligabantur ne deciderent, *ſicut refert Polydorus:* Alligarunt namque hæ aureæ faſciolæ ſacris capitibus veſtris, ſanctorum lumina aureolas & Regna beata. Sed quod ſolennitatis tantæ antecedens fuit, omen fælicitatis inde deducam, quod Armorum iſtorum Archiepiſcopus Cracou: Aaron primus vobis ô Cracouien. intullerit Pallium, qui quidem duraturus in æuum, vos fæliciores feciſſet, niſi ſubſequentis Lamberti in curia an fortuna infeſta eripuiſſet. Sed parce precor verbis amice meis.

Decre... Dei viator non nouit.

Signa decretorum Dei iuſtificamur.

Corona omina fælicitatis, & fælicitatis æterna.

Quãdo Dei ſigna in omina vertit.

Omen bonum corona Regia quando ſunt. Lamniſci coronarum.

Corona dignitatis faſciola ſunt coronaũ caleſtium.

IPSA ET VERA GLORIA.

CORonas fuiſſe quondam veræ & ipſius gloriæ Symbola, nemini non exploratum eſt. Vnum ego Bernardum Ducem Saxonum in medium afferro: *Hic vt refert Erant: lib: 5. Sax. Hiſt: c. 25.* dum à Friderico primo Romanorum Imperatore obnixe poſtularet, vt arma Ducatui ſuo veræ & magnæ gloriæ ſignum conferre dignaretur, quibus tum à cæteris tum ab vterinis fratribus dignoſci poſſit vnus Dux & Dominus Saxonum, ille ſuper ſcutum ipſius, coronam rutheam à ſuo vertice reſumptam iniecit, ita ille ſummæ & veræ gloriæ Saxonum nobile obtinuit, alio medio veſtris fuiſſe inditum armis ipſam veramque gloriam contemplor. A cæterorum namque coro-

Corona Symbolum gloriæ.

Corona additur rutbea pro ducibus Saxonia.

Digitized by Google

nis non viridi ac ruthea diſcriminantur facie, ſed diſcriminantur perfecto numero coronarum. Et à numero coronarum Gallis proprio, diſcriminantur iam, & ſalutari littera & candido lilio. His enim Illuſtria Capitula Cracouien. & Vilnen. notant & inuoluunt, tam prætioſa ſua monilia. Narrat Hector *Boët: lib:* 2. Quod Carolus Magnus Francor: Rex & Imperator Romanorum Coronæ circa quatuor lilia & quatuor Cruces efformauerat, exiſtimo ſignificandi gratia, quod quatuor orbis partium decor & odor: & quatuor partium orbis victor in Domino, & Chriſtianæ fidei promotor, præcipuè poſt Conſtantinopolitanum & Orientis Imperium eſſet ac iuſte nominaretur. Veſtris in armis Illuſtriſsima ac Reuerendiſsima Regni ac Lituaniæ Capitula, extenſiue quidem & de plano cruces & lilia fortè non apparent, at intenſiue & radicaliter non aliud quam lilia ſpirant, & crucem Domini extollunt. Cruces virtute prominentes in coronis veſtris ſunt; pati libenter pro Deo, pro Eccleſia, pro Rege & Patria. Primum generat in vobis pietas, alterum officium, tertium currilis Senatoria, vltimum amor inſignis Patriæ. Lilia veſtra ſunt, fides infracta, conſilium fidele, veritas conſumata, honeſtas vitæ. Quos vt Illuſtres ac Empireos demonſtrem ſæculo Capita ſanctitatis, probitatis & excellentiæ Capitulorum Reuerendiſsimorũ veſtrorum per ordinem pono.

Corona circa quatuor lilia & quatuor cruces.

Coronis Capituli Crac: & Vilnen. quatuor lilia & quatuor cruces virtuales [illegible]


Archiepiſcopi Epiſcopi Crac:

Prochorus Italus.
Proculpus Italus.
Lamberthus Italus.
Poppo Italus.
Gompo Italus.
Rachelinus Italus.
Aaron Gallus.
Lambertus Zula Polonus.
S. Staniſlaus Martyr.
Lambertus Polonus.
Balduinus Gallus.
Maurus Gallus.
Gaudentius Polonus.
Robertus Korab.
Mattheus Choleua.
Gedeon Griſſa.
Fulco Mzurá.
Vincentius Kadlabcus.
Iuo Odrouaſius.
Viſlimirus.
Prandota Białaczouius.
Paulus Przemankouius.
Procopius Ruthenus.
Ioannes Muſcata.
Nauclerus Sileſius.
Ioannes Grot.
Petrus Falcouius.
Bodzanta Iancouius.
Florianus Mokrſko.
Zauiſſa Curoſuancius.
Ioannes Radlicius.
Petrus Wiß.
Albertus Iaſtrzebecius.
Sbigneus Oleſnicius Cardinal: Dux Seuerienſis.
Thomas Strampinius Dux Seuer:
Iacobus Sienienſki Dux Seuer:
Ioannes Grusczynſki Dux Seu:
Ioannes Lutco.
Ioannes Rzeſouius.

Fridericus

Fridericus Cardinal:
Ioannes Konarſki.
Petrus Tomicki.
Ioannes Latalſki.
Ioannes Chrinicki.
Petrus Gamratus.
Samuel Maćieiowſki.
Andreas Zebrzydowſki.
Philippus Padniewſki.
Franciſcus Kraśinſki.
Petrus Myßkowſki.
Georgius Radźiwil Cardinal:
Petrus Tylicki.
Martinus Szyßkowſki.
Andreas Lipſki.
Ioannes Albertus Cardinalis, Princeps Pol.
Iacobus Zadźik.

KORSZAK.



DELINEATIO.

APparent eſſe duo lilia ad modum Gozdawa armorum, coloris nigri in campo albo, in medio liliorum eſt annulus, ſed Bielſcius dum meminit Korſakorum familiam fol: 743. Non lilia illorum arma nominat, ſed cuiuſdam acinatis defendicula. Etſi conſideraueris attentè ad delineationem illorum, antiqua defendicula enſis ferrea ſpeciem repræſentabunt. Familiam illorum ad præſens non habeo, à qua certior fierem de illorum armis: Sed puto quod defendicula vulgò Ielca ſint, & quia à lateribus admodum creſcentis lunæ ſciſſa imò & ſupernè & infernè crucem efformant.

ORIGO.

IN bello acquiſita conſtat, pugnabat quoadfractus gladius à capuo quoque & manubrio diſſolueretur, quare ſigna optimi & ſtrenui bellatoris, laminam in modum latæ crucis ſciſſam & efformatam, quæ manum ad manubrium defendebat pro ſentilicijs accepit.

Digitized by Google

CONSTANTIA MILITARIS.

Deorum tutelarium delineatio. *Viri conſtantis & cordati Arma.*

DEos tutelares antiqui cum armis Pilarum delinearunt. Mirandum planè quid firmitatis & tutoriæ pila repræſentet? Pueris non dijs, exilibus non tutelaribus pila conuenit. Vegetius reſoluat & conſtantis viri atque cordati arma fuiſſe deducat. Miſsilia inquit exercitus pedeſtris pilla vocabantur, ferro ſubtili præfixa, quæ ſcutis infixæ non poſſent abſcindi & loricam facilè perrumperent. *Dempſtr: lib*: 10. *ad Caput* 10. *de Paralel*: Arma igitur bellica & fortia licet pilæ fuerunt vnde & dijs tutelaribus aſſcripta, conſequens igitur erit vt conſtantem militem pila bellica declaremus. Sed ſi talem & tantum militem pila demonſtrant, iam potius gladiorum cruces enſium teſſeræ capulus & manubrium mucronis conſtantem in bello virum demonſtrabit. Framea ad latus vel gladius, erat honoris & dignitatis ſignum, *Ita Martialis Epigram*: 32.

Miles cōſtans pila bellica declaratur. *Framea ſeu gladius ad latus ſignum erat honoris.*

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris
Arma Tribunicium cingere docta latus.

Ex bello redire ſine gladio vel ſcuto dishonor. *Cum gladio ſcuto honor.* *Cum gladio quaſſato ſeu ſcuto transfixo ſummus honor.*

Ita ex bello redire ſine gladio vel ſcuto maximus dishonor fuit, redire cum ſcuto & gladio maximus honor, redire cum rupto ſepto trāſfixo ſcuto gladio quaſſato, rupto, diſiecto, ſummus honor fuit.

Bellorum exuuiæ truncis affixa trophæis
Lorica & fracta de caſſide buccula pendens
Humanis maiora bonis creduntur.

Familia Korſakorum cruce enſis & lamina gladij inſignita. *Conſtantia Korſakor: in obſidione ad Polockum.*

Talis erat eſtque familia Corſacorum, quæ ſola cruce enſis & lamina gladij inſignatur. Procedebant non recedebant in bello, pectore non tergo pugnabant: vnde militares titulos Vexilliferri & Rothmagiſtri detulerunt. Nota eſt illorum conſtantia militaris ex fortitudine ad Polockum in obſidione ab Iuano Waſilcuicio Moſchorum Duce 1563. vbi cum Ioanne Chlebowic & Dowoina Pallatino ſtrenuè contra Moſchum & laudabiliter pugnabant, nec recedebant, niſi multitudine ſuperati, vna cum alijs in captiuitatem deducti.

Sunt ſacri celebresq; viri quos laude ſerena
Scutum vel gladius mundo facit eſſe verendos.

FAMILIA KORSZAKORVM.

KOrſzak. *In Samogitia antiqua familia bello & caſtris clariſſima. Raphael Metropolita Eccleſiarum vniatarum Chijouień. & Halicień. ritus Græci. Martinus de Poczapow poſt hæroicos in Moſchouia actus, celebrauit matrimonium cum Alexandra Czarkowſka, reliquit filios Chriſtophorum, Stanislaum, Heliam & Ioannem. Numeroſam familiam Corſakorum Palatinatus Nouogrodeń. Poloceń. Vitepſcenſis, & Tribunalia Vilnenſia vſq; ad præſens demonſtrabunt. Bellatores Corſacos Stricou. meminit l.* 25. *c.* 1. *& Bielſc: fol.* 742.

KORWIN.

Digitized by Google

KORWIN ſeù Coruus.



DELINEATIO.

EST Martis auis, ſeù Coruus niger, vel ſpecie ſimilis Coruo, ſtans vtriſque pedibus ſuper lignum à frondibus abruptum, armis ſcilicet Oſtrzewa ſimilem, roſtro aureum annulum gerit, in campo rubeo, ſuper galeam tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

A Coruinis Romanis profluxiſſe nullus Hiſtoricorum negat. Ibi namque primo inſignijs Corui vſus etiam in nummis fuit. Et Valerium Meſſalium Coruinum Tiberij Cæſ: Rom: temporibus qui Alphinos Pannonioſque populos ſuperauit, & à quo Prouincia Valeria, quam nunc Valachiam dicimus vocata fuit. In Epidauro Dalmatiæ quam Raguſeam nunc vocant maxima in ſtatuis veteribus & ædificijs monumenta ſpectantur. Sed ad Regnum Poloniæ, ex Pannonis noſtri Scriptores originem ponunt, & ante plurima tempora, quam Ioan: Huniades quibus etiam vſus erat in Regno Poloniæ fuerunt, vt ex litteris Slepowron, à Conrado Duce Mazouiæ datis Vartislao Curiæ Præfecto patet Anno 1224. Vnus namque illorum dum in Regnum appulit Arma hæc natiua detinuit, Coruum ſcilicet in trunco ſtantem roſtro aureum añulum geſtantem. Alter verò Wa-

Valerius Meſſala.
Valachia antiq Valeria.

wrzętá ſcilicet hæredíſam de armis Pobog in matrimonium dum accepit, arma ſua armis eius adiunxit, ac ſuper crucem ſoleæ coruum cum annulo poſuit, eademque ſuper galeam monitis Ducis Maſouiæ expoſuit, ſicut patet in Armis Slepowron apud Paproc:

IAM AVSPICATVM ANIMAL.

Coruus inauſpicatum animal.

ITA Coruum nigrum inauſpicatum animal ante referebant, quod etiam inauſpicacisſimo oraculorum authori Apollini in hoſtiam donaretur. Imò tam inauſpicatum animal fuit, vt ſi aliquis in facie hominis color corui apparuiſſet, illum à natura notatum referrebant, vnde Horat:

Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Coruus niger malos ſignificat. *Coruus Infortunij ſignum.* *Coruus auſpicatũ animal.* *Coruus albus*

Quocirca interpres Alciati Ioannes Thuilius Emblem: 37. per nigros ſeu coloratos vt coruos, homines improbos & impoſtores, moribus infames & pernitioſos intelligit. Ex his vt puto Cæſar Ripa in ſua Teonologia, Infortunium depinxit: Hominem in veſte longa talos verſus ſed vndique lacera, nudis pedibus & brachijs ſine pileo, vna manu dextra tenet cornucopia ad terram obuerſa & vacua, in ſiniſtra coruum. Sed Armis contemplatis veſtris, iam auſpicatum eſt animal cum & annulo ex auro, & albis Strutionum pennis adornata maneant, vt licet nigrum videas coruum, iam tamen illum nedum album, qualem Britanorum Rex Alphonſus Siciliæ Regi dono miſerat contemplaberis, ſed aureum vocabis & intelliges. Quapropter ſi hanc ſpecialem noſtræ dignitatem in coruo. *Pier: Hieroglif: lib: 23. Cap.* 33. aduertebat inquiens, peculiare aliquid cum Sole habet, nam præter cæterorum animalium naturam medijs æſtiui temporis feruoribus, ſolis beneficio fretus pullos excludit ſuos. *De quo Petronius.*

Coruus cum Sole habet aliquid.

Si contra rerum naturæ munera notæ
Coruus maturis frugibus oua refert.

Coruus panẽ porrigit & aurum.

Iam profectò ſpecialius quid coruo tribuendum venit, dum annullum & aurum roſtro porrigit. Porrexerat panem Octauio militum duci, & mox ex pane porrecto Cæſar ſignificatur, eligitur, aſſumitur, proclamatur. Porrigit modò annulum & aurum, ergò ex inauſpicata auſpicacisſimum animal concipe. Neque enim coruus natura ſua eſt auis inauſpicatus, nam in operibus Dei aliquod informe & malum animaduerteremus, ſed quia à Pòëtis pro inauſpicato & ſigno infortunij aſſumebatur, vt Cæſar Ripa optimè notabat. Quocirca Brachmanæ colorem atrum inprimis venerabantur. Et prudentisſimus Salomon in Canticis ait: *Crines eius vt abietes, nigri vt corui.* Auſpicacisſimum vobis ò Coruini animal eſt. Vnde Coruinus ille Vngarorum Io. Huniades fortunatisſimus & auſpicacisſimus nedum terror

Coruus enim natura inauſpicatus. *Color alter venerationi.* *Io. Huniades Coruinus.*

Othoma-

Othomanicæ domus, ac potentiæ Aſiaticæ fuit, ſed totius & amplæ fortunæ ſuæ vnicus ac formatiſsimus faber fuerat. Tales vos in Regno vidit, habuit, adorauit Terra Polona. Tales & fæliciter conſeruet auſpice Deo ac fortuna ſtabili amplectente in æuum.

ORNATVS REGNI & PATRIÆ.

CElebris viri Hierogliphicum Coruum eſſe *Pier*: *lib*: 23. *Cap*: 32. *aſſerit*. Vnde Adagium: *Boni corui bonum ouum, mali corui malum ouum*. Quapropter ad demonſtrandam celebritatem Coracis eximij Rhetoris Metellus Diodorus gratus diſcipulus ejus ſepulchro impoſuit. At celebritas eximia viri, cui non ſolum patria, ſed qui patriæ ſuæ decor eſt, nobilius non poteſt exprimi coruo, quam ſi roſtro aurum deportet. Sic namque nullo illidetur ſcommate. Illũ namque lapideum detorſerat Cicer. dicens: docuit enim dicere vel volare diſcipulum. At talem iam coruum eiuſue virum ornatum regni & patriæ indubiè afferet. Dum originem annulorum conſidero; ferunt Promothæum ob ignem à dijs ſurreptum, & mortalibus communicatum, rupi Caucaſi montis ab Ioue alligatum fuiſſe, & poſt ſolutum, in cuius beneficij memoriam vnum ex illis cathenæ annulis, cum ſaxi portione ex rupe ſumpta digito alligaſſe. Inde poſt annulorum & lapidum mos emanauit, Romanis igitur ſolus ferreus annulus in vſu fuit: Antiquus ferre vſus eſt annulorum, ſed quia notam infamiæ cuiuſdam ſecum fert ferreus, aureus annulus maiori ornamento erit, & præcipuè quem coruus roſtro demonſtrat; ex multis quidem ornatus Patriæ & Regni colligitur, at potiſsimum ex vigilanti cuſtodia & florenti virtute. Quis vigilantem cuſtodiam coruo negabit? cum coruus Corpora SS. licet natura ipſe rapax defenderit, ſicut de S. Vincentij corpore 22. Ianuarij legimus. Quis & virtutis normã in eo non conſiderabit? ſobrietas virtus non immodica eſt, & licet coruus ſit natura ſiticuloſus, attamen per dies ſexaginta æſtatis, quibus profluuio laborat, potu abſtinet, vt aluum ſiſtat, quo ſobrietatem homini commendat. *Pier*: *lib*: 23. *Cap*: 34. Quid de prudentia illius dicam, qui vt ciſternæ aquam acquirat, lapillos tamdiu inijcit, donec aſcendat aqua, & mitiget illius ſitim, *ſicut refert Paradinus in Symbol*: Talis erat ornatus veſter Regno & Patriæ à vobis inuectus. Cuſtodia vigilans in exercitio diuturno Martis & Palladis quibus ſana conſilia naſcuntur, ac dextera fidelis creſcit; & florida virtus, qua totum Regnum Kochanouius veſter ſua pöeſi ac Oratoriæ facundia adornauit, & reſplendere fecit, vt ipſi ſubſcribere illud Alciati liceat.

Coruus celebris viri Hieroglyphicum.

Coruus lapideus ſuper Rhetorem.

Annulorum origo.

Ferreus annulus.

Ornatus Patriæ & Regni & cuſtodia & virtute.

Coruus cuſtos corporis S. Vincentij.

Coruus ſobrietatis Symbolum.

Prudentia corui.

Kochanouij.

Bellerophon vt fortis eques ſuperare Chimæram
Et Lycij potuit ſternere monſtra Soli.

Sic

Sic tu Pegaſeiis vectus petis æthera pennis
Conſilioq́; animi, monſtra ſuperba domas.

NESTOREA ÆTAS.

NVmeroſos computant annos, qui Neſtoris dies conſiderant. At Chriſtianorum non ita computantur diuturni ac fælices anni, ſed cum virtute vitam colere. Quapropter & *Tulius lib:* 8. *Rhetoric:* inquit: *Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam colere non poteſt.* Neſcio qua venuſtate adagium de coruo inualuit, Deluſit hiantem coruum. Sed ſpirituali ſenſu habet energiam facundam, quam etiam *Alciatus Embl:* 173. *inſinuauerat dicens:*

Vita ſine virtute non eſt vita.
Coruum deludere hiantē

Raptabat volucres captum pede coruus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
Aſt ille infuſo ſenſim per membra veneno
Raptorem in Stygias compulit vltor aquas
O riſu res digna: alis quas fata parabat,
Ipſe perit, propriis ſuccubuitq́; dolis.

Coruus à Scorpione occiditur.
Coruus eſt Dæmon.

Deluſit hic iuxta literam Scorpion hiantem coruum, verum ſpiritualiter coruus eſt dæmon iuxta Salomon: Prouerb: 6. *Effodiant eum corui de torrente,* quod Eucherius de abominoſo, contemptibili & abiecto dæmone expoſuit. Hunc hiantem coruum deludit, qui vitam virtuosè agendo, pluſquam Neſtoream in cælis conſequitur. Vos eſtis qui coruum hiantem deluſiſtis, dum roſtro corui veſtri aurum appoſuiſtis, meritorum ſcilicet bonorum operum, quapropter Dominum inuocate, qui ſubminiſtrat cibum pullis coruorum ſuorum.

FAMILIÆ ARMORVM KORWIN.

KOrwini. *In Rom: Repub: ſicut & imagines in nummis illorum antiquis teſtimonia præbuerunt, ſumma dignitate viri his gentilitiis vſi fuerunt. Valerius Meſſala Coruinus Tiberio Cæſare, Alpinos Pannoniosq́; populos ſuperauit, Dalmatiæ montes aſperos peruios fecit, vltra Danubium ex nomine ſuo Prouinciam Valeriam ſtabiliuit, collegit. Quapropter alij cognomen à Valerio Coruino deſumptam clarè ſcripſerunt. In Epidauro Dalmatiæ maritima vrbe quam Raguſeam Itali vocauêre, huius nobilitatis inſigne in veteribus ſtatuis & ædificiis apparet. S. Stephani Regis Vngarorum pientiſſima conſors, his armis vtebatur.* Dubrauius lib: 11. folio 96. *In Pannonia, his Armis multis centenariis abhinc vtitur Illuſtris familia. Patet indè, quod Gentilitia Slepowron, quæ ſuam originem habent ex Coruinis, in Regno Poloniæ antiquam ferant notitiam. Conradus enim Mazouiæ Dux*

Dominus

Dominus & hæres Ploceń. Cerneń. Raueń. &c. qui militi & præfecto Curiæ ſuæ Vratiſlao ius teutonicum, & alias immunitates Varſauiæ, Anno 1224. *conceſſit, veritatem confirmet. Et Baſſko Hiſtoricus Cuſtos Poznań. Waurzetam Ducem Conradi à Clemente Palat. Cracou. deuictum* 1224. *refert. Si igitur arma hæc ex Pannonia antiquiſſimis diebus in Regnum Poloniæ illata ſunt, quam antiquitatem in Pannonia habebunt Arma Coruinorum? Ioan. Huniades Gubernator & Dux militiæ Vngarorum, genitor Regis Matthiæ Vngarorum his armis vtebatur, & ita vtebatur, quod ſanguine Turcico & hoſtili luna clariores effeciſſet. Ex his duo in Regnum Poloniæ Coruini venerunt, & vnus retinuit arma gentilicia, alter generoſæ familiæ de armis Pobog dum virginem in coniugem accepit, armis Pobog addidit arma Coruinorum, quæ poſtmodum à ſucceſſoribus corrupto verò idiomate Slepouron nuncupata fuerunt.*

Kochanowſcij, *in Palatinatu Sendomir. Ioannes excellentiſſimus Poëta Græcus, Latinus, Polonicus, nec inter Poëtas idiomatis Polonici maior illo fuit, vndè parens linguæ Polonæ meritò nominatur. Celebratur excellentia illius* à Bielſcio & Sarnicio lib. 7. fol. 400. *Vnde Echo illius famæ per Poloniam, Lituaniam & Ruſſiam ſpargitur. Propter artem familiares mihi comparaui multos, propter mores verò plurimos amicos. Filij ex fratre illius Marti & Mineruæ dediti, judiciorum terreſtrium & tribunaliciorum honore, alijſq; in patria titulis condecorati fuerunt.*

Malacenſcij *ſiuè* Maleczenſcij *in Sendomirienſi Palatin. Erant Martinus, Ioannes, Chriſtophorus & Adalbertus caſtris intenti & militaris gloriæ cupidiſſimi. Dicebat Euripides, ad militem cupidum laudis & victoriæ documentum.*

Vnus juſtus infinitos injuſtos vincit.
Deo & iuſtitia adjuuantibus.

Pawłowſcij *in Palatinatu Lublinenſi.*

Iagodinſcij *ſiuè* Iahodinſcij *in Ruſſia, gens vtriq; Palladi apta, multi eorum in varijs munijs obeundis virtutem ſuam probarunt. Sed in litteris præ reliquis Stanislaus Iagodinſki multa ſpecimina ingenij expreſſo & ſuppreſſo nomine edidit. Tum verò Cantiones Catholicas nuper reformatas Latinopolonicas & Polonolatinas omnibus pijs & deuotis applaudentibus in lucem emiſit. Cui tali epigrammate Ioannes Iaſinſki alludens in ſtemma applaudit:*

Stemmate ſtirps nigrum defert Iagodinſcia coruum,
Coruinam vnde domum fama vetuſta canit,
Sed morem & vocem Coruus mutaſſe videtur,
Dulciter vt dulcis dum Philomela canit,

Quid canit? Auditur Iagodinſcia Muſa per orbem
Illius cantus audit & ipſe Deus.

Mlodnicij *in Rauenſi diſtrictu & Palatinatu.*

Bienkowſcij, *in Ciechanouienſi terra.*

Sarniccij *in Plocenſi terra. Iacobus Aulicus Regius Legatus in Scythiam vt linguæ illorum peritus Valachos cum Steph. Palat. grauiter repreſſit in Bucouienſi bello. Accepit pro benè meritis villam Stepcze in Belzeń. terra, & Scultetiam Krczonouienſem. Reliquit ex Heduigi Piatkowſka Andream comitem itineris & belli Struſſorum, cuius ex Tarimirſka filij in Tebinenſis campis aduerſis telis occubuerunt. Stanislaum qui ad Neuel arcem ſub ſignis Goraiſki Ioannis occubuit. Ioannem qui ex Gorſkowſka reliquit Stanislaum, Annalium de Origine & rebus geſtis Polonorum & Lituanorum ſcriptorem. Ita in ſuo Indice, ſub littera Lipſia Ruſsiæ, retulit.*

KORZBOK aliàs Carpiones.



DELINEATIO.

SVnt Carpiones tres, quaſi diſtinctim natantes, aurei coloris in campo albo, ſuper galeam quinque pennæ Strutionis.

ORIGO.

AB exteris nationibus Sileſiam aut Germaniam confinem accipe in Regnum Poloniæ aduenêre. Sub Annum 1500. Epitaph. Wlo-

clauiæ

Digitized by Google

clauiæ Petrum Korzbok Canonicum meminit, ſtatiua Domus Witkowo nominabat, vt Cracou. Epitaph. habet. Eſt domus clara in Sileſia, neque degeneres illis in Polonia incolæ fuerant. Hinc Paprocius addit: Erant locupletes ſatis, & de Repub. optimè meriti.

FORTVNA AVREA.

Nimiam fortunam quis non dicet auream? verùm ex exili ſi fit ſumma, ex ſumma verò ſi creſcat in reuerentem, quomodo non auream nuncupabis? Vnde ſapienter admonebat Poëta: *Fortuna Aurea.*

Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
ab exili progrediere loco.

Fortunam veſtram in immenſum deductam, aurum demonſtrat, deducendum quoque aurum admonet, conſidero imagines nobilitatis. Inter illas hanc iconem habeo. Pingitur matrona in veſte pretioſa longa & auro diſtenta, in cuius fronte ſtella, manu ſceptrum geſtans. Veſtis graues mores & actus expoſtulat longa, qua Romani nobiles ad differentiam ignobilium tali vſi fuerant, ſtella quia actiones nobilis ex nobili ingenio, ſceptrum quia nobilitas ex animo deſcendens in corpus conſeruatur bonis externis & mundanis. *Caſ. Ripa in Iconol. parte ſecunda.* Videte dignitatem, & igitur non vos ad tantum generoſum animum & ſplendentes opere actus, excitet. *Marius,* non aliquis alienus, ſed veſtra excitent arma, ſplendeat vobis aurum. Piſces ſoli, cuiuſcunque denominationis fuerint, ſunt animalia ignobiliſsima; *Philo in ſua Coſmopœia conſiderabat, dicens:* Primos inter animalia creatos eſſe piſces, vltimò hominem, quod ſcilicet illorum anima eſt ignobiliſsima, ſicut hominis nobiliſsima. Ergò inter animantes Deus primos condidit piſces, magis corporis ſubſtantiæ quàm animæ participes, & quodammodo animalia & non animalia, mobilia in anima, atque ad ipſam ſolam corporis conſeruationem Deus illis indidit ſpiritum animalem, ſeù (vt dicitur) ſal carnibus inſpergitur, ne facilè putreſcant. Auro igitur & pennis Strutionis carpiones veſtri fulgentes, optimè meritos vos patriæ, ſummè meritos Deo & Eccleſiæ efficiant. Nam *Nobilis viri imago.* *Piſces animalia ignobiliſsima.*

Illa pios recta cæli deducit in axem
Et læſis adfert artibus antidotum.

ARMA SEIANA.

Seianum equum volubilis fortunæ imò allegati cuiuſdam infortunij fuiſſe dicunt, de quo alias diximus. Arma Seiana non ob diuerſum ſenſum, & hæc vocitabo. Nam licet ſint aurei piſces, ſed iam in quibuſdam fumum redolent. non illum quidem qui ob antiquitatem imaginibus Nobilium aſcribitur, quibus ſcilicet opponuntur ſubitæ *Seiana Arma.*

imagines ac nuper natæ, ſeù etiam non diu duraturæ, *vt Plin. lib.* 8. *Epi-*
Fumoſa imagines. *ſtol.* Sed qui materiam riſus inuenit ad omes occurſus hominum, *vt ait Satiricus.* Nam cum nobiles eſſent, degeneres facti ſunt, & in quibus Mars laudabatur, laudatur Bachus & Epicurus. Vt non immeritò Alciatus Emb. 41. formauerit in deſciſcentes, dicens:

Quod ſine egregios turpi maculaueris orſus
Nobilis factus ignobilis capræ ſimilis. *In noxamq́ tuam verteris officium.*
Feciſti quod capra ſui: mulctralia lactis
Cum ferit, & proprias calce profundit opes.

FAMILIA KORZBOK.

KOrzbok, *notabant aliqui familiam ſuam à Vitkouo. Erant tum probitate vitæ, tum obſequio patriæ ornatiſſimi. Ioannes Decanus Gneſnenſis, Scholaſticus Plocenſis, Canonicus Cracou., ſingularis ſtudiorum & Academiæ Cracou. patronus. Petrus Canonicus Wladislau. vt ibidem teſtatur Epitaphium Anno* 1500. Bielſc. fol. 340.

Rybienſcij, *in Maiori Polon. Eorum ſtudia, mores, fortitudinem, conſilia, amorem Reipub. obſeruanttam in Regem ſi conſideraueris, magnam illis partem gloriæ conferres. Præcelluerunt enim ſapientia & virtute. Meminit Rybienſcium Gotardum* Bielſc. fol. 423. *Caſtellanum Sochacou. ſed Raduan armorum fuiſſe refert. Sufficit, Ribienſcios magnos fortuno fauente & celebres fuiſſe.*

Zaigl icij *in Sileſia his armis vtuntur, quorum aliqui & in Regnum Poloniæ venerant. Ioannes litterarum maximus cultor: ſed poſtmodum dignitatem nobilem & libertatem, leuioribus factis & conditionibus depreſſerunt. Illorum negligentia & aduerſæ fortunæ reſpectu, admonebitur nobilis vir & miles.*

Kos

Digitized by Google

KOS quaſi Merula.



DELINEATIO.

EſT Scutum, in quo alternatim ſex ſtatuuntur campi, tres coloris rubri, & tres albi.

ORIGO.

VT ſole lucente, nullo dubio dies eſt; ita ex ſcuto & campis Marti conuenientibus, bello rem actam & viriliter peractam, meritò ſuſpicamur. Diuerſis igitur prelijs in Pruſsia peractis, tali monumento à Principe honorati fuerunt.

HONORATVS CAMPVS.

ERat Romanis honorificentiſsimum, florentem belli fructum, honorare areis ſacratis, & campis dijs dedicatis. Inſuper litteris honorabant magnificis bellicos actus. *Vnde Cicer. ad M. Cælium Epiſt.* Oppugnaui quinq; & viginti diebus aggeribus vineis, turribus oppidum Pindeniſſum munificentiſsimum, tantis operibus vt mihi ad ſummam gloriam nihil deſit niſi nomen oppidi. Arma veſtra deferunt honoratiſsimum campum Martium & Martialem. Non illum dico Martium campum Romanis notum, nec Martialem illum, quem Romea iuuentus quotannis obſeruabat, nam ille campus nomen quandoque ſcelerati ferebat, iſte verò campus Martialis Equiria ſola repræſentabat. Sed vocabo arma veſtra campum Martium & Martialem, quia militarem & bellicam fortunam alto, forti, magnoq; pectore retinuiſtis, quam nec papyrus referre, nec calamus exarare ſufficit. Æternam Sarmatarum & Getorum famam & laudem aliqui deſcribebant, *dicit Sarnicius libro 2.*

Campus Martius.

imagines ac nuper natæ, ſeù etiam non diu duraturæ, *vt Plin. lib.* 8. *Epiſtol.* Sed qui materiam riſus inuenit ad omes occurſus hominum, *vt ait Satiricus.* Nam cum nobiles eſſent, degeneres facti ſunt, & in quibus Mars laudabatur, laudatur Bachus & Epicurus. Vt non immeritò Alciatus Emb. 41. formauerit in deſciſcentes, dicens:

Fumoſa imagines.

Quod ſine egregios turpi maculaueris orſus
In noxamq; tuam verteris officium.
Feciſti quod capra ſui mulctralia lactis
Cùm ferit, & proprias calce profundit opes.

Nobilis facti ignobilis capræ ſimilis.

FAMILIA KORZBOK.

Korzbok, *notabant aliqui familiam ſuam à Vitkouo. Erant tum probitate vitæ, tum obſequio patriæ ornatiſsimi. Ioannes Decanus Gneſnenſis, Scholaſticus Plocenſis, Canonicus Cracou., ſingularis ſtudiorum & Academiæ Cracou. patronus. Petrus Canonicus Wladiſlau. vt ibidem teſtatur Epitaphium Anno* 1500. Bielſc. fol. 340.

Rybienſcij, *in Maiori Polon. Eorum ſtudia, mores, fortitudinem, conſilia, amorem Reipub. obſeruanttam in Regem ſi conſideraueris, magnam illis partem gloriæ conferres. Præcelluerunt enim ſapientia & virtute. Meminit Rybienſcium Gotardum* Bielſc. fol. 423. *Caſtellanum Sochacou. ſed Raduan armorum fuiſſe refert. Sufficit, Ribienſcios magnos fortuno fauente & celebres fuiſſe.*

Zaiglicij *in Sileſia his armis vtuntur, quorum aliqui & in Regnum Poloniæ venerant. Ioannes litterarum maximus cultor: ſed poſtmodum dignitatem nobilem & libertatem, leuioribus factis & conditionibus depreſſerunt. Illorum negligentia & aduerſæ fortunæ reſpectu, admonebitur nobilis vir & miles.*

Kos

Digitized by Google

KOS quaſi Merula.



DELINEATIO.

EſSt Scutum, in quo alternatim ſex ſtatuuntur campi, tres coloris rubri, & tres albi.

ORIGO.

VT ſole lucente, nullo dubio dies eſt; ita ex ſcuto & campis Marti conuenientibus, bello rem actam & viriliter peractam, meritò ſuſpicamur. Diuerſis igitur prelijs in Pruſsia peractis, tali monumento à Principe honorati fuerunt.

HONORATVS CAMPVS.

ERat Romanis honorificentiſsimum, florentem belli fructum, honorare areis ſacratis, & campis dijs dedicatis. Inſuper litteris honorabant magnificis bellicos actus. *Vnde Cicer. ad M. Cælium Epiſt.* Oppugnaui quinq; & viginti diebus aggeribus vineis, turribus oppidum Pindeniſſum munificentiſsimum, tantis operibus vt mihi ad ſummam gloriam nihil deſit niſi nomen oppidi. Arma veſtra deferunt honoratiſsimum campum Martium & Martialem. Non illum dico Martium campum Romanis notum, nec Martialem illum, quem Romea juuentus quotannis obſeruabat, nam ille campus nomen quandoque ſcelerati ferebat, iſte verò campus Martialis Equiria ſola repræſentabat. *Campus Martius.* Sed vocabo arma veſtra campum Martium & Martialem, quia militarem & bellicam fortunam alto, forti, magnoq; pectore retinuiſtis, quam nec papyrus referre, nec calamus exarare ſufficit. Æternam Sarmatarum & Getorum famam & laudem aliqui deſcribebant, *dicit Sarnicius libro 2.*

Sarmaticæ maior Geticaq́ frequentia gentis
Per medias in equis itq́ reditq́ vias
In quibus eſt nemo qui non Coryton & arcum
Telaq́ vipereo lurida felle gerat
Vox fera, trux vultus, veriſſima mortis imago
Non coma, non vlla barba refecta manu.

Habent & arma veſtra non modicam commendationem, nam & ſcutum repreſentant bellicum, & pugnæ atræ atque infælicis aduerſariorum clara indicia, & lętæ victoriæ aperta ſigna oſtendunt & deducunt.

Sarmatia deſcribitur.

Ex hac Familia meo tempore fuit Samuel Kos Succamerarius Vendenſis, vir bellicis artibus & doctrina inſignis. Felix Kos Abbas Peplinenſis, vir meritis in Eccleſia Dei, & erga Sereniſſ. olim Sigiſm. III. conſpicuus. Ioannes Kos Vexillifer Culmenſis, Capit. Borzechouien. Aulicus Sereniſſ. Vladislai IV. vir qui pariter integritate & meritorum laude maiorum ſuorum gloriam adæquauit. Alij Chodkieuicio Magno ob varias virtutes erant dilecti.

Oſlowſcij *in Pruſſia ſimili vtuntur ſtemmate.*

Koſak *in Pruſſia eiſdem armis gaudet.*

KOSCIESZA alias Strzegonia.



DELINEATIO.

EST ſagitta lacera per medium vſque ad medium, incipiendo ab auricula. Coloris albi cum ample extento ferro antiquis conuenienti, nam antiqui opera nimis materialia diligebant, forte ad proportionem ſtaturarum, nam homines tunc ferebat tempus, altos

ſtatura

Digitized by Google

ſtatura & robuſtos, ſupra verò laceraturam ponitur crux gladij ſeu enſis coloris albi. Supra galeam tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

Militi dicto, Koſcieſza Anno 1072. in bello ad Sniewsko in præſentia Regis Boleſlai Audacis fortiter agenti liberaliter conceſſa fuerunt. Hac occaſione. Dum fortuna fauente triumphaſſet exercitus, ſpolia in vnum conferebant. Acceſsit & Koſcieſza miles, vt redderet ſpolia requiſitus, & ille ſagitta intra pedem defixa & diſlacerata, oſtendendo vulnera ingentia in capite, & manibus detexit, depoſuit, & medium gladij fracti, & dixit: Hæc ſunt ſpolia noſtra, vt inter alia recipiantur, & connumerentur obſecrabat Edepol, quaſi ſecreto diceret. Ego pugnabam cum hoſte, vt vos ſpolia colligeretis, ſolers ingenio & inuictus Rex, cognita re, militi tam glorioſo ſagittam laceram, & crucem gladij, in æuiternam memoriam & laudem aſſcripſit, & amplos prouentus commonſtrauit.

SAGITTA SALVTIS.

Ore S. Prophetæ Helizei ſagitta Regis Iſraël, accepit tale encomium, Sagitta ſalutis ſeù ſalutaris. Verùm Koſcieſsijs non dedignabor tantum encomium aureis etiam litteris inſcribere. Sed inprimis ratione hac moueor, quod Koſcieſsio primitus talia arma ceſſerunt, cuius progenies in diem præſentem ampliſsima in Regno, grauiſsima in Senatu, numeroſa in exercitu, laudabilis in vita, conſpicitur & apparet. Longobardorum erat hic vſus ſolennis, vt nobilitatem capientibus ſagitta porrigeretur, tali cum òrationis modo: Dij te hac ſagitta nobilitent, conficiantque vbi patriæ ac principi fueris infidelis. Nec alia arma nobiles Longobardi ſciebant, niſi vnam ſagitam: *Olaus lib.* 8. *c.* 10. Inde iam, ò Koſcieſsij liquet, quales vos Regi, quales patriæ quales Deo obtuliſtis, dum mutatio temporum, tantaque inuolucra rerum vos non abſorbuerunt, nec profundarunt. Profectò ſagitta veſtra eſt ſagitta ſalutis. Sagittam lego ſalutis in Bauaria ſancta. S. Capiſtranus dum tremendum ſacrificium pro ſtatu Chriſtianiſsimo contra Turcas offerrebat altiſsimo, è cœlo cecidit ſagitta in qua aureis litteris ſcriptum fuit: *Eſto conſtans Ioannes.* Præibat ergò exercitui Chriſtiano, & hoſtes cadebant. In ſagitta veſtra dum crucem iam video, non aliud contemplabor, quàm eſto conſtans, ſagitta tua eſt ſagitta ſalutaris. Quapropter Reges & Principes conſiderantes quantam ſalutem Regnum ex vobis ſumeret, multa & magni ponderis Privilegia vobis ac poſſeſsiones contulerunt. Extat priuilegium Semouiti Mazoviæ Ducis, vbi ait: *Diligenter inſpectis fidelibus & conſtantibus ſeruitijs quibus*

Eritné ſagitta magis ſalutaris?

ſe nobis

ſe nobis nobiles viri de Genealogia & Clenodio Koſcieſſa à multis retroactis temporibus promptos exhibuerunt, omnes ideò liberamus, eximimus, abſoluimus ab omni poteſtate & iurisdictione, &c. Et Anno 1190, Caſimirus Suleslaum Koſcieſſa villa Szerinij donat, quod iterum confirmauit Vladislaus Anno 1440. Erit ſagitta veſtra ſalutis ſagitta, eiuſq; dum contra Syriam & rebelles, non contra Deum, Eccleſiam & Paſtores pugnabitis.

INSIGNE AVGVRII MAGNI.

SAgittam, viris bellicoſis augurij loco & excellentis appropriam fuiſſe, ſacra pagina teſtatur, Ezech. 21. *Diuinationem quærens commiſcens ſagittas.* Si modum diuinationis inquirimus, hic duplex erat. Othomana domus exprimit primùm: Cùm namq; ex Arabia cæteriſq; regionibus expulſi manerent, inito conſilio, caput ſtatuere ſibi & eligere conarunt. Ponunt modum vt capita turmarum vnum eligant virum, quem vellent in ſuum gubernatorem habere. Electis igitur quinquaginta viris receperunt à ſingulis ſagittam, factaq; commixtione puerum conſtituunt, vt quam ille attolleret ſagittam illius Dominus ſit Rex & Caput omnium. Cecidit ſors in Othomanum à quo vſque nunc Turcæ imperant. Alterum modum D. Hieron. in Ezechielis locum adnotat: Nabuchodonozor regiones illas vbi mittere manum cogitabat & expugnare, ſagittis conſcripſit, in vna ſcripſit Ieruſalem, in altera Chaldeam, in alia Arabiam, aut Rabath, commixtis inuicem, quam primitus è Pharetra educebat, contra illam Regionem procedebat. Eſt & Saluti Scytharum Ducis non leue augurij exemplum, dum moribundus filijs 12. inuictam potentiam quodam modo ominabatur, & facilem omnium jacturam diuinabatur. Sagittæ 12. non facilè ſimul franguntur, ita vos 12. fratres ſi concordes fueritis inuicti manebitis, ſi verò diſcordes, ſicut ſagitta vna facilè frangitur, ita & vos diſcordes facilè famam, patrimonium amittetis. Fuerat ergo ſagitta inſigne quoddam augurij magni. Veſtram ſagittam candidam iamq; cruce ornatam ex ferro, ligno, & gladio junctam, antiquam & tamen recentem magni augurij inſigne ò Koſcieſsij video. Augurata namq; eſt in familia veſtra Magnos Senatores, quocirca figuram litteræ Pithagoricæ quodam modo exprimit, ſi inuerſam inſpexeris. Augurata magnos duces Exercituum, quapropter militaria ſigna ſagittam & gladium repræſentat. Augurata magnos in Eccleſia S. Paſtores, vnde ſi ſagittam hanc terræ infixeris, antiquum pedum Epiſcopalem efformabis. Auguratur magnos toga, & Marte, quare & ſpirituale ſignum crucem, & Martialem figuram, ſagittam continet. Hinc veſtris armis ſubſcribunt Magnum Ioannem Carolum Hodkieuicium Palat. Wilnenſ. Exercituum tàm Regni, quàm

M. Duc.

Digitized by Google

M. Duc. Litu. ducem ſupremum. Subſcribunt vigilantem Paſtorem Leonardum Słonczewium Epiſcopum Cameneccn. Subſcribunt Adamum Mniſzewſky, Cancellar. Conradi Ducis Mazouiæ. Subſcribunt tot & tantos Rothmagiſtros Wodinſcios, Miloſewcios, Pudlowſcios, Gniewoſzos, Szuliſewſcios, &c. Vnde de domo & familia veſtra illud *Ezech.* 27. recenſebo: *Pigmei* (quod juxta Hieron. bellatores ad bella promptiſsimos ſignificat) *qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum, ipſi compleuerunt pulchritudinem eius.* Vos namq; in turribus Regni tàm conſiliorum, quàm munitionum ſagittis veſtris, ſanis ſcilicet conſilijs & fortitudine pectoris pulchritudinem ampliaſtis, addidiſtis, conſeruaſtis. O quàm

Optimus eſt ille qui ſibi cuncta proſpicit
Sapiens, quæ in poſterum quoque & ad finem potiora ſunt. Dixit Heſiodus,

ARMORVM KOSCIESZA LINEA.

KOſcieſza, *cui primum à Boleslao Audace arma hæc ad Snouianum bellum conceſſa fuerunt, Anno* 1072. *Sulislao Caſimirus* 1190. *villam Szerzin donauit, Timconem Priuileg. Tremeſen. habet* 1260.

Koſcieſcij *in Maſouia & Cuiauia. Ex nomine namq; ſuo villas Koſcieſſe nominarunt.*

Wodynſcij. *Nicolaus qui ex Koſobucka ſuſcepit filium Ioannem Caſtellan. Liuenſem* 1578. *Palatinum Podlaſiæ meminit Pater Olſſowſki in Prædicatione funebrali Coniugis Sapieha Marſchalci M. D. Lit. Vbi dicit Grizella Wodynſka nata fuit ex Patre Palat. Podlaſiæ, & Matre Zophia Pallat. Lublinen. Sobieſka. Iſte Palat. erat Ioannes ex Caſtellano Podlaſiæ factus Palat. vir juſtus & pius. Marcum Caſtell. Podlaſiæ reliquit & Andream.*

Hem quam tumulus nos claudit, quos vix magnus mundus capit.
Seuerus in Spartiano.

De poſteris, vide inferius familiam Mniſſowſciorum.

Strzegomia, *Dobieslaus perantiqua familia: quapropter hæc Arma etiam Strzegomia vocantur. In Sedomirienſi terra ex cognomine ſuo fundauit villam.*

Daluicki, *Gnieuoſſus* 1386. *Pœnitentiam eius ponit Cromer. lib.* 15.

Gniewoſouij *de Daleuicze, vnde ab aliquibus Daluiccij vocati, Succam. Cracou.* Bielſc. fol. 269. 307. *Contra Gedanen. ducunt legionem,* Bielſc. 746. & ſuprà 486.

Słonczewſcij, *Leonardus Epiſc. Cameneceń. in Podolia, Anno* 1400. *Eius Epitaph. in Cathedrali Eccleſia.*

Occidit ante ſuam Leonardus Slonczouius horam
Præſule quo fælix terra Polona fuit.
Quum patriæ fidus Regiq; fidelis amicus
Tum præco ſancti doctus Euangelij.
Quæ velut hic homini dotes cita fata tulêre,
Sic vitæ in cælis præmia digna ferent.
Votis Chriſte Deus te quæſumus annue noſtris,
Si nece confiſus concidit ille tua.

Mniſzewſcij *de Mniſſeuo, Iacobus, hunc Semouitus Dux Maſouiæ Princeps Plocen. Sochaczou. Rauen. Goſtinen. Plonen. & hæres Viſnen. cum alijs quorum familiæ ſequentur armorum Koſcieſſa, exemit ab omni poteſtate & iurisdictione, & ab omnibus vexationibus. Eius filius Adamus Cancellarius Principis. Alter filius Benedictus reliquit Petrum, qui diuiſione bonorum dum accepit Kolozabum vocata fuit poſteritas Kolozabſcij. Reliquit & Ioannem qui à bonis Wodynie vocatus fuit Wodynſki. Varſauiæ eorum ſepulchra dignitates referent in Eccleſia Maiori.*

Kołakowſki *de Kolakouo Priticius. Alij ad Lomzenſem diſtrictum.*

Zerzinſcij *de Zerziny: Bohuchualus. Lucas in Palatin. Lublinenſi.*

Miroſzewſcij *de Miroſſeuo; Vſeborius ad Varſauiam.*

Kobylſcij *de Kobile in Ciechanou. Troianus.*

Męczinſcij *de Męczini: Sobieslaus. Reperiuntur & in Volhinia.*

Zakrzewſcij *de Zakrzeuo: Zdislaus. Hos omnes Priuilegium libertatis Semouiti meminit. Datum in Plocko, Anno* 1400. *in Cerſcen. diſtrictu.*

Rakowſcij *in Præmisl. terra ex Maſouia.*

Szuliſzewſcij *in Sendomirienſi Palat. Stanislaus exactor contrib. Regni in eodem Palatinatu Szuliſſewſki.*

Chodziccij, *Albertus Caluus capite fores erumpebat, Zborouiorum miles & familiaris.*

Grziwowie *in Rauen. Palatin. Caſtris addictiſſimi.*

Zaluſcij *in Ciechanou. diſtrictu.*

Praweccj *in Lencicen. Palatinatu.*

Zdychowſcij *qui demum* Praueccij *Iuribus dediti & virtuti.*

Chrząſtowſcij *in Podgoria: Nicolaus.* Bielſc. fol. 288. 373.

Wolſcij *in Varſauien. terra: Ioannes iuuentutem ad Azacum inter Coſacos peregerat.*

Targowie *in Lomzen. Vnus ex illis in Ruſſia dum Bauorouio obtulerat obſequia, reliquit prolem.*

Iaworowie *militia excellentes & doctrina.*

Sałapſcij *in Varſauienſi diſtrictu, virtutem cum litteris habent.*

Rzezenſcij *in Varſauienſi terra.*

Miłoſzewſcij *in Ciechanou. diſtrictu, Stanislaus Cubicularius Sigiſmundi Aug.*

Digitized by Google

Aug. Regis, hunc pro benè meritis in Samogitia villa Iaſoni prouiderat. Venator erat terræ Bielſceń., ſed magis venabatur virtutem & cælum. Ex Talczewſka Capit. Kobrzineń. & Pinſceń. filia reliquerat filios & filias. Iacobus ſuus germanus Theſaurarius Curiæ, Tribunus Ciechanou. morabatur in Lublinenſi Palatinatu.

Pudłowſcij *ex Maſouia ad Syrad. Palat. duo venerant, quorum filij, vnus in Præmisl. terra ſtatiua ſua & Conjugium elegit, & notat domum ex Mokrzani, alter verò Ioannes cum Tarnowſki & alijs militarem vitam ducendo rediјt ad Syradiam. Hic ex Vrſula Boguſławſka armorum Prus vel Koſy ſuſcepit optimos Reipub. filios. Malcherum electum Iudicem terreſtrem, qui ex Bialinſka armorum Iaſtrzebiec reliquit prolem. Stanislaum qui ſteriliter deceſſit, & Ioannem Militem Sepulchri Chriſti Hieroſolimitanum, & per Poloniam Terræ ſanctæ Syndicum. Ab Henrico & Stephano Regibus ob virtutes in Secretarium ſuſceptus. Cum Zamoyſcio Ioan. Cancell. & exercituum Regni Generali in tribus expeditionibus operam ſuã ſumma diligentia, fide, & dexteritate nauauit. Huic pro tantis meritis ad pennas Strutionis tres, duas albas & tertiã in medio rubeam, in galea, Stephanus Rex, duas palmas circa mediam pennam, in laudem Malcheri & Ioannis ſuperaddidit, in caſtris ad Pſcouiam 1582. Eidem Ioanni idem Steph. Rex Tribunatum Sochacouien. contulerat.*

Chodkieuicij *in Mag. Duc. Litu. Nobiliſſima Familia. Hos aliqui Boreikouios, poſt Chodkios, demum Chodkieuicios appellarunt. Sed ob antiquitatem familiæ difficile originem domus inueſtigare.* Stricouius in Chronica carmine edita à Paganorum Dynaſtis educit in Ducatu Litu. eorum antiquitatem. *Ioannes Chodkiewicz Caſimiro Regnante Palat. Vitepſcenſis & Dux exercituum in Bohemiam 1454.*

Hieronymus Comes Sacri Romani Imperij in Skłow & Myß. Caſtellan. Vilnen. Filius eius Georgius Dominus in Ros reliquit Baſil. Hieron. Georg. Secundus filius Ioannes Caſtell. Vilnen. Capit. Samogit. Supremus Marſchalc. M. D. Litu. Adminiſtrator & dux exercituum Liuoniæ. Murus & antemurale totius Lituaniæ à Moſchis, Liuonenſibus, Pruſſis, &c. vt ex titulis illius patet, fuit, & eſſe, poſteritate commendauit. Reliquit ex Chriſtina Zborowſka Palat. Cracou. filia Hieronymum Caſtell. Vilnen. Alexandrum poſt tot honoratos titulos Palat. Troceń. qui ex Sieninſka ſuſceperat filium Primum Falicianum, & filiam Procopij Sieniawſki coniugem, ex quo ſuſcepit Hieronymum domus & familiæ Sieniawſciorum vnicum virentis ſpei floſculum. Erat Alexander voto quodam religioni Dominicanæ ſingulariſſimus Patronus & fundator, vt in armis Chodkieuicz deduximus. Tertius filius Ioannis erat Ioann. Carolus. Hic ex Pincerna M. D. L. Dux Campeſtris, Caſtell. Samog. Commiſſarium Liuoniæ, demum Palat. Vilnen. & contra

Oſmanum ad Chotinum ſupremus Dux exercituum Regni & M. D. L. Fundauit in Cretinga P. Bernardinos magnifice. In Bichow Canonicos regulares opulenter. In Patres Soc. Ieſu ampliſſime. Fortuna belli illius tatis fuit, Venit, Vidit, Deus vicit. Teſtis Volmarium, Parnaua, Riga, Dinamuntum, Derptum, Bialokamienium. Teſtis & Carolus Princeps Sudermaniæ, Teſtis Moſchouia, Rokoſſum, Chotinia. Ex Zophia Mielecka, filia Palat. Ruſſiæ & ſupremo Generali exercituum Regni, & Ducíſſa in Sluck, ſuſceperat filium Hieronymum, ſed obijt in florenti iuuentute. Altera conjunx relicta Vidua, quæ voto caſtitatis obligauit Deo dies vitæ ſuæ, erat filia Alexandri in Oſtrog Ducis, Palatini Volhiniæ. Obijt in Caſtro Chocinenſi in Valachia, Anno 1621. Sepultus in Oſtrog. Filia eius nupta Sapihæ. Horum Comitatus iam periodum ſenſit. Sorores Ioannis Ducíſſa Czartoriſka, Leſniewolſka, Pacowa. Et Caroli Sorores Anna & Zophia.

Chodkieuicij *qui non erant Comites Imperij, adæquarunt officio & titulis omnes titulos exteros. Chrehorius Caſtell. Vilnen. M. D. Lit. ſupremus exercituum. Alexander eius filius Caſtell. Vilneń. Capitaneus Grodzineń. Andreas alter filius Dapifer M.D.Lit. ſed hi deceſſerunt ſteriles, quapropter bona Chodkieuiciorum cum filia Chrehorij, ad Ducem Romani Szanguſko tranſierunt. Pax vobiſcum ſit viri fortiſſimi. Ex Hieronymo Caſtell. Vilneń. Chriſtophorus Caſtell. Vilneń. reliquit ex Kiſczanka Ioann. & alios duos filios.*

Naruitouij, *vt genere ita rebus bellicis clariſſimi, ex diſtrictu Grodzinenſi.*

Tronowſcij *ex Duc. Lit. venerunt ad Palat. Belzeń. Ioſephus in aula Oſtrorogiorum duxit emolumenta virtutum. Reliquit Petrum militiæ ſtudioſum Ioan. filius in expeditionibus Pruſſica, Moſchouitica Kazanouij Campiductoris loco tenens ſigni bellici prouiſus ad Starobub à Sereniſſ. Rege.*

KOSY

Digitized by Google

KOSY FALCES.



DELINEATIO.

DIuerſimodè pinguntur Arma. Alij namq; falces fenarias pingunt, acuminibus inuicem admodum crucis junctis, aut lignis falcium in crucem diſpoſitis, qualia arma Ioannes Fox Archidiaconus Crac. deferebat. Alij falces lupinarias reſte torto vel ferro in capite colligatas, ac in circulum diductas, quarum acumina in modū crucis diſponuntur. In campo rubeo, *vt patet ex Paprocij Stemmatibus in Armis Prus tertiò.* Falces coloris albi, ſuper galeam quinque pennæ Strutionis, ſicut collector Armorum Regni Poloniæ adnotabat.

ORIGO.

COnceſſa ſunt à Ducibus Maſouiæ. Nam illi Duces his armis vſi fuerant, *vt notat Paproc. in Stemmatibus ſub armis Prus ſecundò.* Cum enim Maslai Ducis Mazouiæ exercitu vir de armis Prus dux exercituum Caſimiri Regis Maſlaum iterum atq; iterum gloriosè fuderit, illi filiam Maſlai relictam Rex in matrimonium conceſsit. Et quia verò Maſlaus falcibus vteretur pro inſignijs, in æuiternam memoriam falcibus arma ſua adjunxit, quæ nunc Prus vice ſecunda vocantur. Concedebat verò Dux arma propria alijs, vel ob ſanguinis coniunctionem, vel ob aſtutum progreſſum in bello.

ARMA SAPIENTIÆ MILITARIS.

NOn quamlibet falcem tantis titulis honoro. Eſt namq; falx quam Saturno tribuunt, ſed meſſoria, ille namque eam adinuenit in inſidias patri, *vt Pier. Hier. lib. 42. c. 74.* Eſt falx grami- *Arma ſapientiæ.* *Falx triplex.*

nea, ſed hæc tribuitur morti non vitæ. Eſt falx lupinaria, quæ lupis inſidiantibus pacifico gregi inſidiatur. Et de hac in Armis Prus tertiò *dicitur à Paprocio.* In Armis Prus differentias armorum videmus, at idem omnium nomen. Equidem *Hiſtoricus antiquus Baſſko* quendam ex Prus Burzyma vocat, ſed quem ex illis non exprimit. Sed poſteritas ſecundorum Prus vocitant ſua Falces Lupinarias, & Prus in nuptias. His igitur falcibus titulum ſapientiæ tribuo. Nec ſolùm ob cautum & glorioſum in bello progreſſum, quo illi aſtutos hoſtes, & in prædam cũ vita hiantes fortiter inuaſerant, diſperſerant. Effugierant enim tanto progreſſu illud Plauti in Captiuis,

Falx lupinaria falx ſapientia.

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet cum etiam cauet,
Etiam cum cauiſſe ratus ſæpe is cautor captus eſt.

Nouerãt namq; maiores horum armorum illud ſapiens axioma: Omnes qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an quod inchoatur Reipub: vtile, ipſis glorioſum aut promptum effectu, aut certè arduum ſit. Adijciantné periculum ſuum, & ſi fortuna cæptis adfuerit cui ſummum decus acquiratur. Neq; ſolum tantum titulum tribuo, ob ſapiens in bello conſilium, de quo Comicus:

Omnia priùs ſapientem experiri, quàm armis decet.

Superauit namq; quoſcunque gladios audaces ſua prudentia & ratione, ne vel à paruo vel à magno hoſte comprehenderetur, ſed omnes comprehendat, ſed inde magis tribuo, quia ardua ſæpe ſectatus fuerat, quo altum culmen honoris aſcendat. Vt quidam monebat:

Ardua ſecteris ſcanſurus culmen honorum.

Verè namq; iſtæ ſunt falces militares, quibus nec Gelones, nec Getes vſi fuerant. Militares falces in Belgia fuiſſe *dicit Dempſter. Antiquit. lib.* 10. *c.* 10. Sed curruum falces ſeù vehiculorum, in pugna Parthica, vbi duo viri armis & ferro incluti, & poſterior pars currus cultris in orbem extantibus communiebatur, ne aſcenſus præberetur à tergo, & axibus aptabantur acutiſsimè falces, quæ machinæ funera hoſtibus immitebant, & turbatis ordinibus ſtrages efficiebant. Digna res memoriæ, at dignior laude falx eſt veſtra cùm apertè ipſis notatur hoſtium terror, Patriæ pax, Eccleſiæ decus, Dei honos. Quapropter Arma ſunt ſapientiæ militaris.

Falces Militares.
Falces ad curruum.

Laus eſt virtutis proſperitate frui.

FALX GLORIÆ.

NOn ſine graui ratione Bion Boriſtenites gloriam, matrem annorum eſſe dicebat, *vt Laert. lib.* 4. *c.* 7. Sed neque deeſt quod moueat, vt gloriæ falcem ponamus. Xiphiam piſcem quam Latini falcem vel gladium dicunt, ob robur roſtri inſolenter in mari

grasſari

graſſari, vt etiam balænis ſit formidabilis, nam naues quoq; roſtro perforando in periculum ſubmerſionis deducit, ſed tanti roboris piſcis ab inſecto animali æſtro ſeù aſylo percitus in rabiem agitur, ſæpe in nauem terram exilit, & immenſos cruciatus cum morte commutat. *Refert Oppianus & Æleneus lib.* 7. Vnde Xiphiæ æſtrum, erit falx, at eius cujuſdam gloriæ. Falces has veſtras lupinas falces gloriæ dico. Magnorum namq; erat Ducum, magnorum ſunt & virorum, vt dicere liceat, ſunt falces & murales, de quibus meminit *Dipſter. in Antiquit. Rom. fol.* 984. & militares vt dicebamus, & Senatoriæ, vnde falces gloriæ erunt. Verùm quia falx demetens gloriam propriam quandoq; inuenitur, ne quid vobis aduerſum contingat falces quærite non Coſſos. Hoc enim de Coſsis *lib.* 17. reliquit, quod ex his vermiculis culices generantur. Quapropter Ægiptij agmen infeſtum aliquod exprimentes, Coſſos dicebant. Fugite igitur paruam grammaticationem, doctos namque & ratione pollentis benignè Senatus expoſcit. Fugite paruam militiam. Gloria namq; ſtrenuos & graues ſequitur milites, parua verò militia falcem ſæpe acuit in propriam gloriam, non vos Coſſos habeant, ob infeſtos mores & atros. Sed ita ſitis falces vt & faces ſimul ac lumina gloriæ ſuæ vos conſpiciant & teneant.

ARMORVM FALX SEV FALCES NOBILITAS.

MAſlaus *Dux Maſouiæ Armorum falces vſus pro inſigni. Hic magnis & bellicoſis viris, quorum infractum pectus in bello, & in aduerſis belli nouerat, ſimilia arma conceſsit. Ita & anteceſſores ſui fecerunt. Quapropter in Maſouia multa ſtemmata falcium reperiuntur. Pruſsia habuit quoq; plurimos incolas, qui in Regnum Poloniæ ob irratam Principum faciem venerant, & militari toto pectore incumbentes, hæredifſas in conjuges conceſsas à parentibus habebant, imò poſt cladem Maslai, Caſimirus Rex victor in triumpho filiam Maslai deductam Duci Prus armorum ſuo, illam in conjugem conceſsit. Hinc falcium diuerſa arma obuenerunt, ſed hoc videre in Prus armis licebit.*



F*Alcibus fenarijs cum manubrijs diſpoſitis in modum crucis vtebatur Ioannes Foxius Iuris Vtriuſq; Doctor, Prothonotarius Apoſtolicus. Hunc Georgius Radziuil Cardinal. Dux Seueriæ & Epiſcopus Cracou. in Canonicum Cathedralem Cracou., & Petrus Tylicki in Oculum ſuum ſeù Archidiaconum Cathedræ Cracou. nam per talem cura Epiſc. ſolicitudinis releuatur, elegit, conſtituit, creauit. Inter Principes Velleris Aurei Don Matthæus Princeps de Conca, Comes de Palena Admiralis de Naples circa arma ſua hoc ſingraphe poſuit*: Negligit ima. *Me profe-*

Eò qui falces fenarias & mortis arma pro ſymbolo ſibi & nota momenti aſſumpſit, jam ille neglexit ima, amplexus eſt ſuprema, cogitat mortem, meditatur vitam.

KOT ſiuè Cattus Marinus.



DELINEATIO.

CAttus erectus & quaſi ſedens, caudam intra pedes poſteriores complicatam gerit. Alij Cattum ſimplicem & domeſticum cui cum muribus deliciæ ſunt, *vt ex Nido virtutum Paprocij conſtat,* alij Cattum Marinum eſſe volunt, *vt Dlugoſſus.* Coloris griſei *ponit Paproc. in Stemmatibus, at in Nido ſuo* coloris albi *ſtatuit.* Sed in hoc mos gentis ſeruandus. Diuerſæ enim familiæ, diuerſis coloribus vtebantur. Eſt autem Zona aurea cinctus & lata in campo rubeo. Super galeam *in Nido Paprocij*, apparent tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

ANtiqua in Regno Arma omnes referunt, ſed quonam pacto conceſſa & cui, nemo meminit. Vnum tamen colligitur ex armis, quod dum antiqua ſunt ab antiquis Romanis originem habent, quibus vſus erat exercitus: præcellentem adnotare Catto, *vt*

Pier.

Pier. lib. 14. *c.* 43. Vnionis tempore Regni cum Ducatu Lituanorum, fortes prælio arma hæc gerebant; quocirca à Woyſnaro Wilkolewicz amplexata fuerunt.

FÆLICES SENATORES.

DVobus fælices dixiſſem fieri Senatores, Prudentia nimirum & virtute, ſeù Toga & Marte. His namq; duobus quodcunq; Regnum ſi valuerit, illud nedum habere fælices Senatores, ſed parentes quoq; ipſos facilè dicemus. Quaprŏpter D. Ambroſ. de Offic. lib. 2. *Talis debet eſſe* (puta fælix Senator,) *vt dum conſilium dat, ſeipſum formam alijs ad exemplum bonorum operum exhibeat in doctrina, in integritate, in grauitate, vt ſit eius ſermo ſalubris atq; irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora.* Et quoniam Senatus à ſenibus dicitur, veniunt in mentem Fælices Seniores, hos cum Romani plurimo honore donabant, præſidij quoque ſummi loco habebant, ſi Seniores in Caſtris quoq; verſarentur. Quapropter inſigne illis Cattum rubeum in parma punicea dilutiore, quod à margine rubro ſurrectus, pedibus ad luſum compoſitis blandiretur, cum tali Syngraphe porrexerunt Felicium Seniorum, *Pier. Valer. Hier. lib.* 3. *c.* 44. Me, hercule, nil prohibebit tantos Seniores, Senatores fælices & fælicisſimos nuncupari. Non ſine graui animaduerſione Seneca Epiſt. 12. de ſenibus dixit: *Amplectenda eſt & amanda ſenectus, plena eſt voluptatis ſi illa ſcias vti.* Iam profectò ſi Senes ſunt milites, & milites pedites, vt Romanis his fuerant: Sciebant ſine dubio optimè ſua ſenectute vti; Nec eorum ſenectus ita ex canitie capitis quàm ex induſtria eorum iuuentutis atque laborum prætentorum ſtipendijs metiebatur. Dum igitur Arma veſtra Cattus ſint, & his fælices Seniores vtebantur, vtebantur vero in Caſtris, & Caſtris Romanorum inuictiſſimorum: iam vos non tantum fælices, ſed fælices Seniores & Senatores nominabo. Monet hoc antiqua ætas familiæ veſtræ, monent ampliſsimi Senatores prædeceſſores veſtri, monet antiqua vnio Regni Poloniæ cum Ducatu Magno Lituaniæ, vbi arma hæc veſtra & inſignia inſigna nobilis animi ſui & ſplendidæ domus Woyſnarij in delicias vocare, & amplecti conſultò voluerunt. Quocirca ò Nobilis Senator,

Felix Senator.

Cattus ſignum militum ſenſorum felicium.

Senectus plena voluptatis.

Senectus vnde metienda.

Ingentes ſpes
Viuens incipe
Moriens doce.
Omnia vitæ negotia eſſe
Conceptus inchoatos
Perficiendos in cælis.

LIBERI BARONES.

Catius Deus vnde dictus.

ARma hæc, dum interius ceu ſpecubum quoddam, aut limpidiſſimum fontem inſpicio antiquorum deus Catius dictus ſeſe obtulit, quæro deriuati cognominis originem. en Latinorum ſacratorum ſcriptor *S. Auguſt. lib.* 4. *de Ciuit. c.* 21. prodit. Catius dictus quod homines Catos, id eſt acutos faceret. Attendite Liberi Barones, veſtris commodis indagatio ſubſeruit. Nam ſi malum fit ex quoq; defectu: ne aliquo defectu vel appoſito nouiter, vel non ſublato aliquo in libertate veſtra nobili malum & inconueniens coaleſcat, Catum fieri oportet. Sed verè cati eſtis, nam non immeritò Catum defertis. Hic enim priſcis Alanis & Burgundionibus *teſte Methodio* decori fuit, vt militaribus ſignis exponeretur; nec alio quidem gnomone, quàm quod ſit animal carceris impatientiſſimum, libertatis amantiſſimum. Quo ſignificabant appetentiam ſummam libertatis ſuæ. Maximum namque bonum libertas eſt. Vnde *Cicer. in Parad. penult.* Quid eſt libertas? poteſtas viuendi vt velis. Quis igitur viuit vt vult, niſi qui recta ſequitur? Sed ſoli hoc contingit ſapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Talem familiam Cattorum accipite. Non Barones liberos dixi à defectu, quaſi ſint liberi, hoc eſt ſine lege à conſcientia: ſed ab efficientia liberos dico, quod aureæ libertatis & legum quibus libertas honeſta fulcitur, fuerint ſupremi defenſores & Patroni. Ita namq; Romana Reſpublica dicendum ſuadet. Quæ cum libertatem tuendam conſtituerat, Cattis illam commiſit. Elegit namq; cohortes. Auguſteam & Alpinam, quas ob inſinuandam illis ſolertem vigilantiam, Catti imagine inſigniuit. Sic igitur liberi, ſic Barones, leges & libertatem tuendo, promouendo, ſeruando, conſtituti, ipſam vt pupillam obſeruate.

Catus ſignum militare.

Libertas quid eſt.

Liberi Barones inde.

Cattus Romanarum legionum inſigne.

FAMILIA ARMORVM CATTVS.

R*Omani cohortes ex ſenibus congregatas in bello, imagine Catti inſignabant, & inſcribebant:* Fælices Senatores, *Pier. Val. li.* 13. *c.* 44. *Similiter, Auguſteam & Alpinam cohortes, imagine Catti ob ſolertem vigilantiam inſigniuit. Alani & Burgundiones antiqui in militaribus ſignis Cattum deferebant,* refert Methodius. *Et quoniam Cattus Marinus eſt, ab exoticis partibus venit in Regnum, vbi nimirum inueniuntur eiuſmodi animalia. In Regno maximè vigiles contra hoſtes & hoſtium ſtratagemata fuerunt, quibus talia arma conceſſa aut confirmata erant.* Docet Galenus. *Operepretium eſt, optimum Medicum meminiſſe præceptorum Matheſeos quibus confortatur virtus attractiua, retentiua, digeſtiua, expulſiua Si hæc optimum Medicum decent, jam & nobilem*

aliqua

aliqua conuenient, quibus conſeruet augeatq́ decorem nobilitatis Hæc autem erunt. Virtus, Conſcientia, Amor patriæ & militiæ. Sanguine namq́ & hoſtium ſtrage nobilitas creuit.

Woyſnar *in Ducat. Lit. Hic in vnione talia Arma pro ſe & familia ſua accepit,* Paproc. in Stemmat. fol. 575. Bielſc. fol. 313.

KOTFIC ſeù Kotwicz Primò.



DELINEATIO.

Pingitur in campo albo, campus rubens ſanguine in medio, ad latitudinem palmæ inter lineas rectas, ſuper galeam & coronam armata manus diducta & extenſa gladium ſtrictum elatumq́; gerit.

ORIGO.

Delatum fuit hoc Nobilitatis inſigne in Regnum Poloniæ ex Germania Regno proxima, quod vel inde patet, quod Domus Auſtriaca & eminentiſsima eiſdem armis, inter cætera armorum illuſtria gaudeat, ſola hac differentia poſita, quod in rubeo campo, campulus albus aſsignetur. Vnde inſinuatur ornatos ab Archiducibus Auſtriæ, atq́; ad arma admiſſos fuiſſe, ſpecimen verò meriti ſatis liquidè in animoſo milite exprimitur, dum ſuper galeam tam fortis animus & brachium cum impauido corde exaratur. Primus verò qui inſignia hæc adiunxit nobilium inſigniis in Regno, fuit Ioannes Pochnerus Anno 1281. vt authenticis demonſtrant poſteri. Eius poſteritas clara recen- *Kotficÿs arma ſunt ab Auſtriæ Archiducibus.*

ſetur in Regno, poſtquam matrimonio in terra Schouenſi domum ac familiam ſtabiliuerat. Sciendum namque venit quod terminos Regni Poloniæ Wrocſauiæ Ducatus, pars Sileſiæ & Morauiæ non immodica conſtituebat, *lege Hiſtoricos*. Quapropter dicimus in Regnum Poloniæ delata fuiſſe, licet Pochnerus cum Henrico Wroclauiæ pugnaſſet contra Regem Poloniæ, nam poſtmodum deuictus in Regnum Ducatus adnumeratus fuit. Denominatio autem armorum genuina non eſt Kotficz, ſed forte aliam apud germanos inuenies, hæc namq; à fundata villa & tali nuncupatione Kotficz propriam denominationem comportat, vt in Kotficz ſecundò videre licet.

GLORIA VERA ET MAGNA.

ADmonebat quondam Plato: *Non vita maximi eſt facienda ſed bona vita.* Ita nunc nobilem monere decet. Non gloria ſed vera & magna gloria paranda eſt. Quæ quidem gloria, cum nullatenus pecunia comparari poteſt, jam ſola virtute paranda venit, & virtute inquam, quæ nobilibus congenita & connaturata videtur. Explicet illam nobis Hermi campus, de quo Serapio lib. 13. apud Stob. Sermone 8.

Ac re robur pectoris: quando in prima acie
Furebat, atq; ſanguinarij in pugna belli
Acerba per vim repellentis hoſtium tella.
Non enim illo hoſtium alius præſtantior vir
Erat, percurrendo pugnæ validæ
Opus, quàm diu luce fruebatur ſolis velocis.

Sed quid ego obliteratos vetuſtate dierum in medium voco? Occupent medium armorum Kotficiorum Pochneri, eorumq; clara poſteritas, quibus proprium & ſingulare fuit veram gloriam venari & magnam in lumina ſæculis diffundere. Tam namq; illorum ingens gloria fuit, vt ſuperarent Ombricos, licet illi in pugnis aduerſus hoſtes turpiſsimum ducebant victos viuere: ſed neceſſe erat aut vincere, aut mori. Superabant & Platonis doctrinam qua affectum aduerſus calamitates talem tenere oportere docebant, vt prouideat ne incidat in eas: Si tamen inciderit, condemnationem etiam ſui non curet. Eorum enim gloriæ ingens Muſonij dogma fuit. Arripe mortem honeſtam dum licet ne paulò poſt mori quidem tibi neceſſe ſit, at honeſtè non amplius liceat. Mors quidem hominibus eſt vitæ terminus etiam ſi quis incluſum in cauea ſeſe ſeruet, oportet autem bonos viros ſemper omnia bona capeſſere bona ſpe fultos, & ferre interim quicquid Deus dederit fortiter, *vt Demoſth. in Oratione de Corona addidit*: Erat vitale Pochneris purpureum campum recenti ſanguine hoſtium quotannis bis & vltra con-

Mors & in cauea incluſos premit.
Boni viri officium.
Pochneri.

conſpergere acinatem, viribus hoſtium acuere, manum ferream non ita metallo, quàm fortitudine & audacia, non infractam reſtituere, & niueum campum, nec quidem atomis nigris non conmaculare. Hoc vobis Dluſcij anteceſſores veſtri reliquerunt, ad hoc vos Kriccij admonuerunt, in hoc vos Grodlinſcij, Golicij, &c. vocarunt. Reſpondebitis verò, & ſuauiter reſpondebitis, ſi Hieroclis propoſitum animis & oculis obijcieritis. Eſt patria per Iouem velut alter quidam Deus, & primus maximuſq; parens hoc clypeo protecto, hac ſpe inuicti anteceſſores veſtri ibant, itote & vos. Nam vnum augurium optimum pugnandum eſſe pro patria Homerus ipſe dicebat.

Campus purpureus ſanguine hoſtium conſpergatur.

Patria alter Deus.

Augurium optimum pro patria pugnare.

LYDIVS NOBILITATIS.

VEritatem auri Lydius lapis declarat & probat. At ſi diligentiùs inquirendum eſt rerum aliquarum aliquod experimentum & proba. profectò nobilitatis Lydius & proba inueſtiganda erit. Tum quia nobili animo nil inæſtimabilius eſſe poteſt, tum quia nobilitas ipſa maximè decorum maximèq; honeſtum quod infert & dicit, vt non immeritò inſinuauerit Euripides in Archelao:

Nobilitas magnum bonum.

Non parum adfert momenti ſi nobilis exercitus dux fuerit, & glorioſa fama inſignis.

Sed quid in lydium nobilitatis vocabimus? Alij vocant in lydium parentes. Nec refugit Euripides in Hecuba: *Egregia & inſignis eſt inter homines nota bona ſtirpe naſci: & ſucceſſus augetur.* Propter nobilitatis nomen hominibus dignis. Et in Heraclide:

Parentes proba ſunt nobilitatis.

Nihil eſt tam honorificum liberis
Quam honeſto & bono patre natos eſſe.

Vnde & Sophocles:

Quod ſi generoſus es, vt ais
Indicato, quis & vnde ſis oriundus. Nam honeſtum genus, nullo ſermone poteſt contaminari.

Alij vocant in lydium, liberos, nec aduerſatur Euripides in Archelao.

In liberis etenim virtus nobilium
Concipitur: & generoſæ nuptiæ præſtant opulentis.

Liberi proba nobilitatis.

Equidem lydius eſt ipſe parentes nobiliores reddens, & filios in ſpe florenti conſtituens. Verùm quia perſuaſio iſta, patribus filios eſſe ſimiles ſæpè falſa in liberis apparet, ipſe Phocylides teſtatur, dum inquit: *Plurimos eſſe genere nobiles, quos neque dicendo, neque conſulendo vlla gratia ſequitur.*

Aliud ergo in lydium Nobilitatis vocemus. Alij vocant in lydium bona propria virtutum. Vnde Menander & Epichar:

Virtuoſa opera proba Nobilitatis.

Exitiale mihi genus erit ne quæſo mater commemores

Genus tuum in ſingulis. Nam quicunq; natura
Nullum habuerint ſibi bonum proprium,
Illi confugiunt ad monumenta,
Genuſq; ſuum, & auorum recenſent numerum.

Nec immodica eſt proba hæc Nobilis. Tum quia Anacharſis Scytha cuidam dicebat: In te qui propriam virtutem non declaras, iam finita claritas domus, in me autem inchoata manet. Tum quia de Antigono *Homer. Odiſſ. 2. refert.* Quod adoleſcenti parum bono militi exiſtimato, & ex ſtrenuo parente nato, dum ſtipendia patris peteret, reſponderit. Atqui ego adoleſcens non paternæ ſed propriæ fortitudini mercedem ac præmia largior ſit hæc proba nobilis. At nobilis Chriſtiani Lydius eſt, ſi in Deum eſt reuerendus, ſi in patriam obſequens, ſi in ſeipſum munificus ſit. Hic eſt Lydius nobilis Chriſtiani. Quapropter primum collaudando Seneca animoſam Demetrij fortiſsimi viri vocem lib. de proſperitate infert: *Hoc vnum* (inquit) *Dij immortales de vobis quæri poſſum, quod non mihi ante voluntatem veſtram notam feciſtis. Prior enim ad iſta veniſſem ad quæ nunc vocatus adſum.* Magna reuerentia in Deum, ſed quæ addidit, audite: *Vultis liberos ſumere: illos vobis offerro. Vultis aliquam partem corporis, ſumite. Vultis ſpiritum, nullam moram facio, à volente feretis quicquid petieritis.* Dicebat quondam Saluator: *Non inueni tantam fidem in Iſraël.* Et nos Demetrij vocem penſitantes dicamus. Rara hæc reuerentia inter Chriſtianos ad Deum. Quod verò in Lydium Nobilis ſecundò vocaui. Ratio eſt, nam qui in patriam obſequens eſt, metuenda contemnit, cupienda faſtidit, ac demùm triumphator æterna fama non moritur. Adducam Domaratum Arcadicorum lib. 2. ſicut refert Stob. Serm. XL. *Cum Tegeatis bellum eſſet contra Pheneatas & acies vtrinq; diu ſtarent inſtructæ, conſultatum eſt de mittendis trigeminis fratribus, qui pro victoria pugnarent: qua ſententia recepta vtrinq; Tegeatæ Rheximachi filios miſerunt, Pheneatæ, Demoſtrati itaq; commiſſa pugna duo Rheximachi filiorum occiſi ſunt, tertius autem nomine Critolaus hoc ſtratagemate vicit aduerſarios. Simulata fuga ſingulos perſequentium ſeorſim omnes occidit, ita potitus victoria lætus rediit. Cumq; eum omnes per quam humaniter amplecterentur; ſola Soror ipſius Demodiæ non congratulata eſt ipſi, occiderat enim deſponſatum ſibi maritum Demodicum. Hoc ægrè ferens iuuenis virginem occidit: vnde cædis à matre accuſatus, abſolutus eſt crimine.* Quid ex tanto decreto concludetis? Ego concludam quod obſequium in patriam ſit Lydius quidam ſeù proba Nobilis Chriſtiani. Etiam probam Chriſtiani militis veriſsimam eſſe, ſi quis in ſeipſum munificus fuerit, ſed munificentiam introrſus conſidera. Fulgere vos oportet, ſed non fulgetis extrinſecus, bona noſtra introrſus obuerſa ſunt, & intus poſita, *vt Seneca de proſperitate vitæ.*

In Deum reuerentia, in patriam obſequium, munificentia in ſeipſum, ſunt Lydius Nobilis.

Promptus animus ac religioſus in Deum.

Pugna per tres fratres commiſſa à partibus.

Patriæ ſeruiens liber à crimine.

vitæ. Ita fulgebat quondam de Armis Kotwicz Ianiſlaus Archiepiſc. Gneſnen. de quo Ianicius in Epitaph.

Excepit reducem patriæ fauor, ob quod & illam
Ille vir innumeris extulit officijs.

FAMILIA ARMORVM KOTWIC PRIMO.

Pochner, *Ioannes Kotſicz* 1281. *Liber Baro ex familia Auſtriaca.* Kotſicz *Ioannes. Caſimirum Iagellonis filium dum* refert Cromerus lib. 24. *ibidem Ioannem Kotſicz habet, quem cognominat Romno, à Ciuitate fundata Kotſicz accepit appellationem. Henricus filius à quo, Ianislaus Epiſcopus Poſnanień.* 1312. *Qui Auenione poſt mortem Borislai Archiep. Gneſnen. à Clemente Papa huius nominis quinto Archiep. Gneſneń. conſecratus fuit dum ibi eſſet præſens. Sed quoniam à Petro Cardinali Hoſtienſi Auenione conſecratus fuit, conſtat nondum fuiſſe Epiſcopum Poſnanień. aut nondum conſecratum. Fundauit Ordini Prædicator. in Znin Eccleſiam & Monaſterium, Deus ſit illi in præmium. De hoc Ianicius:*

Boriſlaus obijt, Clemens, Cape, dixit. Ouile,
Ianiſlae tui cum titulis Domini
Excepit reducem patriæ fauor ob quod & illam
Ille vir innumeris extulit officijs.

Obijt Lencicia plenus bonorum operum, & magnus Reipub. & Eccleſiæ amator & defenſor.

Talia Pontifices veſtris monimenta Cathedris
Linquite: perpetuum talia nomen habent.

Kotſicij *in Polon. Maiori & in Palat. Cracou. vt rebus bellicis clari, & Regiæ Curiæ obſeruantiſſimi, ita & magnis honoris aucti. Quapropter Braniccijs ſanguine juncti.*

Krziccij *in Maiori Pol. Andream Krzicki Catalogus ex Cancell. Reginæ Barbaræ, & Secretario Sigiſm. Regis, primo Epiſcopum Præmisl. tum demum Archiep. Gneſneń. meminit, qui Rempub. & Eccleſiam contra Lutheranos, & alias peſtes hæreticorum ope opera & inuicto calamo egregiæ tutatus eſt. De illo Ianicius:*

Omnia ſolus erat Cricius quem forſq; Deuſq;
Certabant ſummis vincere muneribus.
Sors tandem indoluit quod erat contempta ſub illo
Maturamq; virum ſuſtulit ante diem.
Heu
Quæ reſtituent miſero mihi ſecula talem.

Hunc & Bielſc. fol. 553. 559. meminit. Stanislaus Krzicki poſt peractas legationes ad Henricum Regem, & alia prudentiæ ac fortitudinis indi-

indicia Palat. Maſouiæ, Stricou. lib. 25. Bielſc. fol. 652. *Paprocius, ab Henrico Ioan. Pohner filio deducendo lineam ſucceſſores Henricum, Nicol. Conrad. Frider. Zaifredum, enumerat. A Nicolao Ioan. Succam: Poſnań. relicti filij ſex, à quibus longa ſucceſſit familia.*

Dluſcij *qui à Nicol. filio Ioan. Pohner directè procedunt. Poſteritas illorum magna numeratur in vtroq; ſexu, ornata multis honoribus, & coniuncta magnis familijs. Talis erat Andreas eius filius Petrus, cuius filius Nicolaus multorum mores & caſtra nationum vidit nec diſsimilem reliquit Albertum. Optimè Euripides in Heraclio:*

Nihil eſt tam honorificum liberis
Quam honeſto & bono patre natos eſſe
Et ingenuas vxores ducere: nam ſuceſſus augetur
Propter nobilitatis nomen hominibus dignis.

Zgorſcij, *Conſiderant quod nulla nobilitas inter malos eſt, ſed apud bonos tantum viros. Ex Friderico Friderici Criccij familiam deducunt.*

Henindowſcij *in Maiori Polon. Diogenis dogma eſt, qui ſint nobiliſſimi. Contemptores dixit opum gloriæ voluptatis & vitæ. Sed non ille poſteritatem reſpexit, gloria relicta & vita ſpecioſa nobiliſsimos facit.*

Wryſkolſcij *quos Kotficios vocant. Faciunt initium ab eo quod inprimis vtile eſt familiæ.*

Wilkowſcij. *Quis patriæ mereri poteſt? Docet Petrus Chryſolog. ſerm.* 101. *quod ille quem inter amicos Chriſtus aſſcribit. Vnde dicit:* Chriſtus eos in amicorum jura tranſſcribit, qui ſtudio triumphi, qui amore libertatis ſanguinem cum gaudio & ſine trepidatione fuderint.

Grodlinſcij *Fortes in bello.* Igitur rebus fortiter geſtis contingat honeſta commemoratio, *vt optabat Epimamondas.*

Węzykowſcij: *Lucam in Caſtro Cracou. juri Nobilium intentum optimè ſpei adoleſcentem,* Paproc. meminit.

Golyczccij. *Ciues patriæ optimi.* Chæronidas juſtiſsimum ciuem & ſanctiſsimum æſtimatur, in quo non reperitur deorum contemptus, parentum afflictio voluntaria, principum legumq; neglectus, & voluntaria aduerſus juſtitiam ignominia.

Smolik *Caſpar in Cracou. Palatin. Quis fælicior nobilium ſit, ita decernebat quidam:* Feliciores ſunt qui fortiter moriuntur, quàm qui proſpere viuunt. *Habent Smolicij vtrumq;.*

Kaleczcij. *Matthiæ epitaphium Pultouiæ legitur Rńdus D. Matthias Kaleczki, Cantor Plocenſis, Præpoſitus Pultouień. Canon. Vilneń. Parochus Macouień. Secretarius Regius. Vir ſingulari eruditione, humanitate, munificentia in ſuos & egenos, vixit annis* 78. *Obijt penultima Decembris* 1576.

Radomiccij *Milites ſtrenui. Nam pro patria mori honeſtius ducitur quàm*

viuendi

Digitized by Google

vivendi cupiditate patriam & honeſtatem deſerere. Præſtat enim honeſtè mori, quàm viuere turpiter & cum opprobrio.

Hieronymus de Radomicko Radomicki, Palat. Inoulodzlau. re non verbis amator patriæ, fortitudine animi & munificentia auita in maiorum ſuorum veſtigijs reperta, quam manus illa non contracta, ſed deducta ſuper galeam gladium extentum tenens, repræſentat aſuetus tueri Rempub. tutaturus etiam conſilio Senatoriam dignitatem à Sereniſſ. Sigiſm. III. accepit, quē ille prudentiſſimis ſuis conſilijs cōdecorare ſatagit, paratus ſemper pro ſalute Regis, Regniq́ ſanguine proprio campū Martiū purpurare

KOTFIC Secundò.

DELINEATIO.

EAdem ſunt arma vt ſuperius, at ſuper galeam pro gladio loricata manu erigit medium molaris lapidis.

ORIGO.

GErmanos fuiſſe fratres, Ioannem de quo ſupra diximus in origine, & Henricum refert Paproc. at ob diuerſa ſpecimina fortitudinis Ioanni gladius ſtrictus ſuper galeam, ob res in hoſtes ſtrenuè factas, datus fuerat: Henrico vero ob inſolitum robur in dextra, qua medium lapidis molaris ingentis ſuper caput efferebat, vti viro bellis claro: intra galeam pennæ Strutionis nigræ, & ſupra has manus elata cum molari lapide addita fuit. Et quoniam ſtatiua ſua elegerat ex contracto matrimonio in terra Luſenſi, oppidum ſibi erexit quod vocitauerat Kotficijs nomine, & propter arma ſua & ipſe Kotficius vocatus fuit. Vel ſi ab armis vocauit & Oppidum, ille demùm ab Oppido, Kotficius dictus fuit. Quapropter dum alij Henricum deſcendentem à Nicolao Ioannis, horum armorum ponunt Dominum: iam non facile concordabitur diuerſitas horum armorum. Aſſerendum itaque alios ab Ioanne, alios ab Henrico deſcendiſſe. Demùm Henricus ob diſsidentes cum Ducibus Morauiæ Margrabiæ in Sileſiam ceſsit, vbi & poſteritas Kotficiorum clara remanſit. Vide Cromerum *lib*: 24. *folio* 542. *Kromno, Kotfic,*

Molaris lapidis medium manu extollit.

OPVS FORTITVDINIS ADMIRANDÆ.

SI quod eſt excellens opus & ſupra ætatem, & ſupra naturam in homine: nec in progreſſu adiuuari, nec in defectu diminui, niſi quadam admiranda manu potuit. Porphirius vim naturæ & animæ dum conſiderat, ait: Quod natura ligauit, id natura ſoluit: & quod anima ligauit, idipſum rurſum ſoluit. Ligauit autem natura corpus in anima, anima ſeipſam in corpore. Natura igitur corpus ab anima ſoluit: anima vero ſeipſam ſoluit à corpore. Sed non tetigit Porphyrius tertiam, quod ſcilicet nec natura, nec anima ligat, ligatum tamen quandòque in homine apparet, quis illud ligauerit, & quis ſoluturus ſit ab homine, profectò

Digitized by Google

fectò vt Deus creando ligat, ita annihilando hominem ſoluit. Remoram piſciculum paruum corpore, maximum fortitudine quis ligauit? Deus. Quis ſoluet vires illius? Deus. Ita mirandum hoc opus tam vaſtum lapidem & grauem, vt leue quid attollere, quis homini conceſsit? Deus. Attollit enim vt oſtendat familiam ſe velle attollere: & deprimet nullus, niſi ipſe Deus depreſſerit. Profectò Kotficij, familiæ veſtræ tam mirandæ fortitudinis opus conceſſum fuit. Sed Cricio veſtro Andreæ datum inprimis, vt mirandus ſit opere & opere excellenti. Quapropter de illo Poeta Ianicius:

Remedium ab adulterio moduſq; ad temperantiam aliaſq; virtutes.

Omnia ſolus erat Cricius quem ſorsq; Deusq;
Certabant ſummis vincere muneribus
Sors tandem indoluit quod erat contempta ſub illo
Maturamq; virum ſuſtulit ante diem.

Remedium ſæculo ab adulterio & modum ad temperantiam aliaſque virtutes ponebat Plutar. in lib. contra diuitias famem & inopiam. *Fames* (inquit) *nunquam produxit adulterium: neq; pecuniarum inopia luxuriam. Breuis quædam eſt temperantia, paupertas: & compendioſa legum obſeruatio, penuria.* Aliter Cricius noſter proceſsit, medijs in diuitijs, amplis in dignitatibus, maximis in honoribus, caſtus temperans & juſtus. Nam operam ſuam conſecrabat Domino, offerebat altari, Regno & Reipub. ſubminiſtrabat. Ille enim contra Lutheranas hæreſes & alias peſtes, tum ope, tum opera, tum inuicto calamo egregie tutatus eſt.

Heu quæ reſtituent miſero mihi ſæcula talem.

ARMORVM KOTFIC SECVNDO FAMILIA.

H*Enricus Pochner germanus Ioannis de quo diximus ſuperius Principi Wroclauiæ, ex familia Auſtriaca, contra Polonos arma dederat, in Luſenſi terra conſtituerat ſtatiua cum matrimoniali ligamine, ſed dum cum Principibus Margrauiæ non conuenit, in Sileſiam ſeſe tranſtulit, vbi poſteritate relicta, gloria militari imbutos, in Regnum Poloniæ, & partes tranſire oſtendit.*

Kotficij, *Tali cognomine ab Armis poſteritas in Sileſia illius, donata fuit. Vnde & in Regno Poloniæ Kotficij ſi qui fuerunt vel ſunt Kotficij vocantur.*

KOTFIC Tertiò, aliàs Strzalin.

DELINEATIO.

SImilia arma præcedentibus, hoc differentia ab illis, quod campus rubeus illorum per medium inter lineas rectas ducitur: horum verò armorum campus rubeus inter lineas perpendiculares ſplendeſcit. Super galeam verò ponuntur tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

O R I G O.

DVm clypeus, gladius, campus militaris ponuntur pro armis, heroicum opus anteceſſiſſe exiſtimandum. Nam talia arma, non mollem, ſed ſtrenuum, non retro ſed ante reſpicientem, pectore non dorſo pugnantem demonſtrant. Campum militarem declarat ſanguis & arenam Martis. Conceſſa igitur ſunt primò ob Martialia facta. Ad Regnum verò Poloniæ ex Sileſia, & Ducatu Raciborienſi deuenerunt. Regnante Wladislao Iagellone per Petrum Strzal; poſtmodum hæredem in Soſnowica, quem Rex Iagello tanti faciebat, quod nec de Regno reuerti ad ſuas ditiones in Sileſiam permitteret. Eorum ditiones ſunt oppidum Laznice in Ducatu Raciborienſi.

Strzala.

GRAVIS EXCELLENTIA MILITARIS.

EXcellit inter lineas Geometrales linea perpendicularis, continet namq; in ſui natura & lineam rectam, & lineam diametralem, & ſuperaddit hoc, quod à cælo incipit, & ad terram deſinit. Quàm habet excellentiam linea ad alias lineas, eandem campus militaris habebit ad alios campos militares, ſi campus fuerit ſuus inter lineas perpendiculares. Tanta namq; diſpoſitio campi militaris non accidentaliter obuenit, ſed quid ſpeciale in protomilite exprimit & oſtendit, ſcilicet Grauem Excellentiam militarem. *Vegetius* excellentiam militarem in tribus conſtituit, in velle, obedire, & reuereri. Vbi igitur velle maius in milite, vbi reuerentia Ducis & obedientia maior in eo, ibi eſt excellentia militaris; vbi verò illa deſunt, deeſt & excellentia in milite. Ageſilaus quoq; Lacedæmoniorum Rex interrogatus, quas res Imperatorem habere oporteat, dixit: Aduerſus hoſtes audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, in opportunitate verò rationem & conſilium. Ex his excellentiam militarem in duce colligo, vbi tria hæc fuerint excellens Dux, vbi defuerint, nullus Dux. Grauis excellentia in Kotſicijs fuit. Quia excellentia militaris fuit, quæ & Ducem ſtrenuum, & militem officio ſolertem detinebat. Qualem profectò Gregor. Nazianz. ita depinxerat: *Militis Chriſtiani eſt tueri Eccleſiam, impugnare perfidiam, ſacerdotium venerari, propulſare injurias pauperum, dilatare imperium, pro patria ſanguinem fundere, & ſi opus eſt vitam ponere.* Quę quidē omnia in milite, niſi velle, obedire, & reuereri prius in eo radicetur locum, non habebunt. Nec in Duce locantur, niſi priùs in eo audacia, beneuolentia, & ratio locetur. Habent excellentē in hoc laudem Kotſicij. Vnde & Sereniſsimus Rex Iagello Anno 1419. in Octaua Aſſumpt. vſq; Decreto facto in noua Ciuitate Korczyn per Iudices Sendomirieñ. Petrum Kotſic detinuit in Regno. Habet tenor; Sereniſsimus Princeps & Dominus, D. Wladislaus Rex Poloniæ Noſter Do-

Linea excel-lit lineam.

Campus militaris excel-lit campum.

Excellentia militariam tribus.

Excellentia Ducis in tribus.

Militis Chriſtiani officia.

Strzalam Rex in regno ſuo decreto tenet.

minus gratioſus, nollens Nobilem Petrum Strzala in Soſnouice hæredem de regno dimittere, ſed illum pro ſuo terrigena habere. Et licet Conradus Princeps Raciboriæ factus amiciſsimus Strzalio, multis bonis conceſsis auocaret illum, Rex tamen non permittebat diſceſſum. Quid cauſæ? non alia quàm grauis excellentia militaris; quæ in illo ſedem ſibi elegerat. Notabis igitur illud Pithagoræ:

Robur, & murum, & arma ſapienti prudentia præſtat.

ARMORVM KOTFIC TERTIO SEV STRZALIN FAMILIA.

STrzalij *in Raciborienſi Ducatu, hæredes in Laznice & Wierzch. Ex illo Ducatu Wladislao Iagello regnante Petrus Strzala venit in Regnum, quem noluit Rex de Regno dimittere, ſed pro ſuo terrigena habere, vt litteræ in Noua Ciuitate Korczyn feria ſecunda proxima in Octaua Aſſumpt. datæ, Anno* 1419. *teſtantur. Hos cum Duce Conrado contra quem Petrus Strzali ſæpius arma & victor mouerat, componere in lite Zbigneus de Brzezie Marſchalc. Regni ſollicitus fuit in Niepolomice, Anno* 1421. *Nicolaum teſtantur litteræ claræ tumbæ. Georgius fecit reformationem in Caſtro Cracou. Barbaræ Nicolai Siupſki filiæ,* 1464. *Ioannem litteræ compoſitionis cum Duce Opauiæ meminerunt,* 1482. *Ioannes ViceCapit. Cracou. dum Kmita Præfectus Cracou. fuit. Eius filius Michaël Capit. Tyſsouiceń. & Inciſor Sereniſs. Regis Aug. Petrus alter filius Ioan. Burgrab. Cracou. & Exactor contribut. Regalis ex Dębinſka ſuſcepit filios.*

Hieronymus tertius filius hæres in Benczin, reliquit ex Taſsycka Georgium qui in exteris nationibus ſtudia militaria collegit. Ex Dębinſka Subjudicis Cracou. filia reliquit prolem.

Chmielikowie, *quos à Capite criſpo parentis, ita in Sileſia vocauerunt, Chmielikowie.*

Silchanouij, *qui in Bitomiæ Ducatu reſidentes, acceperunt tale cognomen ob luſcos oculos, qui ſic vt plurimùm ibi naſcuntur. Erant Iudices quaſi ſuccedentes in illo Ducatu Silhanouiæ.*

KOWNIA

KOWNIA.



DELINEATIO.

GLadij tres vnicum punctum ſuis cuſpidinibus efformantes, vt quaſi ex gladijs & puncto triangulum oblongum figurares. Campum habet rubeum quadratum, circumductum circulo Auguſtorum ſeù torque aureo, deſuper & infra ligaturæ diducuntur.

ORIGO.

P*Aproc. in Nido* refert Stemma, ſed originem non adnotat. Suſpicatur tamen & ſatis profundè, quod militi exercitato & probato fuerint conceſſa. His namq; conueniunt gladij acuti & limati.

BRACHIVM DAVIDICVM.

IMperium, virum oſtendit, *dicebat Pittacus.* Ita dicendum, vbi gladij militares ſplendeſcunt, Gladij ſunt. Maximum igitur robur adeſt. Scandebergo Pannoniorum Duce nato, in manu dextra gladius ita efformatus viſebatur, vt manu factum exiſtimares. *Refert Paulus Iouius.* *Gladius in manu.* Dicite quis fuit effectus gladij. Iſte. Nulli detrectauit pugnam, nunquam hoſti terga vertit, in nullo diſcrimine verſatus, gladio non vulneratus, pluſ-

Digitized by Google

plus quàm duo millia ſuo gladio hoſtes occidit & barbaros. O nati ſub tribus & cum tribus gladijs, quod robur vos non manebit? Quæ gloria non veſtra erit? Gladij veſtri, ſunt gladij virtutis & gloriæ, gladij brachium Dauidicum, & fælix repræſentantes. Lego Scipionem apud *Ælianum lib. de Var. Hiſt.* Cui dum quidam ſcutum eleganter efformatum oſtenderet dixiſſe: At qui Romanum ciuem par eſt in dextra ſpem ponere non in ſiniſtra. Iam ſi tres gladij in Stemmata vobis ceſſerunt, dextra vos decet non ſiniſtra. Brachium norit barbarus veſtrum Dauidicum Goliathum proſternentem. Quondam Alexandro Magno vt hoſtes noctu aggrederetur amici ſuadebant, ſed reſpondebat. Non eſt regium victoriam furari. Erat vox viri juxta vires brachij. Me hercule gladij veſtri non aliud annuunt, quàm parentem veſtrum, ſemper cum hoſte, aperta non furata, ſperata non fugata proceſſiſſe victoria. Eſt Ducum commune contra impetus hoſtium in ſocietatem quos vellent vocare, licet hoc ſæpius infidum & inuidum ſit. Exemplo eſt Magnus quondam Græcis Aratus Dux Acheorum, qui multoties victor, dum victus audaciam Cleomenis & robur Laconicum metueret ad belli ſocietatem Antigonum Regem Macedonicum inuitauit, ſicut & vicit prælio Cleomenem & in mortem accelerauit. Sed filius ſuus Philippus multis injurijs permiſſis Aratum cum filio necauit veneno. Quare dum ſanguinem Aratus vomeret, præſentibus amicis dicebat: Hæc ſunt præmia Tyrannicæ amicitiæ. Vt videtur contra hoſtes in ſocietatem vocare, periculoſum, *Carion lib.* 2. Hoc vobis vnicum ò Kownij Arma veſtra ominantur bonum contra impetus hoſtium, propriæ vires veſtræ ſufficient, ſi gladij ſufficiunt. Qui enim dedit hoc vobis habere, dabit & velle, dabit & poſſe, cum & natura non deficiat in neceſſarijs. Quapropter vnum obſeruare hic Homerum Iliad. 2. *Non oportet noctem integram dormire conſiliarium virum cui commiſſi ſunt populi, & tanta res curæ ſunt.*

ARMORVM KOWNIA LINEA.

CVm differenter delineantur hæc arma, difficile notare familiam ſub illis. Alij namq; vtuntur gladijs nudis in campo rubeo. Alij ſubponunt lunam acuminibus gladiorum. Alij inter gladios & manubria ponunt ſtellas, & ſub luna tertiam ſtellam pingunt. Hos tamen notabo qui nominant ſe notatos fuiſſe Armis Kownia. Dlugoſſus ſub his armis meminit Stanislaum de Paſzochow in Ruſsia, quem & militem ſtrenuum dicit.

Ptaczek *in Præmislień, terra. Abuſus enim eſt armorum propriorum, dum gladios infixos pomo ponunt.*

Suſkrajewſcij *in Præmislienſi terra.*

Pacholowieccij *in Podlaſia, His armis vſus fuit N. ex ipſis antequam à Stephano Rege ad Pſcouiam mediam aquillam cum dentibus lupinis Batoriorum inſignijs donatus fuiſſet.*

Turo-

Turowie. *Martinus hæres de Baranki Secretarius Regius & Tribunus Brzeſtenſis.*

Loſniewſcij *in Ruſſia ad Trebowliam militia clari.*

Domaraccij *in Ruſſia. In jure & Caſtris periti. Optimum quidem eſt nobilem virtute, calamo, & armis fulgere.*

KOZIEL ſeù Caper vel Hircus.



DELINEATIO.

CAper albus ſuper firmum tribus pedibus ſtans, eleuato pede à terra leuo cum cornibus binis & barba. Campus rubeus. Super coronam medius caper.

ORIGO.

EX Sileſia in Regnum introducta exiſtimo, nam in Ducatu illo plurimi ex his armis & potentes opibus & honore excellentes vſquemodo inueniuntur. Ex qua verò ratione collata fuerint ſcriptores non referunt, ſed cum in Stemma nobilitatis vocatus fuerit, & ab antiquis diebus Caper non ſuſpicandam rationem mediocrem. Nam hoc vnum experientia didicimus quod:

Ingenium, pietas, modeſtia, virtus,
Excelſum nominant nobilitate genus.

Vnde Auguſtus Cæſar cùm ſub Capricorno progenitus fuiſſet, & Mathematicus Theagenes genituram eius erexiſſet, exiliuit, & regio more ado- *Auguſtus ſub Capricorno progenitus.*

re ado-

re adorauit ipſum. Accepit cum adoleuit in tantum fiduciam genituræ ſuæ Auguſtus ſub tali ſigno, vt in nummis argenteis caprum cæleſtem ex vna, faciem ſuam ex parte altera excudi iuſſerit, *Sueton. in Auguſto c.* 94. Optima igitur Origo armorum veſtrorum conijcienda, optima familia numeranda, optimo omine exemplificanda venit.

RVINA VITIORVM.

EST axioma Ariſtotelis. Deus & natura nil faciunt fruſtra. Videas velim quot Deus produxerit ſcorpiones, ſerpentes, & reptilia venenata, quot produxerit herbas nociuas homini & viuentibus, quot eleuauerit ingenia, in gladios formandos, bumbardas & tormenta bellica excogitanda, machinas & machinationes ad ſeparandam vitam hominis permiſerit, hæc tamē omnia bona nedū creata bona ſed optima, vitæ hominum, & vtilia & vtiliſsima. Adducam igitur rem ad propoſitum Caper videtur quidem nil boni præſagire, quocirca caper Baccho mactabatur, ſed litteræ diuinæ quarum veritas infallibilis eſt, ruinam vitiorum caprū depinxit, Leuit. 16. cap. *Statuet ante aram hircum, poſita manu ſuper caput eius confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſraël, &c.* Vnde Adamantius dixit: *Cum ad martyrium duceris Hircum obtuliſti, quia ſcilicet aut horē peccati Diabolum occidiſti.* Firmabit propoſitum noſtrum Xenophon, qui refert quod Athenienſes dum Perſas cum ingentibus copijs Athenas deleturi in fines eorum inuaſerant, fecerunt votum tot Dianæ capros immolaturos quot hoſtes vicerint. Ruinam igitur vitiorum in familia veſtra veſter vobis hircus promouebit.

Caper pro victima Baccho mactabatur.

Caper ruina eſt vitiorum.

MODVS RVINÆ VITIORVM PRÆSCRIBITVR.

QVi dedit dentes dabit & panem, Vilnæ in Lituania idiomate Lituano ſuper lapideam ſcriptum legi. Habet fundamentum. Nam qui dedit eſſe, dabit & conſequentia ad eſſe. Caper veſter qui ruinam vitiorum in vobis monet, etiam modum innuit. Non ducam in medium illud Poëticum dicterium ad propoſitum, nempè Hercules domuit caprum, fert namq; immorigerum ſenſum *apud Pier. Valer. Hierog. lib.* 10. *c.* 12. Sed inducam ſpeciem quandam capri Orygem dictum: Oryx namq; perpetuam ſitim perfert, cùm tamen ex natura loci potu omnino careat, remedium tamen ſitientibus ex ſe præbebant, liquorem ſcilicet hauſtu ſaluberrimum, *Pier. lib.* 10. *c.* 16. Remedium igitur deduco. *Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo circuit.* Aliud quoq; medium quod Ægyptijs Regium planè fuit. Inſanos & dementes homines euitare, ad quod inſinuandum pingebant Elephantum cum capro, probatum enim ab illis, quod Elephas viſo capro quàm primum fugit. Tantum inter illos eſt naturæ diſsidium. *Idem lib.*

Digitized by Google

lib. 2. *c.* 8. Fugienda eſt vobis peſsima conuerſatio, nam bonus cum bono, peruerſus cum peruerſo jucundè conuerſantur. Virtus enim vitium tollerare non poteſt. Nec dedignor id vobis proponere, nam caper nedum per nares, ſed etiam per aures ſpiritum recipit & emittit : quocirca hominem auditu præpollentem hieroglyphicè ſignificabant, vt aſſerunt Archelaus & Alcmæon grauiſsimi authores: Arrectis igitur auribus dignum percipite, quod *Silius Poëta Italicus* dixit.

Conuerſatio peſsima ſemper eſt fugienda.

Virtus non poteſt tollerare vitium.

Caper non ſolum per nares ſed etiam per aures ſpiritũ recipit & emittit.

Nec ira Deum tantum, nec tella, nec hoſtis,
Quantum ſola nocet animis illapſa voluptas.

FAMILIA ARMORVM KOZIEŁ SEV HIRCVS.

WIlczek. *De his Hiſtorici* 1239. *Nicolaus Palat. Sendomir.* 1364. *Varceslaus Iudex terræ Sendomirień. vt terreſtria acta ibidem teſtificantur. In Sileſia claret familia hæc, quæ ex Regno ibi cum bonis acquiſitis remanſit. Notabit diligens lector alias familias nobilium, cum ob diſtantiam loci non potui habere claram certitudinem.*

KROIE ſeù Crepidarii Cultelli.



DELINEATIO.

SVnt cultri tres curui ſine manubrijs, cuiuſmodi vſus eſt ad incidendum corrigium calceorum artificibus, ſed deniq; inducuntur ad incidendas delicatas carnes ad menſam Regiam in Gallijs. Diſponuntur craſsioribus ſummitatibus quaſi punctum in vnum, vt tali modo

ſuis acinatibus efforment quandam ſtellam. Campus eſt rubeus, cultri albi, ſuper coronam pennæ Pauonis.

ORIGO.

ANtiquiſsima arma in Regno acquiſita. Vnde *Dlugoſſus ait de illis*: Genus Polonicum manſuetum. Antiquitatem armorum & inde colligere licet, quod ex his armis arma Rola ortum habeant, vt in origine loco ſuo patebit. Et quoniam *Paprocius in Nido virtutum* Dobrogoſtum Rola Supremum exercitus Curiæ Regiæ ſub Anno 1058. poſuit, jam ſi ex illis originem hæc arma deducunt, quàm antiqua fuerint in Regno inſignia Kroie non erit difficile aſſerere. Quapropter antiquitatem inſigniorum aliqui à Piaſto Principe deducunt, quaſi illi familiæ deſcendenti à ſuis prædeceſſoribus & ſucceſſoribus ex parte hæc arma contuliſſet, deſcendentibus verò à matre arma Lariſſa dicta, *ita Paprocius in Stemmatibus.* Nec annus fallit, nam tam horum armorum quàm Lariſſa vnus ponitur annus 1058. Sed ſi intimius perſpexeris, & arma Lariſſa à Boleſlao mouente bellum pro Iaromiro contra Vratiſlaum Sileſiæ Ducem, conceſſa poſt hanc victoriam viro Lariſſa fuiſſe, arma verò Rola conceſſa à Caſimiro Rege animaduerteris, licet anno eodem hæc arma duo antiquitatem habebunt, antiquiora jam arma Kroie vtriſq; his armis erunt, licet deducere an à Piaſto conceſſa fuerint, ſit perdifficile. Vocantur ab aliquibus hæc arma Dria, quaſi tria, quod ſcilicet ex tribus cultris componatur inſigne hoc gentilicium. Sed ſi arma nobilitatis ob numerum ternarium Dria vocari neceſſe. Arma Grotij Berſteñ. neceſſariò vocanda quoq; eſſet Dria. Vnde abuſus appellationis tollendus erit.

Deductio horum inſigniorum à Piaſto Principe & Matre Lariſſa.

Antiquitas eorundem.

PACIS TVTORES.

CVltellos pacis Stemma eſſe vſus ipſe edocet. Hoc namq; inſtrumentum ex natura ſua eſt pacis non belli, conuiuij non jurgij, Cereris non Martis. Hinc cultelli ſunt conſecrati ad victimas & deſtinati, *vt* 3. *Reg.* 18. *habetur*, Sacerdotes Baal non exauditi à dijs, feriebant ſe cultris. Et Sacerdotes Bellone ſeipſos cultris feriebant, & ſanguine proprio numen placabant, *vt Tertull. in Apol. Lactant. lib.* 1. *Diuin. Inſtitut.* Pacis igitur ſignum eſt cultellus, hinc & amicis & hoſpitibus receptis in domo ad panem præbetur. *Herod. lib.* 1. meminit enigmaticum oraculum Delphis datum. Contra Spartanos (*inquit*) Tegeatæ pugnando, ſemper victi recedebant & confuſi à Tegeatis. Vadunt igitur Delphos quærunt modum vincendi, reſpondet: Si defertis oſſa Oreſtis filij Agamemnonis in veſtram patriam. Et quia locum neſciebant, quærebant vbi poſita fuerint, quibus ſic enarrauit.

Cultellus eſt ſignum pacis.

Eſt pars Arcadiæ Tegeæ in regione patenti,

Hic

Hic duo ſtant venti vi peruehemente conati
Forma hoſtis formæ & plagæ ſuperindita plagæ,
Hic Agamemnonides terra anni parente tenetur
Quò tu ſublato Tegea ſperabere victor.

Quæſierunt illi miris modis ejuſmodi ſepulchrum ſed fruſtra. Tandem caſu venit quidam Spartanorum ad Ferarium, & vt vidit ventus flantes ad ignem vehementes, & incudem audiuit cum maleis fabri. Admonitus ſubitò, Spartanis ſignificauit. Veniunt, oſſa quærunt, & inuento prægrandi homine Oreſtem putantes in patriam reduxerunt, & ſic victores ſemper & triumphatores Spartani remanſerunt. Traho oraculi rem ad propoſitum, nempè quod cultelli ſint ſigna pacis & tutores, nam panem tuum cultello tuo qui degaſtauerit hoſtis amicus efficietur, aut deeſſe hoſtis cogitur. Vnde Sacra ſcriptura Prouerb. 23. dicit. *Quando ſederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes animam in poteſtate tuam, ne deſideres de cibis eius in quo eſt panis mendacij.* Cultelli igitur veſtri meritò pacis tutorios vocabo, aut vno verbo Delphicos gladios dicam. Illi enim & ad ſacrificandum Deo victimam & ad dandam vitijs pœnam erant apti & deſtinati, veſtri verò cultelli & gladij ad panem ſcindendum diſpoſiti: habent modum victimæ: apti verò inducendam ingratis & inimicis mortem ferunt rationem pœnæ.

Cultelli ſunt ſigni pacis & tutores.

Cultelli apti ad ſacrificandum Dei victimam & ad dandam vitiis pænam.

BELLI ACVMINA PRO PATRIA.

PRæſagium acuminis belli, contra hoſtem patriæ ex cultris his non eſt impoſsibile aſſumere. Nam ſi eos tantum acumen dare cultro, non poteſt vt poſsit cotem ferire, tamen acumen tantum cultri legimus vt nedum cotem per medium ſecet, ſed etiam incudem fabri. Hinc culter Philoſophicus aſſeritur. Ex veſtris cultellis acumen belli conijcio, nam ſi Paulus Areſius Epiſcopus Tortone, in vigeſima impreſſa cultrum cultro acui docuit, & ſubſcripſit. *Alter alterius puta acumen.* Multò ſecuriùs veſtros cultros in inſigne nobilitatis vobis conceſſos acumina belli pro patria vocitabo. Arridet propoſito noſtro *Eccl.* 39. vbi neceſſaria vitæ humanæ enumerat, & acumina quædam fortis rationalis commonſtrat. *Neceſſaria* (inquit) *rei vitæ hominum aqua, ignis, ferrum, &c.* Cur non enumerauit aurum vel argentum, ſed ferrum? Diceret aliquis illud Poëtæ.

Culter Philoſophicus.

Cultri acumina belli & fortis rationalis.

Quis fuit horrendos primos qui protulit enſes
Quam ferus & verè ferreus ille fuit.

Sed velim os obduret ſpiritus, dum vbi loquitur, neceſſarium ferrum ad vitam hominis, quo innuitur neceſſarios & cultros ad vitam hominis. Quapropter Indiæ nouæ, pro cultris vſum illorum in ſcindendo admi-

India noua pro cultris copiam auri ponebant.

Digitized by Google

rando copiam auri ponebant, *vt Areſius refert lib.* 3. *Impreſa* 20. *diſcurſo* 1. Non minori fortuna Reipub. & patriæ eſtis, ô cultores horum armorum Kroie. Neceſſaria acumina eſtis pro patria in bello. vnde anteceſſori veſtro nedum hi cultri gladij, vt ſtrenuo in hoſtes militi pro patria, ſed etiam ſubſequentibus ex illo, corona cum diuitijs, & matrimonialis generoſa copula conceſſa manent vſq; in præſens, ac in armis Rola repræſentantur. Vt medium verò aperiam, quonam pacto acumina belli pro patria maneatis, hoc epigramma adferro de reformatione:

Quos ratio mores docet & lex, prauus abuſus
Deformat, longa diminuitq́ die,
Hic velut arboribus latè ramalia creſcunt,
Nec matura ſuo tempore poma ferunt.
Sic vana exurgunt vitiorum germina & alta,
Virtus humano in corpore preſſa jacet.
Noxia rerum igitur fortis cenſura recidat,
Vt vita redeat ſplendida forma noua.

FAMILIA ARMORVM KROIE.

KRzeſ, *Comes & Palat. Lencicia. Hic villam Krzeſſow ſeu Krzeſſyn fundauit. Sunt etiam Krzeſij, ſed armorum Oſtoia.*

Krzeſowſcij *à villa Krzeſſow. Et quoniam ſunt antiqua arma, puto his Nobilium familias plurimas inſignitas fuiſſe: ſed quia ex his creuerunt arma Rola ſucceſſu temporis ab his armis ad arma Rola poſteritas receſſit. Non mirandum igitur ſi pauci crepidarijs cultellis pro armis vtuntur, plurimi verò armis Rola.*

KROMER

KROMER.



DELINEATIO.

ARma ſunt compoſita ex gentilitijs Regni & Imperij. Medius Campus ſuperior coloris rubei, repræſentat mediam aquilam albam extenſis alis & collo, ornatur collum corona viridi. Inferior deinde campus, retinet in ſcuto medium campum coloris albi in lineam rectam à leua ad dextram in campo rubeo. Super galeam verò eſt caput aquilæ biceps cum pectoris medio, puto coloris nigri.

ORIGO.

MArtino Cromero magno prudentia & litteris collata fuerunt. Sigiſmundus Aug. in rebus gerendis Regni & Reipub. dexteritatem in viro admiratus, aquilam ſibi & poſteris conceſsit. Imperator verò Ferdinandus legatione audita & experientia incredibili in componendis Imperij & Regni cauſis, accepta gentilitium Auſtriacæ domus, ad inſigne nuper à Sigiſmundo Rege conceſſum adjunxit:

Si rectè ſapias per omnia beatus eris.

Digitized by Google

PVLCHRVM EX PVLCHRO.

Pulchrum eſt gratioſum.

NOn eſt ſpernendus Homerus, qui ſuos hæroas à dignitate vultus ipſaq; pulchritudine commendat, & Achillem omnium pulcherrimum facit. Pulchrum namq; eſt veniens gratioſum eſt.

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.

Pulchritudo res eſt diuina & ab omnibus ſuſcipitur. Virtus in pretio quare habetur & honoribus afficitur.

Vnde Iſocrates in laudatione Helenæ pulchritudinem rem diuinam ſtatuit. Nam illa contemnimus in quibus nulla eſt pulchritudo, pulchra autem ab omnibus ſuſcipiuntur. imò virtus non alia de cauſa in pretio eſt, & ſummis honoribus afficitur, niſi quod pulcherrima quædam res ſit. Pulcherrima eſt fortitudo apud Principes, & ſuperat omnia, ſed quia à pulchritudine ſuperatur, vt patet in Holoferno & Iudith: pulchritudo & diuina quædam res eſt & pulchrum ex pulchro. Arma hæc veſtra dum ò Cromeri inſpicio, tam pulchra & pulcherrima, ceù in ſpeculo pulchrũ ex pulchro proceſiſſe video. An non pulchrum ex pulchro eſt, dum vos ex nobilibus nati parentibus veſtris & ab annis antiquis (nam pater veſter ex gente Pierſchalia & Oſmorogia, ma.er ex gente Ramultorum & Iaſtrzembecia) ita nobilem & ſplendidam familiam veſtram, nedum ſpecioſam virtute, ſanguine, prudentia, doctrina reddidiſtis, ſed nouis clenodijs Regijs & Cæſareis illam adeò illuſtraſtis, vt nedum vobis relictis gentilicijs, ſed etiam à ſe partis gaudere & honorari liceat. Addam pulchrum ex pulchro in vobis, quod & Senatus & Eccleſia, & miles & populus, & ſapiens & hiſtoriæ amator, ſpecimina virtutis honeſti & fortitudinis quoad Regnum Lechicum firmatur & ſtabit, ex hiſtoria lecta quam deſcripſiſtis colliget tenebitque. Reliquit Virgil. de Aenea.

Pulchrum ex pulchro procedit.

Ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Æneas atque agmina iungit.

Cromer Legatus à Regno & Orator.

Idem de vobis dicendum erit ante alios doctiſsimus prudentiſsimus officioſiſsimus omnes. Nam Martinus Cromer ad Summos Pontifices, ad Imperatores, & ad Concil. Trident. Legatus & à Regno Orator. Pulchrum ex pulchro. Cauendum igitur vobis ne ſicut pulchrum vitrum facilè rumpamini. *Dicit Fulgoſ. lib. 5. cap. 2.* quod in vrbe Seſto aquila à virgine nutrita, vt educationis gratiam referret, aues quas captabat ad virginem deferrebat, & cum poſtea virgo deceſiſſet, & rogo ardebat vltrò in eum deuolans cum virgine combuſta eſt. Vos adornati eſtis clenodijs nobilioribus quàm virgo, deferunt vobis omnes honores, titulos, ſed rogus libidinum, auaritiæ, ſuperbiæ, impietatis cauendus vobis eſt, qui hoc id totum deſtruit atq; conſumit.

Exemplum gratitudinis in aquila.

FAMILIA KROMERORVM.

KRomer *Martinus cui ex familia Pierſchala talia arma conceſſa fuerunt à Sigiſmundo Aug. & Ferdinando Imperatore. Vir litteris honoratiſsimus*

Digitized by Google

mus, & ob dignitatem litterarum à multis dilectus Regibus. Ex Coadjut. Epiſc. Varmień. Hoſij Epiſcopus ibidem. Hiſtoricus rerum Polonarū. Erat Legatus ad Carolum V. Imperatorem, ad Ferdinandum Regem Roma, ad Paulum III. Pont. Max., ad Regem Bohæmiæ Ferdinandum, & in Concilium Tridentinum. Bartholomæus eius germanus ingenio & dexteritate magnus. Reliquit filium Sebaſtianum, & filias tres.

Regulus eſt Aquilæ auxilio defertur in auras,
Sic quiſquis docti nititur ingenio.

KRVPEK.



DELINEATIO.

SVnt duo lilia penes ſe in rectam lineam diſpoſita, eiuſdem qualitatis vt armorum Gozdaua, coloris albi in campo rubeo, ſuper coronam lilium inter duas tubas.

ORIGO.

BLazouius qui Hiſtoriam Cromeri Polonico idiomate interpretatus eſt, ex Franconia Originem ponit, *fol.* 570. Vocata verò ſunt ab Arce poſſeſſorum Krukberk. Intulit verò in Regnum Petrus Krukberk in terram Cracou. Sed interuallo temporis & euphonia Polonica vocatus fuit Krupka, & ab aliquibus Krupſki. Poſteritas tamen magis accepit vocabulum Krupka, quaſi ad originale cognomen magis acco-

Digitized by Google

accomodatum quàm Krupſki. Sacra Cæſaræa Majeſtas talia arma illis conceſsit pro optimè meritis in bello, in quo coronam militarem exercitui, & odoriferam famam promeruerunt.

SPES PVBLICA AVGVSTA.

Flos hieroglyphicum eſt ſpei, ſicut ſpes expectatio boni.

EQuidem flos omnis hieroglyphicum eſt ſpei, nam ſicut ſpes eſt expectatio boni, ita & flos in frugibus & arboribus apparens, nos in ſpem meſsis futuræ & fructuum erigit, ſed ex floribus ſymbolum ſpei (vt veritate ipſa vincamur) lilio, non nobilius erit. Vnde & antiqui in monumentis cum inſcriptione ſpei, lilij potiùs figuram, quàm alterius floris ſpeciem exarabant & oſtendebant. Hinc Apollonius omnes flores lilia vocauit.

Pulchra fremunt vt apes paſcentes lilia circum.

Polyd. in Anglica hiſtoria in vita Guilhelmi Nothi.

Arma veſtra lilia ſunt, quæ vt in Regibus Chriſtianiſsimis à tempore Clodouei Regis Francorum noui tunc Catholici, Glonidis ſuaſu conſortis lectiſsimæ, & hæc pro Regno inſignia ſuſcipientis ſpem auguſtam dicunt & publicam: ita & in vobis non aliud commonſtrant & ſuadent. Admouet calamum veſter Krupka, quem *Cromerus lib.* 29. Crupſcium notauit, qui Ioan. Adalberto electo Regi Vngariæ, & pugnanti minus fæliciter contra fratrem Vladislaum Regem Bohemiæ, qui prætendebat quoq; coronam Regiam, gladium dum fregiſſet Rex proprium, addidit, quo & perſequentes ſe hoſtes interemit:

Inter eximios numerandus ciues.

Seruis boni domini, & dominis serui beneuoli naſcuntur.

Nam ſi jucunda res eſt ſeruis bonos dominos nanciſci, & dominis ſeruum beneuolum, *vt adnotauit Euripid.* jucundius & ſanctius eſt ciues optimos Principi habere.

FORTIS MVNITIO REGNI.

VIdetur non delicatus eſſe miles, qui pro foſsis, vallis, & muro lilia in propugnacula ponit, etſi vicerit, adſcribenda illi encomia Maronis?

Si qua fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.

Vſus equidem militaris eſt, non floribus vel lilijs munire caſtra. Nam ſi caſtra ſunt in ſyluis, compedibus munienda ſunt, hoc eſt ſectis arboribus & in terram dejectis, aut facile deijciendis, qualiter ſtrages iteratis vicibus in Valachia ad ſyluas Bucouianas: vt Hiſtorici referunt, Regni venerat. Si verò caſtra in campis firmantur: foſſa vallo muniuntur. Sed firmius non fiunt munita, quàm ſi in coronam tormentis bellicis & cuniculis in terra defoſsis muniantur. Ita fecerat Oſmanus Imperator Turcarum ad Chotimum. Sed non cuiq; datur adire Corinthum.

Caſtra Polonorum quomodo in campis firmantur.

Firma-

Firmamus igitur fortiter caſtra in campis & munimus foſſas & vallos, ſi illis coronas liliatas & lilia ſparſa adhibuerimus. Quapropter Romani ad munitionem & defenſionem lilijs inter cippos & ceruos vtebantur, cerui erant ſtipites præacuti quibus aſcenſum prohibebant. Lilia verò ſtipites à ſummo præacuti ad ſimilitudinem floris liliorum, nondum apertorum, qui tegebantur virgultis in foſſa. Cippi verò erant ſtipites tricipites, vel quadricipites. De hoc *Dempſter. libro antiquitatum Romanorum* 10. *cap.* 16. Admirandam fortitudinem & munitionem Reipub. ex lilijs veſtris declaraſtis ò Krukberkij, dum tot ſtrenuos duces, milites, bellatores Regno ex veſtra familia reliquiſtis. Vnus Conradus de Przeclawice Aulicus Regius ſit pro forti inductione. Hic dum legationes in Pruſsiam & Turciam cum Petro Zborouio Palatino Sendomir. Stobnic. Camien. Capitaneo perfeciſſet, (litteræ datæ Varſauiæ 1571. teſtantur) atq; plurima tàm in toga quàm in ſago ſpecimina declaraſſet, à Sereniſſ. Regibus in terra Cracou. & in Palatinatu Ruſsiæ opulentam benè meritorum teſtificationem, vt in linea familiæ deducetur, accepit.

Romanorum vſus ad munitionem ac defenſionem.

LINEA ARMORVM KRVPEK.

Krukberk *aut* Kruczberk, *Petrus Sigiſmundi Regis tempore ex Franconia in Regnum venit.*

Krupka *Filius eius Georgius, ſed corrupto cognomine Krukberg Krupka vocatus fuit. Reliquit Paulum Aulicum Regis Auguſti, qui habuit Annam Cikowſka mater Caſtell Sadeceń. & Caſtell. Bieceń. Alter filius erat Petrus de Parua Kſiaza. Reliquit Barbaram Kołkowa. Ioannes Krupka filius tertius, qui reliquit Malcherum, hic ex Męzykowna reliquit Stanislaum, & Nicolaum, & Annam Stanislai Morſki conjugem.*

Eraſmus quartus filius, qui manſit in Sendomir. terra, ex Brzeſka armorum Ciolek, reliquit Chriſtophorum Aulicum Steph. virum moribus compoſitum, & dignum laude. Conradus à quinto filio Petri in Cracou. terra de Przeclauiee notabat familiam. Reliquit Conradum Secret. Regium, Legatum in Pruſsiam & Turciam. Hunc Reges Henricus & Stepb. magnis beneficijs dotarunt in Palatinatibus Ruſsiæ & Braſtiæ. Ex Philipowſka natus eſt Conradus. Huius germani fratres erant. Hieronymus qui celebrauit matrimonium cum Niewiarowſka. Ludouicus alter frater. Sorores erant Heduigis Sczepanowſka, Anna Czurilowa, ſecundo matrimonio Czepielowſka, Catharina Kowalewſka, Zuzanna Drobecka, Heliſabeth Glinſka.

Digitized by Google

KRVPSKI.



DELINEATIO.

LEo erectus ad dexteram anterioribus pedibus, erecta ad conflictum cauda.

ORIGO.

EX Moſchouia ortum habet. Nam Andreas Krupſki Dux exercituum Moſchouiæ victor multoties hoſtium, ſub Tyrannide Ioan. Waſilewicz Moſchorum Dynaſtæ. Ob Tyrannidem Ioannis licet ſanguine propinquus, ſeceſſerat in Regnum Pol. ad Sigiſmundum Aug. Regem, quem & honore digno ſuſcepit & promouit, ac poſſeſsionibus prouidit, *Bielſc. fol. 616.*

MAGNORVM VIRORVM INSIGNE.

Agamemnonis & Pompeij magni Stemma Leo.

REx inter animalia leo cum ſit, ſi cui in gentilicium inſigne venerit, magnæ fortitudinis virum, & ſingularis prudentiæ commonſtrabit. Hinc Agamemnonis & Pompeij magni Stemma eſſe dicitur Leo. Magnus profectò Krupſcius fuit, nam & ſanguine magnus, ſi Ioanni Moſchorum Duci affinis, & officio magnus, ſi copiarum Moſchouiæ Dux ſupremus, & virtute magnus ſi tantorum victor hoſtium, & fortuna magnus, ſi à Rege Auguſto exul & profugus magnificè ſuſcipitur; & ingenio magnus, nam breui tempore linguam latinam ante ſibi ignotam paruo interuallo prouectus in annis, in Regno didicit. Fingunt Poëtæ quaſi Liciæ Regis Amiſodari fuiſſent filij Leo & Draco, & Soror illorum Chimera, *vt Comment. Alciati refert:* quos nemo debellare potuit. Ipſe Belle-

Krupſcius prouectus in Regno linguam latinam didicit.

Digitized by Google

Bellorophon Chimeram ſolam injecto faucibus plumbo deuicit. Hæc ergo & tanta inſignia non decent niſi fortiſsimos, inuictiſsimos, continuos triumphatores. Tales hic leo effert & profert fuiſſe Krupſcios. Nam de illis dicendum non hæſitanter venit:

Longa dies homini docuit parare leones,
Longa die molli ſaxa pereunt aquâ.

Et nedum leo magnanimos viros ſignificat, ſed quicquid leonis nomen aſſumpſit, non modicam fert ſui æſtimationem. Vnde herbarum leoninarum mira refertur eſſe natura, & inter cæleſtia ſydera non ſine graui majeſtate leo adnumeratur. Reſtat igitur quod qui ſigno leonis inſignitur, maxima præſtantia à natura, à fortuna donatus maneat. Sed vnum veſtram fortitudinem leoninam frangit. Ignis nimirum. Ignem enim leo maximè aduerſatur, vt deducunt Peripatetici & Homerus. Ignis igitur vobis Venereus cauendus, libido coercenda quæ fortes omnes debilitauit. Hoc claro verſu ipſe Homerus omnibus ad inſtructionem teſtatus eſt:

Herbarum leoninarum mira natura. Leo inter cæleſtia ſydera adnumeratur Signo leonis inſignitus maxima præſtantia donatur. Leo ignem aduerſatur. Ignis venereus cauendus.

Ardenteſq; faces quas quamuis ſæuiat horret.

TYRANNI DEIECTIO.

LEo inſigne ſi victori quando debetur, victori tyrannorum potiſsimum deberetur. Teſtis erit Hercules Ægyptius qui cum Oſiride Italiam ab amariſsimo Gigantum jugo liberauit, victoria parta leonem primus in gentilicium accepit. Hinc proverbium: *Herculanus Leo.* Si quando Krupſcijs conuenit leo, certè tunc conueniet, quando jugum tyranni Moſchouiæ Ioannis è ceruicibus excuſſerunt. non enim maiorem pœnam & incommodum Regnum Moſchouiticum cogitauit & ſenſit, niſi quando tantus Hercules, Senator, & rerum Moſchouiticarum maximus indagator, vaſallus & ſubditus Regis Poloniæ ſtetit. Cogitauit die & noctu Tyrannus de Krupſcio & illius leone, & quoties in nocte repræſentatum ſibi per phantaſiam vidit, exhorruit. Nam

Leo inſigne tyrannibus debetur. Leo Herculanus.

Viſæ leonum imagines noctu, indicant occiſionem ab hoſtibus.

Leo ſi quando vulneratus fuerit ab aliquo, mira obſeruatione percuſſorem nouit, & in quantalibet multitudine vnum appetit, vt ſcilicet illum laceret, diſcerperet. Senſit hoc & expertus eſt Iuba Maurorum Rex, quem dum per deſerta Africæ eundo ſagitta percuſsiſſet, anno ſequenti dū redit Iuba, leo in tam magno militum numero Iubam velociſsimo curſu hoſtiliter aggreſſus eſt, & miſerabiliter omnibus alijs dimiſsis dilacerauit. Nullus me hercule jugum libenter fert, & multò magis tyrannidem domini ſui: Non igitur aliquis impudenter Krupſcijs inferat, quod relicto tyranno, pacificum Regem & dominum, pium Senatum, & quietam

Leo vulneratum nouit percuſſorem etiā in magna multitudine. Exemplum in Iuba Maurorum Rege dilacerato.

Rempub: elegerit, cupierit. A tyranno enim juſti & innocentes plerunq; interimuntur. Hinc quidam:

Plures lutra necat piſces, quàm condat in aluum
Sic rabie tumidus ſæua tyrannus agit.

Familia *Krupſciorum armorum leo jam fortè non extat. Reliquerat Andreas filium non diſsimilem actibus generoſis ſibi, qui habuit quoq; & maſculam prolem, ſed ſteriliter deceſsit,* vide Bielſc. fol. 616.

KRZYWDA ſeù Iniuria.



DELINEATIO.

Est ſolea inferius calcibus diſpoſita, intra quam eſt crux, ſupra ſoleam eſt crux truncata in parte tranſuerſa, in campo ceruleo, alba ſolea & cruces, ſupra galeam tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

Ex armis Lubicz habet ſuam originem. Quod autem trunca crux ponitur, differentia ab armis Lubicz eſſe declaratur. Et ſicut ad ſoleam gladius loco crucis quondam appoſitus fuerat, & arma ideò vocata Zahłoba quaſi pro capite, quia ſcilicet frater fratrem occiderat, ita hic à Lubic pars crucis ablata notabit defectum in perſona quadam deſcendente à Lubicz, quia ſcilicet injuriam fratri vel diuiſione bono-

rum

rum vel imponendo crimen fecerat. Et inde dicitur Krzywda hoc gentilicium. Vide Orationem funebralem Ioan. Rozycki Præpoſ. Srzemſczen. & Koſcien. in fünere Alberti Głębocki Pocillatoris Caliſs. Aulici Regij & Secret. R. M.

CONCORDIA FOELIX.

EQuidem fœlix eſt concordia, nam paruæ res per illam in maximas & honoratas creſcunt. Ferdinandus I. Imperator ad denotandam intentionem in gubernatione Imperij ſymbolo vtebatur, ponebat litteras per ordinem eiuſmodi A. I. P. Q. N. S. I. A. Varij variè hæc interpretabantur, ſed rarus ad ſenſum proprium & nullus ad intentionem, tandem ipſe ſenſum aperuit: *Accidit in puncto, quod non ſperatur in anno.* Petra Sancta in Symbol. Duplicem poteſt ferre ſenſum iſta propoſitio. Primus in bonum. Dat enim ſæpè vna hora quod totus denegat annus, ſit teſtis horum latro in cruce, cui dictum fuit: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Accidit ergo in puncto, &c. Secundus ſenſus in malum. Quia bonum non fit niſi ex integra cauſa malum verò ex quocunq; defectu, jam accidit in puncto, &c. Teſtis ſit grauis ſententia Patrum, qui dicunt: *Qui in vno deliquit præcepto, omnium factus eſt reus.* Arma hæc dum inſpicio Krziwda ſeù injuria nuncupata, ad malum detegendum in fratre directè & primario poſita ſunt, ex obliquo verò admonent poſteros concordiæ fœlicis, ne de concordia fratrum ſpargatur amplius rumor. Rara Phœnix in mundo. Hoc igitur vobis remedium relinquam ad concordiam fœlicem. Hercules Gonzaga Cardinalis nulli ſpontè nocere, niſi grauiter laceſsitus dum cupit, cygnum ſibi pro ſymbolo aſſumpſit, nulla equidem auis eſt manſuetiòr cygno, nec alicui nocere cupit, laceſsitus tamen ab aquila, tantam prorumpit in rabiem, vt deuicta aquila illam in fruſta diſcerpat. *Idem ibidem.* Docet tali geſtu, parcere proſtratis, & debellare ſuperbos. Nunquam tamen diſcerpit pullos laceſsitus cygno, ſed eos quos vna mater genuit, ſanguine, amore nutrit. Inſcribite igitur animis veſtris Polyb. dogma. *Duo ſunt quibus omnis Reſpub. ſeruatur, in hoſtes fortitudine, & domi concordia.*

Concordia res pauca creſcunt.

Accidit in puncto quod non ſperatur in anno,

Bonum fit ex integra cauſa Malum ex defectu.

Qui in vno deliquit omnium factus eſt reus.

Remedium ad concordiam fælicem.

Omnis Reſpub. duobus ſeruatur.

LINEA FAMILIÆ KRZIWDA.

IAzowſcij *in Drobicień. diſtrictu. Andreas Vicecapit. & Iudex cauſarum Wołkouiſienſis.*

Kieſzkowſcij *in Radomienſi terra.*

Swieciccij *in Vielunenſi diſtrictu.*

Pogorzelſcij *in Maſouia.*

Danowſcij *in Viſceń.*

Sankowſcij,

Sieniccij.

KVR. Gallus gallinaceus.



DELINEATIO.

EST Gallus coloris albi in campo rubeo, exprimitur gallus tanquam vigil.

ORIGO.

Gallorum vſus.

ERat antiquus vſus galli gallinacei. Vtebatur illo Idomeneus Mionis nepos Cretenſium Rex in ſcuto bellico. Et Cyrus Perſarum Rex coloris aurei gallum ſuper haſtam affixam lanceæ ferebat. Iſte tamen gallus in Regno Poloniæ acquiſitus eſt ob vigilantem ſolertiam in defenſione Aquilæ Regiæ, ideò coloris albi vt Aquila remanſit. Antiqua arma in Regno, Hiſtorici aſſerunt.

DEVOTI DEO.

Deuotos Deo Gallus ſignat.

Gallus Ioui ſacer.

Inteſtina galli.

Nepotum Dea.

DVm conſidero qua ex ratione Cretenſium Rex Idomeneus gallum gallinaceum pro celebri delineamine ſcuti aſſumpſiſſet, animi ſubmiſsionem ad deos contemplor. Ait namq; *Pauſan. lib.* 4. Quoniam hæc auis Soli ſacra eſt, ideoq; & Solis reditum nuntiat. Moueor igitur ad dicendum, quod illi qui his armis vtebantur in Regno aut vtuntur, deuoti eſſe Deo admonentur. Refert *Alex. ab Alex. Genial. lib.* 3. *cap.* 12. quod in ſacris deæ Phrygiæ quæ Matura & Mater Deûm dicta eſt, galli gallinacei execti membra ſecabant, ad cuius ædem Nepotes bona ſupplices exoptabant. Loquamur indè ad ſenſum noſtrum. Nepotes ſumus nedum filij Dei, ſed filij ſi in charitate perfecta, nepotes ſi in peccatis, jam enim abjecti ſine gratia vt nepotes, execta igitur membra cordis noſtri ſuſpirio, pœnitentia, contritione ſecemus, & Matri Deûm B. V.

Mariæ.

Digitized by Google

Mariæ. Maturo licet incunabulis Chriſto offeramus, ſic deuoti Deo permanebimus. Talem refert ex veſtris Armis Epitaph. Cracouien. in arce Anno 1517. Gallum Dalmatam. *Venerabilis Vir Dominus Bernardinus.* Pridem igitur obſeruatores mandatorum Dei & Eccleſiæ eſtis ac Deuoti Deo. Hinc gallum album meritò exprimitis.

SVNT PVGNA, VICTORES.

VT vigilantiæ ita victoriæ ſignum gallum gallinaceum Cyrus Rex aurea pompa & alta erectione edocuit. Neq; immeritò. Lego in hiſtoria Athenienſium & Pergamorum, ſicut & *Alex. ab Alexan. lib. 5. cap. 8. narrat.* Pugna apud illos gallinaceorum & coturnicum tanti decoris erat, vt ad illud tanquam gladiatorium munus effuſiſsimo ſtudio omnes conuenirent. Quis aliquando exiſtimabit in tali pugna non gallum victorias retuliſſe, Niſi fortè multitudine & turba obruatur, trophæa ſemper referet cantando. Quapropter Themiſtocles in bello contra Barbaros ita animabat ſuos milites: Propoſuit eis duos gallos qui inter ſe ſubitò acrius pugnabant, & dixit: Iſti pugnant inter ſe non ob patriam, injuriam, deos, gloriam, ſed ob ſolam victoriam, nobis verò ob patriam, aras, & patrios focos. Certant galli inter ſe ſtudio gloriæ, nos certemus cum Barbaris ſtudio patriæ, *Cælius Rodig. lib. 9. cap. 46.* Domitianus inſtituerat certamina, interq; *ait Sueton.* Inſtituit (*inquit*) quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex. In hoc certamine Luc. Valerius in annis tredecim fuit coronatus. Erat ibidem hujuſmodi inſcriptio;

Pugna galli cum coturnice

Gallus incitamentum milit.

In annis 13. coronatus.

Luc. Valerio L. T.
Pudenti.
Hic cum eſſet annorum XIII.
Romæ certamine Iouis Capitolini.
Luſtro Sexto, claritate ingenij coronatus eſt inter Poëtas Latinos.
Omnibus Sententijs Iudicum.
Huic plebs vniuerſa Hiſtonenſium ſtatuam
Ære collato decreuit.

Videte certamen, videte honorem certaminis, ò inſigniti tam candido ſtemmate. Victrix pugna contulit vobis arma, victrix pugna conferret tropheos & triumphos, ſi à iuuentute, Martem & Mineruam, in omni ætate Iouem & Ianum tripeſonatum colueritis.

FAMILIA ARMORVM KVR.

KVr *ſeu* Kurek.
Kurſcij *ſeu Kurſkich familia.*
Kurzeſcij.

KVRCZ.

KVRCZ.



DELINEATIO.

EST littera Pithagorica, diſcrimine ſecta bicorni, & cruce gladij in medio, loco pedis & fundamenti habet anſam obuerſam acuminibus ad litteram, intra crucem verò & anſam ex vna parte dextra ad ſtipitem litteræ eſt luna, ex altera parte eſt ſtella.

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ Volhiniam gubernantibus pro maximis in bello & caſtris meritis Kniazijs collata fuerunt. Verè ipſa delineatio armorum commonſtrat & fortes in bello, & graues meritò milites.

FORTVNÆ DOMICILIVM.

FInxerunt Poëtæ virginem Pandoram, cui dij & deæ munera ſua aſtatim contulerunt, vndè, quod ſigillatim erant multi virtute & munere dij, illa vna id totum erat. Quocirca non obſcurè occupabitur domicilium fortunæ. Arma hæc cum in ſe exprimant litteram Pithagoricam, ſecretorum virtutum & vitiorum non modicam regulam, demùm ſalutarem crucem ex offendiculo gladij ad vltimum lunam, ſtellam, anſam, quæ omnia & ſingula nobilitatis gentilitium ſunt: opportunè fortunæ domicilium nuncupabuntur. Hinc inſignitos Kurcij armis jam conſpicere licet, directos regula Pithagoræ, ad gremium Eccleſiæ Romanæ nunquam aberrantis, jam litteris claros & doctos, jam jura tuentes & libertatem, jam lucere virtute & exemplo vt luna & ſtellæ, nedum in Volhinia, ſed & in Magno Ducatu Lituaniæ videmus & gratulamur. Inter inſignia gentilitia Equitum Ord. Velleris aurei à Ioanne Iacobo Chiffletro de-

Secretorum virtutum & vitiorum regula.

tro de-

Digitized by Google

tro deſcripta, Philippus Boni Princeps Ordinis, ad arma ſua adſcripſerat ab vna, *Meum gaudium nobilis Ducis.* Ab altera parte, *Non aliud habebo.* Puta Symbolum. Ita & vos ò Kurcij conuenit, vt gaudium veſtrum ſit gaudium Ducis, nec aliud habetote gaudium. Nobilis Dux veſter Sereniſsimi Reges, à quibus diuerti ſcelus. Nobilis Dux veſter, eſt Deus veſter, quo nil meliùs nec eſſe nec cogitari poteſt, ab illo recedere, ſummè nefas. Iurate igitur & profitemini. Aliud non habebo, in ore, corde, actu, quàm reuerentiam Regi, honorem Deo. Sic ipſi vobis & alimenta laudis, & domicilia fortunæ conſtruetis.

A Deo recedere eſt grande nefas.
Honor Deo, reuerentia Regi ſemper debetur.

FAMILIAM ARMORVM KVRCZ VOLHINIA ET LITVANIA REFERAT.

BVla *Kniazius* Kurcz.

Kurczeuicz *Demetrius excelſus in caſtris & contra Paganos miles.*

Alexander eius vterinus frater non diſsimilis animo & fortitudine à fratre. In Ducatu Lituaniæ excellentes in Iure reperiuntur vſq; in præſens. Iudicis Terreſtris Nouogrodenſis poſteritas nobiles actus parentis ſui reſtoreſcere curabunt.

KVSSABA.



DELINEATIO.

MOla aſinaria, cum ferro in medio molæ, circa quod vertitur ſuperior mola: coloris eſt grizei lapis, in ſua circumferentia debita. Super galeam verò & coronã ſunt capita caniolina numero octo.

ORIGO.

Nouem filios vno partu.

IN Sileſia ortum habuit. Accidit namq; vt ſubdita quædam tres filios ſimul peperiſſet viro. Nobilis Domina id vitio ſubditę vertit & adulterium objecit, aſſerens impoſsibile quod ab vno viro ſimul eſſent. Subdita dum graui ignominia objurgata à Domina multa patitur, Deo cauſam commiſit. Vltor Deus, nouē filios parere vno partu nobilem Dominam permiſit. Quod vt vidit, hinc peccato agnito, hinc pœna concepta, mergere pro fluuio obſtetrici filios octo juſsit. Obedit vetula, deportat, & ecce obuium habet ipſum parentem. Quærit quid portet, reſpondet, caniolos venaticos, vult videre, & filios advertit. Fatetur obſtetrix, & quod ſint vxoris ſuæ filij, enarrat. Obſtringit juramento vetulam, de ſilentio ſeruando, & tradit molitori educandos, quos in annis aliquot vxori reddidit, tantum ſcelus exprobrando. Molitori verò fideli Arma iſta contulit, & loco filiorum octo, caniolos octo in galeam adſciuit.

CORONATA VERITAS.

Corona triumphalis.

Mendacium non dicendū.

ANimus, ne dum prophana ſcientia deterſus, veritatem coronat, ſed ſacra etiam pagina. Vnde de fortitudine diſputantibus in palatio Regio, Rex coronam triumphi illi conceſsit, qui veritatem fortiorem eſſe omnibus aſſeruit. Clarius autem Sapiens de veritatis corona à Deo Prouerb. 3. dixit: *Abominatio Domini eſt omnis illuſor.* Aſsignat rationem Auguſt. Epiſt. 8. *Mentiri non licet, nec pro Dei laude.* Et Iſiod. lib. 11. de Summo bono: *Quacunq́ arte verborum quis juret, Deus tamen qui conſcientiæ teſtis eſt, ſic illud accipit, ſicut ille cui juratur, intelligit.* Coronata etiam veritas his armis exprimitur, nam & libera innocuè objurgata remanſit, & procax judicium fuit punitum, & mendacium crimino-ſum eſt detectum, & filij veritatem patris coronarunt. Refert *Petra Sancta in Symbolis:* Clotarius Rex Francorum in ſymbolum ſibi rotam molendini aſſumpſerat cum hanc inſcriptione: *Conuertunt non euertunt, puta aquæ rotam molendini.* Ita planè eſt & cum veritate, qui vult illam euertere, conuertit illam vt magis pateat. Hinc Cæſar Ripa in ſua Iconologia Veritatem ita depingit: *Extollit virgo dextra manu ſolem, læua tenet librum apertum cuius ramo palmæ, dextro pede retrudit orbem mundi.* Quaſi dicat: Veritas eſt amica lucis, aperta, non cedens alicui, pretioſior rebus omnibus mundi. Explicauit Menander in Nannis: *Eſt veritas in cælo habitans digna inter Deos collocari.* Tales vos ò Kuſabij dicam Coronatos, ſcilicet veritate: quocirca magnos honore & titulis conſidero, confirmo dictum meum Soceri Moyſis verbis: *Prouide autem* (inquit) *de omni plebe viros timentes Deum, in quibus ſit veritas, & conſtitues ex eis Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos.*

Rota molendini.

Veritatis delineatio.

Veritatis collocatio inter Deos.

Tituli ob veritatem & Dei timorem.

LIBE-

LIBERALITAS BENEFICA.

SOlis proprietatem Aloyſius Cardinalis Eſtenſis tali lemmate expreſſit: *Non exoratus exorior.* Nemine enim rogante ſol oritur,& ſplendet ſuper juſtos & injuſtos. Magna liberalitas in ſole adnotabatur, non minorem video in Principe & parente horum filiorum morti datorum, infantes vix nati non exorarunt liberalitatem & beneficium parentis ſui,& tamen ille non exoratus illis vitæ beneficium præſtitit. Nec molendinarius nobilitatis jura & libertates quando cogitauit, appetijt, rogauit, ille tamen Princeps non exoratus ei hæc contulit. Conſidero & præcordia matris filiorum quæ miſericordia eſſe debebant. Dicebat fortè cum Gallorum Regina Henrici Secundi conjuge demortuo. *Hinc lachrymæ, hinc dolor.* Tenere tot filios peccati mei teſtes lachrymæ ſunt, dare neci filios, dolor eſt. Sed hanc meliorem fortunam notabo, pereant. Liberalitas autem & beneficentia patris. Viuant, nec tu pereas. Liberalitatem ita aliqui depinxerunt. Virgo ſuper caput tenet aquilam, vna manu effudit cornu copia plena auro, margaritis,coronis,torquibus, altera tenet cornu plenum. Pulchra quidem eſt hæc delineatio liberalitatis, ſed dum liberalitatem hujus parentis erga matrem, filios, Molendinatorem conſpicio, apparet hæc delineatio nulla. Sic vos liberales aſſero ò Kuſzabij, liberales eſtis in patriam, eccleſiam; pauperes, conſilio, ſumptu, pectore. Quicquid enim eſt homo, Deo & Patriæ debet, quia ab illis habet omnia, quicquid poteſt genio, ingenio, ſtylo, manu, cum deſiderio & libenter his præſtare debet, quia illis natus eſt, illis viuere & mori debet.

Solis liberalitas.

Lachrymæ, dolor.

Liberalitatis delineatio.

Deo & Patriæ debemus omnia.

LINEA FAMILIÆ KVSZABA.

WArſzewiccij *in Maſouia antiqua familia: Stanislaus Palat. Maſouiæ, Anno* 1501. *Ioannes Caſtellanus Warſauiæ. Cujus filij Stanislaus, hic vt regnet cum Deo ſeruire Chriſto elegit in Societ. Ieſu, Vir litteris & pietate magnus. Illius frater Chriſtophorus juuentutem cultam in exteris nationibus, ita moribus perfectam reddidit, vt maturior ætas ſpecimina litterarum & morum alijs reliquerit. Scripſit plurima opuſcula & orationes excellentes. In lingua Germanica, Italica, Gallica perfectiſſimus fuit, in Latina verò excellentiſſimus, S. R. M. Secretarius, Stephano ſceptra Regni gubernante. Manet illius memoria in Repub. in æuum. Refert de illo* Bielſc. fol. 719. 790.

Dąmbrowſcij *in Cerſceń. diſtrictu, Viri in jure & litteris periti. Martinus Iudex terreſtris ibidem fuit.*

Lubouieſcij *in Dobrzinenſi terra, Marti & Reipub. vitam & ſubſtantiam conſecrarunt. Matthiæ Epitaph. Wloclau.* Hic ſitus eſt Matthias Lu-

bouieſki clarus fortuna ſed varia 1552. *In Cracouień. Palatinatum aliqui horum venerant, & magnis poſſeſſionibus celebres manent Bartholomæus vt ingenio, ita domus gubernatione ſummus. Ex Borzikowſka ſuſcepit filios Adrianum, Barthołom. Fælicem, Stanislaum, Ioannem, & filias Catharinam Macieiowſka & Heliſabetham Puczkowa.*

Sickluccij *in Podlaſia. Ad negotia Reipub. & Militarem aptiſſimi. Vnde & in Caſtris, & in negotijs Patriæ prudentiſſimi.*

Struſienſcij *in Podlaſia.*

Łochowſcij *in Maſouia.*

Iwiccij *in Lenciceń. Palat. Nicolaus dum militarem exercebat, Scythica multitudine adſtrictus in captiuitatem venerat, poſt aliquot annos liberatus fuit.*

Grochowſcij *in Lenciceń. Palatinatu.*

Zupck *in Sendomir. Palat. ad Viſliciam.*

Ganowſcij.

Nieprzeccij *in Maiori Polonia.*

Grodzinſcij.

Potrikowſcij *de Potrikoſi in Maſouia. Poſtmodum aliqui horum militarem exercendo in Podoliam tranſierunt. Filij duo Religioſi, in Ord. Prædicat. Ioannes verò filius Andreæ ex Zauacka natus, cùm Margaretha Smiotanczanka Martinum filium habuit. Andreæ autem filiæ vnam Groth alteram Garnyſſ habuit conjugem.*

Zberkmulowij *in Sileſia, & alij ibi plurimi his armis vtuntur.*

KALINO-

KALINOWA.



DELINEATIO.

SVnt arma Kalinowſciorum. Sagitta ferrum habet coloris aurei, per medium apparet diſcerpta, ad diſcerptam auriculam, ſunt ſingulæ ſtellæ coloris aurei, ipſa ſagitta eſt coloris albi, in campo rubeo. Super galeam ſunt tres pennæ Strutij, per quorum tranſuerſum, eadem arma apparent.

ORIGO.

ACquiſita arma per fortia bellica geſta die & nocte Regibus & Patria declarata, nemo eſt qui inſpectis armis dubitet. Docent hoc ſtellæ, demonſtrant ruptæ ſagittæ. Erat illorum promeritor infractis viribus & fortis animo. In Sileſia acquiſita fuerunt ſicut priuilegia Kalinowſciorum teſtantur, in bello cum Gothis & Vandalis, vbi & in præſens vſum ſagittarum familia Auſiorum teſtatur. Poſt annum milleſimum trecenteſimum Kalinowſcij in Regnum Poloniæ deſcenderunt, primùm ſtrenui milites, poſtmodum optimi Patriæ ciues, & Senatores, vt ex linea familiæ patebit.

HONESTVM PATRIÆ.

NIl præſtantiùs claro & illuſtri viro eſſe poteſt, quàm honeſtum patriæ & cura illius. Patria enim per Iouem eſt velut alter quidam Deus, primus maximuſq; parens, *vt dixit Heroclis.* Arma

hæc veſtra ò Kalinowſcij ſunt honeſtum Patriæ. Adornaſtis namq; primitus Sileſiam tam præcellentibus meritis, vt tanta inſignia mereretis. Adornaſtis & Poloniam dum hæc inſignia ſplendida Regno intuliſtis: at maior nequit eſſe ornatus patriæ noſtræ à vobis, quã dum patriam iſtam honeſto virtutum agmine, bellico & triumphali ſplendore adornatis. Meritò id de vobis Ioannes Cynerski Cracou. Collegij Profeſſor reliquit:

O quoties rupit Kalinouius aureus heros,
Spicula contortis fortia in agminibus.
Aureus illi animus, mores, candorq; fuêre,
Aurea nec niſi mors traxit ad aſtra virum.

Dicebat quondam *Cornel. Tacit.* in bello Germanico cum Vandalis. *Sola ſpes eorum in ſagittis quas inopiâ ferri oſſibus exaſperant.* Nec alia vox, nomen, & votum in Pocutia & Confinibus Regni nobilium ſub varijs Tartarorum incurſionibus gementium fuit, quàm ſola ſpes in ſagitta Kalinouij. Quapropter ſine inuidia aureis litteris in tabula argentea Neſteruari in ſarcophago legitur:

Perennitati ſacrum
Adamus de Vſiatin Kalinowſki, Braclauienſis, Vinniceñ. Lubeceñ. Loiou. Capitan. Religione in Deum, amore in Patriam clarus.
Cuius bellicam virtutem
Othomanicæ, Scythicæ, Sueticæ, Koſacorumq; Phalanges ſuo malo expertæ ſunt, & gemuêrunt,
Debellare hoſtem ſemper nouit, vinci nunquam, Decies in prælio victor trophæis reportatis.

Dum igitur in vobis honeſtum Patriæ perenniter hoſpitare curatis: jam vt amari ab omnibus poſsitis, dignos vos præſtitiſtis.

FOELICITAS DOMVS.

Sagittarius in Zodiaco. FOelicem domum Altitonantis Dei, illuſtrant menti humanæ poſt Planetas orbium, mirifica Zodiaci imago. Et quoniam inter alias imagines intellectui noſtro & ſublunaribus omnibus Sagittarius cum arcu ac vibrata ſagitta exponitur, profectò Sagittarius ille fælicitatem domus altiſsimæ, conſequenter domus nobilis fælicitatem, demonſtrabit. Inſinuat fauendo propoſito interpres *Alciati Emblem.* 146. Sagittarius iſte Chyron nuncupatur, qui nedum rerum cæleſtium erat peritiſsimus, ſed & herbarum naturæ peritiſsimus, & Cithareda nobiliſsimus, & juſtitiæ ſanctæ obſeruantiſsimus fuit. Hinc Euripides Iphigenia in Aulide, dum Chyronem Achillis præceptorem refert, ita loquitur voce Achillis: *Chyron quis.*

Ego viro à pio educatus ſum puer
Chyrone, mores ſimplices tantum imbibi.

Domum

Domum igitur fœlicem in ſublunaribus ſignificabit Sagittarius Zodiaci. Confirmabit dictum magnus Eccleſiaſtes & Orator Corn. Muſſus in ſermone de Natiuitate Domini, qui de fœlicitate domus nobilis diſſeruit: *Quæ* inquit *fœlicitas in hac Vrbe noſtra eſſe poteſt ſtantibus mœnibus, ruentibus moribus*. Confirmat & B. Nilus Epiſc. & Martyr in ſentent. Tropologicis. Ait ille: *Cunctis igitur rebus anima præferatur, & virtutis curſus indefatigate conſumabitur.* Tales vos ò Kalinouij ſemper referam, in quibus & conſilij grauitas, & fortitudinis robur, & virtutis ſpecimen, ſua domicilia fundarunt. Talem in vobis Martinum Kalinouium Caſtell. Syradienſem juxta annum 1413. viuentem referam, quem tot priuilegia Regia mirificè atq; Hiſtorici commendarunt. Talem Ioannem Kalinouium quem ante 160. annos Acta Leopolien. Caſtren. referunt. Talem ſanctimonia celebrem Alexandri conjugem domus Struſſorum referam. Talem auum & proauum progenitorem poſteriorum referam. Huic namq; & animus à Deo inflexibilis, & habitus morum & honeſtatis, grauiſsimus fuit, quem omnes boni obſeruabant, & mali & incompti moribus formidabant. Tales plurimos in familia veſtra adnotare licebit, qui nedum Eccleſiarum Catholicarum erant magnifici fundatores, & religioſiſsimi cultores, verùm etiam qui Pocutiam, Podoliam Confinia Regni, ſacra religione & obſeruantia pietatis, florentem virtutibus reddiderunt. Hinc in laudem Adami Kalinowſki in exequijs adnotatum fuit: *Quæ domum fælicem facit.*

Tibi Adamo Kalinowſki olim magno in finibus Regni Capitaneo, nunc fundatori munificentiſsimo.

Quia Aquilam Regiam protexiſti,
Quia patrios hoſtes extinxiſti,
Quia inimicis tuis peperciſti,
Quia Catholicam fidem ad limina Othomanica fæliciter extendiſti,
Quia vitam cum morte pijſsimè commutaſti,
Hoc immortalitatis monumentum vouemus & reddimus.

REGNES CVM CHRISTO IN ÆTERNVM.

INFRACTVS MILES.

INfractum militem filios dum Scilurus Scytha optabat, hoc medio illos commonuit. Faſciam ſagittarum obtulit vni filiorum, quam frangere juſsit, qui dum impoſsibile affirmaſſet, obtulit alteri, hic idem cum referet, recepit faſciam, & ſingulas ſagittas porrexit, quas & fregerunt. Tunc adjecit: Ita vos ſi vniti inter ſe fueritis, nullus vos franget, nec ſuperabit, ſi verò diuiſim & diſrupti manſeritis, quiuis debilium vos vincet, proſternet. Non eſt hoc aſpernendum medium, tum quia vnita virtus eſt fortior, tum quod concordia paruæ res in immenſum *Sciluri faſcia.*

creſcunt,

creſcunt, diſcordia magnæ res in nihilum dilabuntur. Verùm licet infractum animum & militem deducere, ſagitta Kalinouiorum ponenda eſt in medium. Infractus miles erit, ſi arma & ſagitta illius cœleſti fauore & regio adornabitur, ſicut hæc arma ſtellis & auro adornantur. Fracta quidem hæc ſagitta eſt, ſed his infracta jam manet, diſcerpta per medium eſt, at his jam conſolidatur in æuum. Retulit *Plin. lib.* 18. *cap.* 26. Quod in fine Capricorni ſagitta in cœlo apparet ex quinque ſtellis compoſita. Quid indè colligendum ſit in aëre, Aſtrologis committo. Mihi mirandum indè venit. Sagittam illam ex ſtellis habere conformitatem ad ſagittam Kalinouiorum ſtellis & auro ornatam. Proindè deducere licebit, fauere illis cœlum Dei miniſterio, fauere Regem auri indicio. Talis animi erat Ioannes Kalinouius, de quo Cromerus ipſe teſtatur. Talis animi erant Kalinouij ad campos Obertinenſes, vt ipſa ſepulchra referunt. Talis erat Alexander Valentinus Kalinowski, ſicut bellum ad Guzow vbi pro Regia Majeſtate pugnauit, teſtatur. Reducam igitur in mentem veſtram ó Kalinouij *Iſocratem in Cypr.* Æmulamini non opulentiſsimos, ſed nullius criminis ſibi conſcios, cum hac enim fortuna ſuauiſsimè quiſquis vitam agere poteſt.

Fauore cœli & regio miles inuictus.

LINEA FAMILIÆ KALINOWSCIORVM.

KAlinowſki *Martinus de Kálinow, aut Kalinowa, erecta namq; villa in oppidum fluentibus ſeculis fuit. Meminit illius Priuilegium Regni, in quo Alexander alias Vitoldus M. Dux Litu: de conſenſu Sereniſſimi Principis Domini Vladiſlai Iagellonis Regis Poloniæ fratris ſui nobiles Lituaniæ, ad arma & clenodia Regni Pol. præſentabat. In illo namq; Priuilegio ſubſcripſit Martinus Kalinowſki Caſtel. Syradien. de Kalinowa, Anno Dñi* 1413. *Refert tale Priuilegium Ioannes Iánnſsowſki, in ſuo ſtatuto. Ioannes Kálinowſki cognomento Łopátá: Hic pro Vitoldo cum Caſimiro Duce Maſouiæ, & Samotulio Caſtel. Miedzirziceń. Duce Exercituum oppugnabat, Nouogrodum & Polociam, vnà cum aliis Rothmagiſtris Polonis, Anno* 1428. De hoc Cromer lib: 19. *Hic vt opinor ex annis fuit poſtmodum Caſtel: Sadeceń. qui priuilegium pacis & concordiæ Vladiſlai Pol. & Vngariæ Regis datum Breſtiæ in Cuiauia, cum Paulo de Rudorff, Magiſtro Pruſſiæ ſubſcripſit, Anno* 1436. *Retulit tale priuilegium in ſtatuto, Ioannes Iánuſowſki folio* 850. *Laurentius Kálinowſki Caſtel. Syradień. qui Priuilegium datum Ducibus in Czartoryſko, Iuoni Alexandro & Michaëli à Vladiſlao Pol. & Vngariæ Rege, in quo conſanguineos ſuos aſſerit, & vt equo cui vir armatus inſidet gladium euaginatum in manu tenendo pro inſigni teneant, ſubſcripſit Anno* 1442. *Refert priuilegium Paprocius in Stemmatibus folio* 644. *Andreas Kálinowſki, in bello Valachico ad Obertinum occiſus, vbi & tumulus Kalinowſcij*

ſcij nuncupatur. Ioannes & Adrianus germani fratres, in diſpoſitionibus Leopoli & Haliciæ memorantur. Chriſtophorus Ioannes & Martinus germani fratres, filij Ioannis, qui in Pocutia ad Colomiam villas Dziatkowice, & Kámionki pro bene meritis acceperat, Chocimirſcium citant de reddenda villa Dźiatkowice, patet in terminis Halicień. particularibus ante feſtum S. Dorotheæ, Anno 1579. Chriſtophorus prænominatus de Kámionki in Miriſczou, poſt bellica trophæa Rothmagiſter ſtrenuus, ab exercitu Sereniſſimum Regem Stephanum venientem ex Transſiluania in Regnum oratione eximia ſalutauit. Cum Margaretha Swierſka de Romanow Andreæ Tribuni Tremboulień. filia celebrauit matrimonium: Reformatio Leopoli Anno 1557. declarat, reliquit filios quinque.

I. *Nicolaum ſtrenuum militem ſub ſignis Ioannis Potocki Generalis Podoliæ, occiſus à Scythis in villa Kámionki. Habuit filium ex Drogomirzowná, Adamum eximium militem in Valachia, & Moldauia, Rothmag. in Moſchouia militauit ſub ſignis Strus, Capit: Chmelniceń. cum quo & in captiuitatem Scythicam venit, vt rediјt poſt nouem annos ex captiuitate Rothmag. ducentos Coſacos contra Oſmanum ſub Chotinum adduxit. Reliquerat filiam Krußelniccij coniugem.*

II. *Valentinum Tribunum Halicień. militem ad Gedanum cum Sereniſſimo Rege Stephano. Ex Eua Dworzycka, ſuſcepit filios Iacobum & Ioannem, ille miles cum Radziuilo & Potoccio in variis expeditionibus, ex Heduigi Smiotanczanká Vexilliferi Podoliæ filia, reliquit Valentinum Ioannem, habuit in præmium meritorum à Sereniſſimo Rege Podwyſokie, honoratus titulo Tribuni Czeruonogrodeń. Iſte verò poſt militaria exercitia, locotenens ſignorum Palatini Czerniechouień. captus in Cecora à Turcis ſub ſignis Capit: Cameneceń. ibi contra Perſas pugnauit, eliberatus verò pro patria conſtanter pectus obiecit, honoratus titulo Gladiferi Braclauień. accepit à Vladislao IV. Sereniſſimo Rege pro bene meritis Werbniki cum aliis bonis in Seueria.*

III. *Adalbertum militem cum Ioanne Potocki Venatorem Podoliæ, habuit in coniugem Heduigim Lanckoronſka, cum qua in Podolia villas Boriſſkouce, Kálinie & alias acceperat, quæ ex parentibus hæreticis nata, cura mariti fidem Catholicam amplexata eſt. Reliquit filios Albertum, qui in bello cum Schinderbaſa ad Cecoram occubuit, & Andream, qui ex Kopyczynſka Barbara duas reliquit filias. Sorores horum erant Zophia Skotniccij coniunx, Marianna Chočimirſcij demum Boguſij, Zuzanna Iarmolinſcij.*

IV. *Bartholomæum ſtrenuum bellatorem, cum Potoccio, ex Sophia Wierzbowſka Rothmag. filia, reliquerat filium qui in bello captus Cecoriano, redemptus non modica pecunia à Scythis. Sorores illius Anna Zlocouij, Catharina Blazeiouij, Marianna Kiewlicij, Eua Kamienieccij, con-*

iunx. Sorores horum Kurzanſka, Stárzicka, Swoſſowſka, Vlánicka.

V. *Martinum qui in Moſchouia, Sigiſmundo III. Sereniſſimo Rege exercitum ducente, obijt. Ioannes alter frater Chriſtophori totus militiæ deditus, filiam vnicam habuit, quam Pruſinouio in coniugem conceſſit. Martinus tertius illorum frater germanus, poſt militares ſtrenuos actus, cum Iázłouieccio, hæreditaria bona in Podolia acquiſiuit, & ex Pocutia in Podoliam ſeſe tranſtulit. Hæres in Huminee, Neſedowce, Demankowce, Patet in Termin: Terreſt. Camen. poſt feſtum S. Petri vinculati 1574. Habuit in coniugem Sophiam Andreæ Sieciech de Horodnicá, Tribuni Camen. filiam, cum qua & bona terreſtria accepit & acquiſiuit, patet ex Actis Cameneceń. Anno 1596. Hic primus Dominus in Huſiatin familiam ſuam adnotauit. Repreſſit ingruentes Scythas in Huſiatinum, & ſenio cōfectus occubuit. Reliquit filium Valentinum Alexandrum, qui Illuſtrem Kálinowſciorum familiam creſcenti fama illuſtrauit, contra rebelles S.R. Maieſtati Rokoſanos, ſumptibus propriis mille & quingentos milites adduxit, vbi in prælio á Guzow commiſſo ſigno perpetui affectus in Regem vulnere graui in manu reportato demonſtrauit. Nullam occaſionem bellicam prætermiſit, vbiq; lætus pugnauit. Honoratus titulis Capitanei Cameneceń. Laticou. Braclau. Vinniceń. & Generalis Podoliæ. Obijt in bello vna cum Zolkiewſki Supremo exercituum Duce in campo Cecoriano, dum Palatinum Moldauiæ Gratianum defenderet. Reliquit ex Helena Struſowna pientiſſima fœmina, quæ Domino dies vitæ ſuæ omnes conſecrauit, filios tres.*

I. *Adamum Braclauień. Vinniceń. Lubeceń. Loiouień. Capitaneum. Fundatorem Ord. Prædicatorum Neſteruari. Cujus ſtrenuos actus epitaphium ibidem offerat.*

D. O. M.

Laceſsita mors inter arma
Pacatum Domi ſuæ
Lethali conſumpſit pleurytide
Illuſtriſs. & Magnif. Dn. D. Adamum de Huſiatyn Kalinowski Braclau. Vinnicen. Lubecen. Loiou. &c. Capitaneum,
Quem
Auita generis claritudo ex vtroq; parente vt glorioſi ſanguinis ſic hæredem virtutis togatæ & ſagatæ effecerunt
Pro Deo, Eccleſia, Lege, Patria, Rege.
Contra Oſmanum Turcarum Imperatorem ad Chotinum,
Chamum, Cantimirum Scytharum Dinaſtas ad Smankouce, Czartkouum, Haliciam, Leopolim, Burſtinum,
Rebelles Coſacos ad Crucouiam & Vrſinas paludes,
Guſtauum Sueciæ Tyrannum ad Derſouiam,

Abaſium

Abaſium Paſam Turcici belli Ducem ad Camenecum̃
Decies heroicum objecit pectus,
Stipatus fortiſsimorum globo militum ductu & ſumptu ſuo
Abſq; præmio in terris, ſed non in cœlis.
Erga Deiparam Virginem apprimè deuotus,
Erga clerum & religioſos munificus,
Erga milites peregrinoſque hoſpitalis,
In ipſo virilitatis flore
Anno ſalutis 1638. die 2. Maij, Ætatis ſuæ 36.
Deceſsit.

II. *Georgium Virum ingenio & judicio magnum, dignum Patriæ & Reipub. ciuem, qui dum cum Varſzycka connubia celebrauit, ſterilis, fortunæ ſuæ & expectationis glorioſæ, finem impoſuit.*

III. *Martinum, qui dum juuentutem ſuam vna cum fratribus in diuerſis nationibus excoluit, Marti adoleſcentiam ſuam conſecrauit, reddidit. Videbat infractum illius pectus Scytha, Valachus, & Turca; videbat & Moſchus ad Smolenſcum, vbi cum detrimento vitæ hoſtium viribus ſeſe objecerat. Teſtantur hoc globis confixi pedes, & non inuidus miles. Honoratus tot & tantis titulis Succameratus Podoliæ, Caſtellani Chijouiæ, Capit. Braclau. Palatinatus Czerniechouienſis, meritorum ſuorum excellentiam demonſtrauit. Continuus miles, Eccleſiarum Patronus, religioſorum parens, boni Patriæ amator, altiora meretur præmia. Suſcepit vnicum filium ex Duciſſa in Korzec, cui ſit benedictio in æternum.* Melior eſt enim vnus timens Deum, quàm mille filij impij, *vt dixit Eccleſ. 16.*

Digitized by Google

KITA ſeù Criſta.



DELINEATIO.

Manus dextra hominis armata criſtam coloris nigri repræſentat in campo rubeo. Supra coronam eadem manus cum criſta.

ORIGINEM *ita Iagodynſki:*

Stemmata Krzyſciadum quod portat dextera viſtam,
Victoris vires denotat illa viri.
Clarus erat regno Krzicki ſtratiora Bohemo,
Stemma cui priſcum Criſta decoro fuit,
Acri ſed pugna fortem congreſſus vt hoſtem,
Arma armumq; hoſtis fregit & eripuit.
Fortia facta ſtupens Virtus & Fama dederunt
Pro palma vt Criſtam Krziſcia dextra ferat.

FORTITVDINIS PALMA.

Armata manus cum annulo & floſculis.

Qvocunq; in hemiſpherio appareat Sol, lucem conſpicere neceſſe prouenit. Ita vbicunq; manus victrici ferro armata conſpicitur, palmam fortitudinis conijcere indubiè licebit. Quapropter manus armata, licet ſit cum annulo, eſt ſymbolum gentilitium Schonen-beckiorum in Brunſuigia, & licet ſit cum floſculis, eſt gentilitium Donder-

Digitized by Google

Donderſiorum in Franconia, vt author Teſſeræ Gentilitiæ colluſtrat. Sed referant ſecula illorum famam. Præſtabant plurimum fortitudine, fidem & amicitiam patriæ obtulerunt, odorem ſuaueolentem domui reliquerunt. Mihi tamen manus armata acinatem vel gladium geſtans liquidè fortitudinis & virentis palmæ, monumentum eſt, vt primo aſpectu digna ſit laude, trophæis, calamis, fama, tàm à ſuis, quàm ab exteris. Vnde Cicer. 2. Orat. *Magna laus & admirabilis videri ſolet, tuliſſe caſus ſapienter aduerſos, non fractum eſſe fortuna, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem.* Quod quidem talis dextera gladio minanti de ſemetipſa exprimit. Liceat tamen mihi obſecro dexteræ gladium ferenti, dexteram criſtam deferentem præferre. Quid namq; faſciculus iſte pennarum prominentium in forti manu prætendit? Copiam Honoris & Oneris, Odorem floris & oris, pharetram armorum & amorum, eſt fortitudinis palma & alma. Geſtamen namq; & decor capitis Regij, ceſsit in manus bellatoris, in perpetuæ fortitudinis notam & honorem. Tales vos ò nobiliſsimi Krziſcij meritò Reſpublica Polona miratur & obſeruat; quod vt in æuum vobis gratuletur, æſtimate priùs animi affectus domare, ne illud Mantuani de Hercule obueniat. Omnia cum domuit, Veneri ſeruiuit & iræ.

Manus armata cum gladio

Laus magna quæ?

Pennarum faſciculus quid?

Domandus animi affectus.

EXOTICVM ROBVR.

ANtiquæ & ſacræ litteræ maximum & exoticum robur in Samſone demonſtrarunt. Paſtor abegit lupum & vrſum à gregibus, atque eripiebat ab eis de faucibus oues Dauid. Veniebat Leo, diſcerptus fuit ab eo, columnæ machinis onuſtæ leuiter attractæ cadebant, portas vrbis funditus mouebat, tollebat Samſon. Conforme in parte ad robur exoticum erit, trabes vni viro tollere, quos triginta tollere non valebant, ſicut refertur in Hiſtoria Polona. Rumpebant alij per medium bina equi ſolea, & laminas ferri inſpiram conuoluebant, ſunt alia multa roboris exotici exempla, ſed palmam eripuit promeritor armorum præſentium, qui cum hoſte congreſſus, nedum arma ſed armum quoq; hoſtis fregit & eripuit, vt Hiſtoria Bohemica teſtatur. Refert *Fulgoſius*, quod Probus antequam ad Imperium eueheretur, in Africa Proconſul Aradionem fortiſsimum virum ſingulari certamine interemit. Profectò armorum præſentium parens, ad certamina aptus. Dicunt quod Achillinus miles Beliſarij Romæ ad portam ſolus impetum Gothorum repreſſit. Dicerem tantum bellatorem Criſtam, quod occaſione porrecta idem feciſſet. Vt enim magnus gubernator & ſciſſo nauigat velo, etſi infæliciter exarmauit, tamen reliquias nauigij aptat adcurſum; ita fortis & inuictus animus, in rebus aduerſis erigit animum, atq; inſuperabilis manet, & quo magis ſæuit fortuna, hoc eſt erectior. Vobis iſte honos porrigitur

Vnus repreſſit hoſtem.

Nauigator bonus vt bonus miles.

Digitized by Google

tur ò Krziccij. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus, præripere palmam non permittatis, nam fortuna fortes metuit ignauos premit. Lego dexteram armatam in Petra ſancta, ſed pro gladio vel criſta, ſtringit flagellum, quod quidem inſigne gentilitium eſt Palleotæ in Piceno. Quæ ſit ratio gentilitiorum non requiro, at inde colligo, degenerem moribus & meritis primorum, ablata criſta, & flagello impoſito meritò puniendum. Pelle igitur moras, breuis eſt magni fortuna fauoris.

LINEA CRISTARVM.

KRziccij. *Adamus de Byſoniec Aulicus S. R. M. Vladisl. IV. Capit. Byſſyſſenſis, multoties in Comitijs Regni Legatus & conſultor, & Iudiciorum Tribunaliciorum æquus judex legumq; obſeruator.*

KORIBVTH.



DELINEATIO.

EST media luna cornua ad ſublunaria dirigens, intra quam eſt clariſſima ſtella. Deſuper eſt crux triplicata prout Ducibus Ruſsiæ erat in vſu. Obducitur parma ſupra quam eſt tyara Ducalis. Alij intra pectora Aquilæ in ſcuto reponunt talia arma, neq; ſine graui reſpectu, gloria enim parentum deſcendit in filios, & gloria fratris eſt fratrum corona. Erat Koributh germanus Iagellonis Regis Poloniæ, qui gentilitio relicto, viri armati ſuper equum phaleratum, Aquilæ vtebatur: adjuncti ſui Regno Poloniæ fratres, meritò aquila intra cujus pectora ſua eſſent arma propria vti deberent. Et ne quid dubij oriatur, cur his armis po-

tiùs

tiùs quàm gentilitio Magnorum Ducum Lituaniæ Koributhij vterentur, in diſcurſu ad arma probabili ratione deduximus.

ORIGO.

ORiginem Armorum Korybuthorum partem in familia Illuſtriſsimorum Ducum in Corec, partim inferius videre licebit. Ardua per preceps gloria vadit iter. Aduertendum venit, quod tam Illuſtris & clariſsima familia Korybuthorum, vt ad gremium Eccleſiæ Romanæ à ritu Græco deuenit, morem in crucibus Ruthenum rejecerunt, & vna ac ſimplici cruce vti cæperunt, imò & ſtellam à luna amouerunt antiquum potiùs morem, quàm aliquorum in additione fauorem, tali in gentilitio obſeruando. Hinc in Oratorio Ducum in Zbaraz Korybuthorum ipſa luna cum ſimplici cruce ſupra circumferentiam lunæ Cracouiæ conſpicitur.

RERVM STRENVE GESTARVM NOBILISSIMVM PRÆMIVM.

MEritò ſtrenuis nec impigrè operam ſuam Reipub. commodantibus præmia conferuntur. Erat hic mos & antiquis, & benè ordinatis Regnis & populis. De L. Sicinio Dentato qui pugnaſſe in hoſtem centum viginti prælijs dicitur *Agellius ex veteribus Annalibus lib. 2. cap.* 11. quo præmium tantum meritum penſatum fuiſſet, refert. *Donatus* (inquit) *fuerat coronis aureis octo, obſidionali vna, muralibus tribus, ciuicis quatuordecim, Phaleris donatus fuerat quinquies viciesq́, Torquibus tribus & Octuaginta, Armillis plus centum ſexaginta, Haſtis duo de viginti.* Refert & *Liuius* de L. Papirij Coſſ. præmijs, & *Suetonius* de præmijs Auguſti Cæſ. quibus ſcilicet eorum præclara geſta præmiarentur, coronarentur. Hæc arma veſtra Illuſtriſsimi Duces in Wiſniowiec referam ego ſymbolum eſſe præmij rerum à vobis magnificè geſtarum. Nam dum ex antiqua Ducum Origine in M. Duc. Litu. profluxeritis, qui pro inſigni gentilitio virum armatum in equo gladium euaginatum in manu tenentem deferebant, ſola indelebili hominum memoria & æuo, talia arma ſeruanda conceſsiſtis, meritorumq́; ſuorum clariſsimorum, virtute, robore & Religione perilluſtrium, viuum ſpecimen in arma gentilitia appropriaſtis, magnas Turcarum & Scytharum clades fortiſsima manu agminibus eorum illatas media luna expreſsiſtis, fide verò Chriſtiana & Catholica perluſtrati crucem appoſuiſtis, & quia ſeditiones inter Bohemos, Moſchos, Lituanos domuiſtis, triplicata cruce id teſtificati eſtis. Et quoniam nullus Wiſniowiecciorum à fide & fidelitate defecit, ſed à diebus Olgierdi Litu. Principis ad Iagellonidis ſceptra moderna Wladiſlai IV. manu moderata, ſemper lucere fama, vita, ſumptibus nititis ſtellam

lam

Iam antiquitus promeruiſtis. Eſt igitur gentilitium veſtrum Illuſtriſsimi Duces ſtrenuè rerum geſtarum nobiliſsimum præmium. Dicat igitur qui velit optando ſibi majorem gloriam: *Nondum in auge.* Illuſtriſsima Korybuthorum familia, jam eſt in auge. Sunt in ea Duces Lituaniæ, Duces Nouogrodi, Duces Seueriæ, ſunt Reges Bohemiæ, Principes Volhiniæ, Principes in Wiſniowiec & Zbaraz, ſunt exercituum Duces, Caſtrorum Præfecti. Patriæ amatores, magni Senatores. Quapropter ſi eques Ordinis Velleris aurei, Philippus Boni ad inſigne lemma aureum appendere hoc auſus fuit: *Aliud non habebo.* Iam vos Illuſtriſsimi Duces qui intra Aquilam Regiam lunam & cruces cum ſtella defertis, eoq; in auge jam conſtituti manetis, veſtris inſignijs ſubducite: *Aliud non habebo gentilitium.* Maneat vos vltima cœlo, gloria, fama.

Philippus Boni. Non aliud habebo.

VIRENS GLORIA.

Mater annorum.

Gloria, ſi annorum mater, à Biante, eò quod honeſta memoria hominis in multa ſæcula propagatur, rectè nuncupata fuit, profectò virens gloria annorum mater rectius dicenda erit. Quid enim æquiùs eſt, quàm vt virtutem ſequatur honos, virentem gloriam ſequatur merces. Proſper Columna quo tempore Rauennatis Reip. Præfectus vrbem obſeſſam defendebat, duplicem ramum pro ſymbolo circumtulerat, alterum è Cupreſſo, alterum è Palma, ſubſcripſitq;: *Erit altera merces.* Inſinuare cupiebat, per ramum mortis, & ramum vitæ in ea expeditione ſibi certiſsimum vel mori, vel vincere; vbi quicquid horum acceſsiſſet, pro mercede gloriam virentem anteponebat, & matrem annorum expoſtulabat. Virens quidem hæc gloria fuit, ſed deſiderata & pennicillo efformata, Ducum Koributorum virens gloria manet realis, vera, & in effectu, tàm ab antiquo, quàm in æuum. Quis Narimundum, Witenem, Olgierdum, Iagellonem, gloria virentes, ex quibus & cum quibus deſcendunt ſucceſſores Korybuthi, non affirmabit? Quis Fedorios, Daſcones, Demetrios, Sigiſmundum, Conſtantinum, Alexandrum, Andream, Michaëlem virentes gloria non referet? Erant Hercules Regni, militum coronæ, ornamentum Patriæ, Reipub. tutores. Carolus Lotharenius Cardinalis, quomodo virentem familiam nomine, gloria, fama conſeruaret, tali declarauit ſymbolo: *Extruxerat altam pyramidem cui hæderam appoſuit cum Hemiſtichio:* Te ſtante virebo. *Vox quidem apponitur hæderæ, quæ ſine fulcro vireſcere nequit.* Domus Illuſtriſsima Wiſniouecciorum ſine fulcro viret, virebitq; donec totum luna illorum impleat Orbem. Hoc nobis in poſteritate relicta perſuadet Illuſtriſsimus Palat. Ruſsiæ, Conſtantinus Dux in Wiſniowiec. Hoc in ſua poſteritate promittit Ianuſius Koryburh in Zbaraz Wiſniowiecki, Præfectus Stabuli Regni, Capit. Cremenecenſis. Hoc in ſe demonſtrat Illu-

Columna proſper. Cupreſſus & Palma. Ramus mortis & vitæ.

ſtriſsi-

Digitized by Google

ſtriſsimus Ieremias Koributh Wiſniowiecki, Coſacorum rebellium flagellum, Abazæ domitor, Patriæ gloria. Quod fælix fauſtum ſit, virtute duce, comite fortuna. Sicut Nicolaus Laurinowicz, S. Th. D. Ord. S. Franciſci, poſtulabat. Nil Koributhæo facis atra ecclipſis in orbe. Quadruplex axem crux vice Solis obit.

LINEA ILLVSTRISSIMORVM DVCVM IN WISNIOWIEC KORIBVTHORVM.

KOributh *filius Olgerdi, M. Ducis Lituaniæ, qui filius Gedimini tertius fuit. Quorum Vithemenon auus & Proauus.*

Ex his venerare, & admirare,
Stirpem,
Virtutem,
Eruditionem,
Dignitatem,
Religionem.
Nam aui Heroes Wiśniowieccij ſunt: Eminere, Præeſſe, & Regere nati.

Fedorius *Koributhi filius, Ducis Seueriæ in Litu. Princeps in Nieśwież. Ab iſto in Podolia & Wolhinia oppida cum munitionibus Winnicia & Zbaraz, fuerunt erecta, ſicut* Paprocius refert in vtroque ſtemmatum opere, *quod etiam Albertus Czarnocki Societ. Ieſu in ſermone nuptiali Illuſt. Hieremiæ Wiśniowieceń. Ducis cum Grizelda Zamoyſcij Magni Cancell. Thomæ filia aſſeruit. At* Stricouius lib: 14. cap: 2. aliter refert, & poſsibilius iuxta temporum ætatem videtur. *Vitoldus,* inquit, *ad Demetrium Koributh, cuius erat Nouogrodum Seueriæ, iuxta diuiſionem cum fratribus, nuntios miſit, vt ſubiectiones & tributi ex Seueria ſummam aſſignatam ſibi tranſmitteret. Negauit Demetrius, & propiorem ſe eſſe ad Magnum Ducatum Litu. poſſidendum aſſeruit. Congrediuntur igitur ad Niedocudouiam amborum exercitus, at ſuperatus Koributhus in Nouogrodum receſſit. Inſequitur Vitoldus, & captum cum coniuge Alexandri Ducis Rzezaneń. filia Vilnam conduxit. Liberatur interceſſione & fideiuſſoria prædicti Ducis Alex. & Cholchæ, quorum litteræ in archiuio Cracou.* ait Cromerus lib: 15. *Hoc igitur tempore Ducatus Seueriæ cum Branſco ad Vitoldum tranſijt, & Demetrio in Podolia Braclauiam, & Vinniciam, Socoleciam, & Cremeneciam conceſſit. Poſtmodum ipſe Demetrius Arcem in Zbaraz & Wiśniowiec cum oppidis extruxit.*

Daſzko *ſeu Dániel,* vt exponit Stricou. 497. fol. *filius Fedorij, vir clarus Marte,* vt Paproc. meminit in Nido virtutum, fol. 1147. *Conuenit enim omni ratione & arte amantes patriam, ſalutem eius moliri,* vt monet

Euripid. *Baſilius filius Daſconis, quem ita in prole benedixit Dominus, vt poſteritas eius æuiterna gloria gaudeat. Deſcendunt namq; ab illo ſole clariores familiæ, Ducum in Wiśniowiec, Ducum in Zbaraz, Ducum Porecciorum, & Voroniciorum. Demetrius ergò erat huius Baſilij ſeu Vaſilij filius, qui loco motus fuerat à Vitoldo, cuius poſteritas ob diuiſionem bonorum, Duces in Wiśniowiec & Zbaraz cognominati fuerunt. Nam ſi Fedorius Koributhi filius erexit Vinniciam & Zbaraz*, vt ait Paproc. *velim oſtendat aliquis, quid haberet Nieſuieſiæ Dux ad Volhiniam, quam lato nomine Podoliam vocitamus?* Salutarius igitur dixit Stricouius. *Sigiſmundus filius Demetrij*, vt Stricou. fol. 497. *quem Vitoldus in Regnum Bohemiæ miſerat. Hic quanta ibi prælia confecerit, Anno* 1422. Miechouius lib: 4. cap: 46. referat, *vbi promotionem illius regiſtrat. Sigiſmundum Koributh, Lituaniæ Ducem, Nepotem Regium germanum, Rege VLADISLAO conſentiente, & approbante, ad acceptandum Regnum Bohemiæ, nomine Vitoldi, cum frequenti & valido exercitu expeditum miſit. Qualis & quantus fuerat vir in pace & bello, ſatis ex hoc vno colligat lector. Et ſicut creuit in augmentum & incrementum Clariſſima hæc domus, ita creſcet & exurget in omnem æuiternitatem. In bello pro Swidrigailo ad Vilkomiriam captus, & à Sigiſmundo Kieyſtutouicio aquis ſuffocatus fuit.* Stricou. fol. 553. 497. Bielſ. 321. 329. *Fedorius alter Demetrij filius, & frater SIGISMVNDO Sereniſſ. Regi Iagelloni, dum bello aduerſatur, deuictus Anno* 1430. *Dedit in conditionem pacis Regi Cremenetiam & Braſlauiam, fortè & Vinniciam, ipſe contentus poſſeſſionibus in Wiśniowiec & Zbaraz, cum Kolodno & Sniliżnice.* Stric. 497. fol. *Demetrius Maximus Reipublicæ tutor, & hoſtium illius perpetuus hoſtis, quo nomen æternum & glorioſam laudem ſibi & ſuis comparauit. Verus profectò ſucceſſor prædeceſſorum, & zelantiſſimus Senator. Nouerunt fortitudinem illius, Moſchus, Scytha, Valachus & Turca, ac rebelles Coſaci, quorum audaciam, fortitudinem, maximè repreſſerat. Tandem fraude aliquorum detentus, Valachis miſſus, qui in Turciam delatus, ignominioſam à Tyranno mortem, lucenti fama & gloria illuſtrauit. Sed ſi vita hominis eſt:*

Somnus, bulla, vitrum, glacies, flos, fabula, fœnum,
Vmbra, Cinis, punctum, vox, ſonus, aura, nihil.

Gloriæ ſtudendum, & famæ perenni magnorum parentum filio, vt docuit clarè Demetrius Wiśniowiecki. De illo Stricouius in bello Tamerlani, fol. 509. Paproc. in Stemmat. fol. 649. *Conſtantinus Wiśniowiecki Corona militum, Parens & tutor. Ex Swierczowna, quæ ſecundo matrimonio Oſtrogij Capit. Stęzyceń. erat coniunx, reliquit prolem. Obijt* 1574. Paproc. in vtroque opere. *Michael Wiśniowiecki, tertius frater, Præfectus Circaſiorum.*

Alexan-

Digitized by Google

Alexander quartus frater, terror Scytharum, & Regni hoſtium ſtrages. Paproc. in Stemmat. fol: 649. *Hunc innata gloria quemuis perferre laborem ſuaſit, & induxit noctes vigilare Serenas. Andreas quintus frater Palatinus Volchiniæ, publici boni amator pientiſſimus.* Quem Paprocius Herculem Volhiniæ & Cocletem in Nido virtutum fol: 1148. appellauit. *Optimè igitur Sarnicius in deſcriptione Pol. Lit. Ruſſiæ de Wiſniouiecijs. Quorum fama & decus bellicarum virtutum impleuit Europam ita vt vbiuis locorum cantilenis eos celebrent. Aduertendum venit, quod in gloriam perpetuam Koributhorum* Stricou. fol. 510. refert. *Anno 1399, in bello Vitoldi contra Tamerlanum. Obijt ibi Demetrius Koributh Viſniouiecciorum & Zbaraſciorum anteceſſor, & filij Demetrij Koributh, Iuanus, Scinderus & Andreas, Bielſcius quoq; de Demetrio Principe Seueriæ & Starodubi* fol: 272. 275. meminit. *Lector ſi placet, videbit. Hæc adnotare volui donec ad Superſtites & proximè demortuos deſcendero Viśniouieccios, qui & Schyſmata repudiarunt, & fidem Catholicam promouerunt, & Rempub. auxerunt. Quæ ipſis laus toto terrarum orbe laudum eſt maxima atq; clariſsima. Michaël Wiśniowiecki Caſtell. Chiouień. magnus ingenio & fortitudine, contra quemlibet hoſtem Reipub. & Regni Studioſiſſimus & promptiſſimus, vti qui parcere ſumptibus & vitæ abhorruit. Georgius filius eius, qui ingenio & moribus expreſſit in ſe templum virtutis & honoris, prudens erat in conſilio, magnus in Senatu, hinc frequentiſſimus in Comitiis, & Tribunalibus Regni Iudex & cenſor. Et quia rectum & ſalubre conſuluit, Caſtellania Chiouień. decoratur. Fidem Catholicam Romanam, quæ eſt fulcrum & baſis omnis probitatis & veræ vitæ, reiecto ritu Græco, erroribus hæreticorum in Ruſſia ingrauato, amplexatus eſt. Fundauit Monaſterium Buſcenſe Ordini Prædicatorum ampliſſimum. Ex Czapliczowna ſuſceperat filiam, quæ in annis aliquot vitæ inter Angelos à Saluatore collocata fuit. Sepultus in Załoſce cum tali Epitaphio.*

Illuſtriſ. & Mag. Dominus Dux in Wiſniowiec, Georgius Koributh. Caſtellanus Chiouień. id quod mortalitatis habuit, hîc depoſuit. Viator Vale, & bene precare.

Adamus Wiśniowiecki qui ex familia Chodkieuicia coniugem habuit bonorum & filiæ derelictæ, Georgij tutor. Ianuſius Conſtantini Palatini Ruſſiæ filius, Stabuli Regij præfectus, Capit. Cremeneceń. &c. Optimus ciuis patriæ, tam in ſago, quam in toga. Reliquit ex Tyſkieuicowna filios & filias. Alij fratres Ianuſij filij Palatini Ruſſiæ ſunt, Alexander magnus vir in bello, obijt in ipſa florenti ætate. Alter illius germanus, celebrauit connubia, cum filia Caſtellani Tarnau. Tarnawſka, quem protegat, & conſeruet Maieſtas diuina. Ieremias Wiśniowiecki corona familiæ Illuſtriſſimæ Wiśniouiecciorum, domitor rebellium

Digitized by Google

Koſacorum ad Starzec, in cuius pectore Mars cum Minerua domicilium fecerunt. Cum Griſelda Magni Cancell. Regni Thomæ Zamoyſcij filia ſuſcepit hæredem procul dubio virtutum & actuum heroicorũ amplectorem.

Magnum iter aſcende cum dat tibi gloria vires,
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

LINEA ILLVSTRISSIMORVM DVCVM IN ZBARAZ KORIBVTHORVM.

Zbaraſcij *Principes à Zbaraz Arce munitiſſima in Volhinia, quam ſibi ad nomen munitionis Zbaraz in Lituania erexerant, nuncupati ſunt, ſicut à Wiśniowiec Wiśniouieccij, iam in ſuperiori linea declarauimus. Stephanus Zbaraſki Palat. Troceń. Auguſto Rege ſceptra Regni gubernante, contra Moſchum ad Vitepſcum fortiſſimus, prudentia, ſumptu bellico præſtantiſſimus.* De hoc Stricou. lib. 14. Cap. 4. *Progenitus ex Demetrio,* vt Stricou. fol: 503. *& Herburthi filia,* vt Paproc: in Nido virtutum. *Coniunx prima illius, ex Iaunuto Principe Litu. Ioan. Monuid. filia ditiſſima in poſſeſſionibus.* Paproc. in Stemmatibus 657. *Altera, Firleij Caſtell. Lublineń. Præfecti Sandomir. filia.* vt Paproc. in Stemmatibus fol: 649. retulit. *Vitepſcenſem arcem per Vitoldum diſruptam reparauit.* Stricou. fol: 503. *Nicolaus germanus frater, Capit. Cremenecenſis, qui pro amore Reipub. & religionis multarum expeditionum, contra Paganos & varios patriæ hoſtes particeps illuſtris fuit. Vladislaus Zbaraſki. Maximus imitator anteceſſorum, tam in bello, quàm in pace, propriis expenſis copias deducebat, nullamq́ expeditionem neglexit. Reliquit liberos. Georgius non diſſimilis ſucceſſor, tam in bonis quàm in perpetua gloria. Reliquit poſteros qui tuerentur nomen & famam. Soror iſtorum, ex Herbuthi filia omnium horum progenitorum.* vt Paproc. in Stemmatibus fol. 652. *Barbara primum Bauorouij poſtmodum Valentini Strzinſki coniux fuit. Ianuſius Zbaranſki filius Nicolai, Palatinus Braclau. Capit. Cremeneceń. Erat iſte ſalus & ornamentum familiæ Zbaraſciorum. Ad Iuanum Vaſilij filium Moſchorum ducem, legatus. Ad Velicolucum Præfectus exercituum, Stephano Rege ſpectante ſolertiſſimus, victorioſiſſimus. Quid de bello ad Sokoltam, quid de expeditione illius ad Toporciam referam? Fortia acta illius Hiſtoriæ referant, dum ſigna bellica cum capitibus Sereniſſimo ſuo Regi adduxit, reddidit. Accepit à Sereniſſimo Rege tam ſalutare elogium.* Regio imperio dignus. Ioannes Bandorkouicz in Calend. Paprocius in Stemmat. fol. 650. Stricou. lib. 25. Cap. 1. Bjelſc. fol. 521. 622. *Reliquit ex Duciſſa Czetuertineń. Georgium, Virum, armis, prudentia, & conſilio magnum, nam hæroicarum virtutum domicilium factus, religionis & Reipub. amantiſſimus fuit. Hinc ad quamcunq́ expeditionem,*

numero

Digitized by Google

numero & robore ingenti procedebat, & mori pro patria non dubitabat. Quapropter honoratus fuit à Regibus titulo Pocillatoris Regni, & Præfectura Pinſceń. Sokalień. Deinde primus Senatorum, Caſtellanus Cracouienſis fuit. Multis dignus encomiis. Sed nulla poteſt virtus tam fauſto tramite duci, quam nemo plane vellicet. Sepultus Cracouiæ in Capella propria apud Prædicatores. Chriſtophorus germanus frater, poſt adoleſcentiam litteris & claris virtutibus ornatam, aulæ Regiæ Sigiſm. 3. Pol. & Sueciæ deditus fuit. Dum viri ætatem attigit, cum Sereniſſ. Rege ad Smolenſcum, & in Rokoſo, miles vitæ & ſumptibus non parcens. Contra Oſmanum copias ingentes ſuis expenſis deduxerat. Legationem Turcicam poſt Oſmani obitum ad Muſtapham digniſſimè obijt. Detentos ex clade Cecorenſi proceres Regni ex captiuitate liberauit. Pacem Regno à Turca, confirmatis pactis, detulit. Pietate, eleemoſyna, deuotione, conſcientia, amore patriæ, præſtantiſſimus & eximius. Obijt exemplo moriendi omnibus dato, piè, deuotè, lachrymabiliter. vt à R. Pr. Fab. Bircou. in Conc. funeb. *Eius Epitaph. Cracou: apud Prædicat:*

Hoſpes

Diſce ſortem tuam fato magnorum Virorum,
Chriſtophorus Dux in Zbaraz Supremus Regni
Stabili Præfectus hic ſitus eſt.

Quem

Ad ſummas ciuiles ac bellicas virtutes natum vitæ
Ad fortunarum omnium pro ſalute Reipub. prodigum

Frater natu maior

Heu infælix ordine inuerſo Superſtes vltimus familiæ ſuæ
Caſtell. Cracou. coactus ipſe à Superis in mille ærumnas
Viuere tota lugente Repub. quę illius ope tum vel maxime indigebat
Prior iuniorem mæſtiſsimus tumulauit, Anno 1627. Ætat. 47.

Poryccij *etiam Zbaraſcij ſunt, ſed ob diuiſionem in bonis, aliud ſortiti fuerunt cognomen.* Papr. in Nido virtutis, fol. 1148. *Alexander, qui licet non Orator à natura vel fuerit, ſed optimus ciuis patriæ & protector illius ſtrenuus ex familia. Ex Scythis ad Viſogrodum Ruſſiæ digniſſimè triumphauit. Reliquit ex Baworowſka armorum Prus, prolem. Obijt Poryccius Dux, dum proprio ſumptu ad Supremum Ducem exercituum Zolkieuium militem deducebat ad Caſtra in Orinino, oppreſſus multitudine Tartarica cum Soltan Galga. Extant Poryccij Duces in Volhinia, Regi & Patriæ fideles, quorum ſoror Koniecpolſcio, Vexillifero Regni, Capit. Strienſi, in coniugem data eſt.*

Woronieccij. *Hi deſcendunt à linea Koributh, vti & Wiśniowieccij, cum Zbaraſcijs,* ſicut Papr. in vtroque opere demonſtrat. *Andreas Woroniecki acutiſſimi ingenij & lepidi, Regibus & Senatui ex dictis ſuis*

gratiſſimus. Prædicator iucundus, dum animam ad ſpiritualem vitam adiecerat. Iacobus Woroniecki, ſed in eo cæpit deficere familia ob ſterilitatem. Dicebat Cardanus: Eclipſis in florentem arborem ſi incidat, eius fructus eo anno affert penuriam.

KONCZYC,
Aut Pennæ Cameloſtrutionis.



DELINEATIO.

Delineatio Armorum Konczyc diuerſa eſt. Nam ante Carolum Magnum Imperatorem, vna penna Strutionis maiores tantorum gentilitiûm inſigniebantur. Regnante verò prædicto Imperatore, ſex pennæ Strutionis fuerunt additæ, quomodo nunc Konczycij inſigniuntur. *Meminit Paproc. in Nido virtutum, fol.* 1121. armorum trium pennarum Strutionis, & antiqua in Regno aſſerit, ſed ſunt differentia ab iſtis, cùm ſint coloris albi, hæ verò nigri. Diſponuntur in modum mediæ lunæ creſcentis, ſurſum ſumitatibus ad differentiam caudæ aquilinæ, qua Principes Capadociæ & Philiſtinæ vtebantur, vt refert Beroſus. Campus eſt ſanguineus, ſupereminet verò corona aurea precioſis lapidibus adornata, ex qua prominent eædem pennæ nigræ Strutionis.

ORIGO.

Digitized by Google

ORIGO.

PEnnæ aut plumæ maximæ fortitudinis indicia & ſigna fuerunt. Quapropter Alciatus Emb. 14. *Pegaſeis vectus petis æthera pennis.* Dantur huic Strutij pennæ, quia ita conficiebat hoſtem & proſtrabat, vt ſtrutio ferrum. Facta autem additio à Carolo Magno Imperatore Occid. cum Vandalinus Mniſcheck Ducem exercitus ageret, & ſeptem currentibus annis hoſtem victorioſe repreſsiſſet. Addidit igitur ſex pennas quibus ſeptem anni victoriarum illius exprimerentur, ſuper addidit & coronam auream, gemmis aut lapidibus precioſis diſtinctam, in honorem æuiternum. Inſuper Comitem Imperij declarauit, in Konczyce & Oſſownica. Quapropter arma hæc Konczyc, vocata fuerunt à magna Konczyce Comitatus ſui, qui diſtat à Friſtat ſeſquimiliari verſus Pragam, habet munitiſsimam arcem. Nicolaus Mniſcheck circa annum 1513. Ferdinandi Imper. offenſam declinando in Regnum Pol. diſcedit, quem dum Sigiſmundus Auguſt. honorificè ſuſcepit, conſtituit in animo Regni indigenatum, quo cognito Imperator, reuocare contendit, at ille cùm retuliſſet gratias, & recuſaret commendatum Sereniſsimo Regi, promouendi dedit non modicam occaſionem. Eius merita & virtutes, in linea Konczyciorum videre licebit, ſicut magnorum quoque prædeceſſorum illius.

7 pennæ Strutij vnde ponuntur.

KONCZYCII IVSTITIÆ CVLTORES.

TAm excellentiſsimis Strutionum & numeroſis pennis, excellentiſsimam virtutum annumerare condecet. Qualis eſt Iuſtitia. De hac namque ita Ariſtoteles. 1. Ethic. *Neq; Heſperus ita, neque Lucifer admirabilis, ſicut iuſtitia, quæ præclariſſima virtutum perſæpe videtur.* Vnde & Menander de Iuſto & Iuſtitia. *Si iuſtus fueris, mores habebis tanquam leges.* Nec modica ex ratione pennæ Strutionis iuſtitiam ſignant. Tum quod præter aliarum auium morem, æquales omnes pennæ inter ſe ſunt, quo æqualitatem & iuſtitiam erga omnes ſignificant, *vt Homerus apud Ioan. Pier. lib. 25: Cap. 2. habet*, tum quod in nummis vbi iuſtitiæ caput exaratum eſt, adduntur capiti pennæ æquales Strutionum cum ſubſcriptione tali, IVSTITIA. Cùm igitur iuſtitia adornatur pennis Strutionum, & vbi pennæ exarantur ſimiles, exaratur & iuſtitia: rectè Iuſtitiæ cultores, pennis Strutionum adnotabantur. Iuſtitiæ illius, inquam, de qua Heſiodus dicebat:

Iuſtitia Virgo eſt Ioue prognata,
Caſta & veneranda, diis cælicolis.
Et quando quiſpiam læſerit, oblique iniuriam inferens.
Statim apud Iouem patrem Saturniam ſedens.

Iniuſtam

Iniuſtam narrat hominum mentem, donec luat
Populus peccata regum, qui male ſentientes
Alio deflectunt iura, oblique interpratantes.

Vobis, ô Illuſtriſsimi Mniſzkouij, hi ac tales conueniunt tituli, Cultores iuſtitiæ in regnis clariſsimis Bohemiæ & Poloniæ ſemper fuiſtis. Et plus, hæc vnica virtus honoris & præmij, famæ veſtræ incorruptæ intulit, quàm præterfiuens gratia Principum & Regum, ceſsiſtis natiuo loco, ceſsiſtis hereditate, ne cederetis iuſtitiæ, vel vt planius dicam, ne iuſtitiæ cultum deſereretis. Hinc Echo relictæ Patriæ ab Illuſtriſsimo Nicolao, eo vſque inſonuit. Dicebat namque ſuſpirans illud Orphei ex hymnis de Iuſtitia:

O Nemeſi, aduoco te Dea, regina maxima
Cuncta videns, inſpiciens vitam hominum, per varias gentes
Æterna veneranda, ſola gaudens iuſtis:
Veni beata, ſancta, ſemper opifera miſtis,
Da verò mentem bonam vt habeant, extinguens odioſas
Cogitationes profanas, nimis ſuperbas, ac ſceleſtiſſimas.

Et breui interuallo reddit Ferdinandus, cultori iuſto Nicolao, religatas ab inquieto affectu, floridas palmas ac victrices pennas. Veſtrum recentiori medio cultores vos ô Mniſzkouij affirmabo, cùm ab anno 1534. maximi Iudices, Senatores Regni, Capitanei altiſsimarum Vrbiũ fieri incepiſtis, & quaſi interuallo nunquam interrupto, ad annum præſentem 1638. eiuſmodi titulis & honoribus, vt veri & legittimi iuſtitiæ cultores, Regum beneuolentia, ac veſtris digniſsimis meritis, permanetis. Quapropter illud tritum Emblema Nemeſis ſeu Iuſtitiæ, quæ vna manu ſtateram, altera gladium tenebat, innuendo videlicet quod iuſtitiæ munia in duobus conſiſtant, in tribuendo cuicunque quod ſuum eſt, ac in puniendis facinoroſis: iam conuertere liceat, in veſtras pennas Strutionis, atras delictis, lætas honoratis. Fuiſtis enim omnes quotquot adulti eratis, ſemper iudices, ſemper ampliſsimi Capitanei & Senatores. Pergite igitur, iuſtitiam animo complectentes, memores ſummi Iouis & inclytæ familiæ veſtræ. Et vos Muſæ Pierides audite me precantem: *Fælicitatem à Diis immortalibus illis præbete, & ab hominibus optimam gloriam.*

HOSTIVM TERROR ET STRAGES.

Scythæ & Turcæ hoſtiũ terror.

Titulos ſuperbos, & maximos victoriarum faſtus, in Tamerlano, Baiazete, & Turcarum capite dum recolo: reiecta omni mora, terrorem omnium hoſtium, ipſam quoque ſtragem, ex illis contemplor. Quid enim eſt. Sum flagellum Dei, ſum orbis Dominus & ſol, ſum terræ & maris alter Deus. Si tam ſuperbis vocibus appoſuerimus

Digitized by Google

mus ſacculos aurium Sarmaticarum, & modios annulorum Romanorum, de quibus Hiſtorici referunt, ſi non conformabuntur in toto res tantis vocibus, profectò obligabunt ſibi titulos noſtros, hos inquam. *Sunt hoſtium terror & ſtrages.* Sed cedant iam victores victis, Turcæ & Scythæ Chriſtianis. Iniquiſsimum enim videtur *ait Iſocr: ad Nicoclem*, bonos & improbos in eadem reputatione eſſe. Conſtituit nos Seruator mundi ſua opera & Euangelio, vti bonos, ita victores hoſtium & triumphatores, dicente Pſal: 19. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus. Ipſi ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus.* Quapropter ſi fidem Politicam Cato ita magnifaciebat, vt diceret: *Maximum maioribus noſtris telum fides, ex qua plures pace ſuſceptæ, quàm bello gentes fuerunt deuictæ.* Fidem Chriſtianam multò altius ponendam. Eſt namque & fuit ſummum Chriſtianis telum. Sed iam ad vos, o Illuſtris Familia Mniſzkonum rem deducere animus cupit. Pennis veſtris, & pennis Strutionum nigris, terror conuenit, & hoſtium ſtrages alludit. Duobus namque hoſtes in terrorem, & ſtragem deducuntur. Si dux ſcilicet belli ſciat inuadere, & euadere, Strutio veſter, & nullus illo aptior, & ad inuadendum, & ad euadendum. Deglutit ille ferrum, deglutit vt Marc. Ant. Zimara *in problem.* refert, & aurum & vtrumque digerit. Tantæ quoque pedum pernicitatis eſt, vt equites venantes deſiſtere & deſperare faciat ſicut Xenophon de Cyri militibus ad Euphratem refert. Eſt & ipſe terror Strutio camelus, nam ſua magnitudine ſeſſorem cum equo ſuperat ſimul bos & auis eſt, crura namque & vngulas habet bouillos, & plumas atque alas vt volucer. Vnde Strutio optimi Ducis ſpeculum eſt, qui & inuadere, ac deglutire hoſtem nouit, & euadere hoſtium vires, & conſulta didicit. Quomodo hoſtium terror & ſtrages, fieri incipit, ſed licet ex vngue cognoſcitur Leo, & ex pennis Strutionum cognoſcitur Strutio, ne tamen aliquis neget aſcenſum à pennis ad Strutionem, ac dicere id de domo pennarum, quod in natura Strutionis contemplamur recuſet, tunc ex ipſis pennis Strutionum hoſtium terrorem & ſtragem venabor. Habent innatum pennæ Aquilarum, vt columbinis appoſitæ, eas conterent & deuorent illas, ſed ſi caſu aquila, ſuam deglutiret pennam, penè & digereret. Verum Strutionum pennæ, hoc habent ſingulare, vt licet Strutio digeret ferrum, digerat & aurum, ſuam tamen pennam nunquam digerere poteſt. Vnde de pennis Strutionis Marc. Ant. Zimara in Problem. Nullum animal digerere plumas, quia indigeſtæ efficiuntur, & omnino ſiccæ ſunt, & ineptæ ad alimentum.

Chriſtus bonos & triumphatores nos effecit.

Fides eſt maximum telum.

Terror in hoſtes duobus fit.

Strutio deglutit & digerit ferrum & aurum.

Strutio bos & volucer.

Strutionis pernicitas, magnitudo.

Strutio ſpeculũ optimi ducis belli.

Sit igitur quicunque hoſtis patriæ, ſiue intus, ſiue extra, ſiue creſcat manu exterra, ſiue ciuili, & ruſtica, pennarum filij, non digerentur. Indigeſtibiles pennæ ſunt, ſed ſit quicunque hoſtis, ab illis deglutietur,

Digitized by Google

digererur. Magni illius ac Illuſtriſsimi Palatini Sendomirieñ. Georgius Mniſsek Capitan. Samborieñ. & Leopolieñ. &c. rem afferre liceat, qui cùm Demetrium Moſchouiticum olim Ducem cui filiam in matrimonium conceſſerat in Moſchouiam deduceret, tantus rebellibus ac Mæcenati ſuo renunciantibus Moſchis horror ſtrageſque remanſit, vt totam ferre Moſchouiam deglutiret, ſedem Cæſaream, Boiarios, ac omnem nobilitatem digereret. Eius nomen & fama vt quondam Alexandri, *dicente Q. Curtio lib.* 5. omnes in fugam conuertebat, maximumq; in bello & pace momentum fuit. Imo:

Adhuc Achilles viuit in pœnas Moſchi.

Contulerant ante ſe & ſua cum Regno Vladislao Sigiſmundi III. Regis Poloniæ filio, moderno Inuictiſsimo Regi noſtro. Contulerunt nunc Ducatus Smolenſceñ. Nouogrodeñ. Czerniechouieñ. ſed necdum finis. Indigeſtibiles pennæ ſunt Strutionis, Præſagunt ornatum patriæ, victricia ſigna & triumphos de Moſchis. Viuunt in pænas Moſchorum pennæ Strutionum.

Cinis ipſe ſepulti.

In genus hoc pugnat. Pugnabit donec fateantur quod Senec. 9. Cont: 5.

Tumulo quoq; ſenſimus hoſtem.

DECVS PATRIÆ ET REGNI.

Fælix Alexan. quomodo Fælicitas ciuis & Senatorum ſi eſt decor Patriæ.

SVmmam fælicitatem Alexandri Magni *Demoſt. Epiſt.* 1. in hoc ponebat. Quod agendo & laborando & gaudendo, non deſidendo, fælix fortunatuſq; fuiſſet. Sit hæc fælicitas in Rege Regumq; votis, at in ciue optimo, in Senatore grauiſsimo ſumma fælicitas erit, ſi decor patriæ extiterit. Quapropter ipſe *Demoſten. in Orat. funeb.* Non ſolum ad Patrem & maiores ſuos viritim genus, ortumque ſuum referre vnicuique licet, ſed ad totam communiter Patriam. Sed dic amabo. Quod centrũ eſt decoris patriæ? An ex Reipub. gubernatione, ſuam rem augere?

Augere bona ſua eſt decor Patriæ.

Ita quidem de Themiſtocle Critius affirmat qui antequam ad Rempub. accederet trium talentorũ rem hæreditatis habuit, poſt centum talentorum facultas ſua reperta fuit. Similiter Cleon, antequam Rempub. capeſſeret, non habuit libero homine ſubſtantiam, poſt vero Quingentorum Talentorum rem reliquit. Non eſt hoc decoris centrum, ſed vel perfidiæ. Qui vero in patriam perfidi fuerint, nihil eis tuto credi poteſt, vel iniuſtitiæ.

Augere bona ex magiſtratu eſt perfidia & iniuſtitia.

Nullus autem eorum qui beati ſunt & fælices, terminum aut finem habet cupiditatem habendi *ait Demoſth. Orat. con. Ariſtogil.* Centrum decoris patriæ eſt, pro patria mori, ei ſe totum dare, & pro illa omnia ſua ponere, & conſecrare. Nobiliſsima hæc Arma pennarum, clariſsima quoque & Illuſtriſsima Mniſkonum qui eis v-

tuntur

ſtuntur familia & domus decor patriæ, & decor Regni fuit, eſt, & erit. Pennarum enim Strutionum vſus, ipſos conos bellicos, & galeas adornandas, & apud veteres Samnites, & Romanorum Coruinos, & apud noſtros fuit. Docent Gallia, Anglia, Dania. Dabantur quoque plures & variæ pennæ pro varijs & plurimis contra hoſtes virium audaciæ & ſagacitatis demonſtratis teſtificationibus. At vobis ſeptem & coloris nigri, non niſi ob magnum decus per vos Patriæ & Regno oblatum, conceſsæ fuerunt. Non immodicum decus Bohemiæ Regno obtuliſtis, dum vos hæredes tantorum bonorum Reges illi effecerunt. Non immodicum decus & Regno Poloniæ obtuliſtis, quibus tanti viri Regni Palatini & Magni exercituum Duces, Cracouiæ & Ruſsiæ &c. filias concesserunt & Reges in ſuos Senatores digne elegerunt. At ſuperat hoc omne, quod veſtris initijs ac fortitudine, Vladiſlaus quartus Rex Poloniæ, Electus Moſchorum Dux magnus nominaretur. Decus hinc Patriæ, decus & regni extitiſtis, ſuperabit verò in æuum, quod omnia mala Patriæ in ſe transferre, libera ſit vt patria, prompti & alacres eſſe deſideratis. Ex vobis igitur ſtudeant quod virtute ornatus prius ipſe debet eſſe, quicunque non ſibi tantum, ac ſuis, ſed patriæ & Regno decor eſſe voluerit. Cæterum erit cubile draconum & paſcua Strutionum.

Pennæ Strutionum ornant galeas.

Pennæ variæ & numeroſæ unde veniunt. Domus Mniſzkonum decus Patriæ.

LINEA ARMORVM KONCZYC.

MNiſcheck, *quos in Regno Poloniæ vocarunt euphoniæ gratia Mniſzek. Familia perantiqua longè ante tempora Caroli Magni Imperatoris, in Imperio. Wandalinus, quem Carolus Magnus, pius & inuictus Imperator, Ducem militum, conſiliorum participem, periculorum ſocium, victoriarum adiutorem, elegerat: cuius merita dignis præmiis decorauit & auxit. Diximus in origine armorum. Walerianus Mniſzek. In bello Ottonis III. Imperat. contra Creſcentium Romanum Præfectus, vbi & occubuit. Illius coniunx cùm ob internecionem mariti, triſtitia conſternata, & lugubriter veſtita, cum filiis Cæſari obuiam veniſſet, Cæſar his verbis mærentem conſolatus eſt. Ob mortem tam illuſtrem mariti tui, qui ad Imperatorem Summum fortis miles perrexit, vt diuina luce frueretur, indignum eſt talia veſtimenta deferre: congratulari eius fælicitati æquius cenſeo. His dictis, pracioſas veſtes offerri iuſſit viduæ & filiis, quos tanquam ſuos fouit, Comitatum in Magna Konczyca & Oſſounica confirmauit. Hæc ex antiquis autoribus Imperij & Regni Bohemiæ in Calendario Herbipoli typis mandato, Simon Wędźicki Doctor Philoſophiæ, & Decanus Iaslenſis. Nicolaus Mniſzek, qui primus ex Imperio in Regnum Pol. deſcendit, Sigiſmundo I. Sceptra gubernante, Anno 1508. Qui tam genere nobili quàm actibus ſtrenuis & virtuoſis ita Sereniſſimo Regi gratiſſimus fuit, vt Cameræ ſuæ primum Officialem præficeret.*

Promeruit florentiſſima ætas, & animi prudentia, vlteriores honores: nam Dux militiæ Supremus & Palat. Podoliæ Nicolaus Kamieniecki, filiam in coniugem obtulit, & Sereniſſimus Rex altas Præfecturas adſcripſit. Hoc Cracouiæ in arce ex Epitaphio apparet.

Hic ſepultus iacet ſtrenuus ac Generoſus Dñus Nicolaus Mniſek, de Magna Konczyce & Oſſounica hæres, Sereniſsimi D. Sigiſmundi Auguſti Regis Pol. Archicamerarius, Burgrab. Cracouień. Łucouień. Socalienſiſque Capit. Obijt 1551. 22. Iunij, agens annum 69.

Ioannes filius primus Nicolai ex Barbara Kamieniecka. Non diſſimilis parenti filius, at ſtrenuus morum & virtutum cultor & imitator. Difficile enim eſt, vt animaduertebat Cicer. Mutare animum viro, & ſi quid eſt inſitum, moribus id ſubitò euellere. *Quapropter Sereniſſimus Rex Sigiſmundus Auguſtus, Præfecturam Craſnoſtauień. & Iaſtenſem illi contulerat. Inijt matrimonium cum filia Palat. Cracouień. Fierlej Heduigi, ex qua ſuſceperat Nicolaum, Capit. Craſnoſtau. & Hieronymum. Georgius alter filius Nicolai, hic poſt conſecratam Palladi iuuentutem, Marti adoleſcentiam, Ioui prouectiorem ætatem, Inciſor Regni & Præfectus Sanoceń. à Sereniſſ. Sigiſm. Aug. inſtitutus, à Sereniſſ. Stephano Caſtell. Radomſceń. intitulatus, à Sereniſſ. Rege Sigiſm. III. Palat. Sandomir. Capit. Generalis Leopol. Sambor. Sanoceń. Socalień. Mediniceń. Zupparius Terrarum Ruſſiæ intitulatus fuit. Maximus erat in toga, ſago, Vir & Senator. Qui dum Moſchorum legittimo Imperatori Demetrio filiam Marinam in coniugem dederat, occaſionem obtulit Moſchouiam Regno Pol. adiungendam, nam poſt fata Demetrij Boiarij Moſchorum iure iurando, VLADISLAVM Sigiſm. III. Regis Pol. filium, nunc nobis fæliciter imperantem, in Cæſarem ſuum elegerant, ſuſceperant. Confido quod fortuna adhuc Regno ſuppeditabit talem effectum, quem hæ exprimunt voces:*

Mox diſcet Moſchus, quam non ſibi Numen amicum
 Spiret, & iratum ſenſerit eſſe Polum:
Et ſortes, tua quêis tumuerunt Sceptra, Polonis
 (Experiere) Aquilis ſe dare Moſche volent.

Celebrauit matrimonium cum Heduigi Tarlo filia, ex qua ſuſceperat Ioannem & Stanislaum filios, Capitaneos Sanoceń. Secundò matrimonio cum Zophia Ołowczynſka, Ducìſſa ex M. D. Litu. filios & filias, Nicolaum. Sigiſmundum, magnæ ſpei ab Adoleſcentia virum. De cuius indole quondam Andr. Leachius Scotus in Anagram.

Impiger inceptæ calca virtutis arenam,
 Siſque olim Laribus tu decus omne tuis.

Franci-

Franciſcum, cuius miratus ſenium in puero Leachius ita de illo reliquit:

Corpore penè puer pluſquam grauitate ſenili
Augurio haud impar Dotibus eſto tuis.

Stanislaum Bonifacium Capit. Leopolień, virtutę, doctrina, & experientia militari clariſſimum. Vrſulam filiam coniugem Ducis in Wiśniowiec. Marinam coniugem Ducis Moſchorum Demetrij. Annam. Chriſtinam. Euproſinam. Nicolaus Mnißek tertius frater, obſeruantiſſimus ciuis patriæ & morum, Capitaneus Łukouień. ex Zophia Działyńſka ſuſcepit Georgium Capit. Lucouień. Paulum Capit. Lucouień. Michaëlem. Chriſtophorum. Andream, Capit. Oſtroſęceń. & filiam Helizabeth.

KIEYSTVCZ.



DELINEATIO.

DVcum Magni Ducatus Lituaniæ, vt ab origine Principibus, conueniunt inſignia Kieyſtucijs Ducibus in Troki, Samogitia, Grodno, qui ex Monuid progeniem habet filius vltimus, *Stricou. fol.* 463. De morte illius *idem, fol.* 467. reliquerat filios ſex:

1. *Witoudum, cuius fama lippis & tonſoribus nota, quam nullus hiſtoricorum præterijt. Variam illius fortunam* Stricouius fol. 468. *deſcripſit. Durum affectum in Narimundum*, idem fol. 488. declarauit. *Reliquit duas filias, Anaſtaſiam Baſilij Moſchorum Ducis coniugem, de qua* Stricou. in prodromo virtutum Anno 1406. *Racam alteram Kormult Dinaſtæ in Litu. coniugem, à quo Wolodkiewicij originem deducunt.* Paprocius in ſtemmatibus fol: 666.

2. *Patrikieium, qui ſine prole deceſſit.* Paprocius in Nido virtutum fol: 1141.

3. *Sigiſdum ſiue Sigiſmundum, qui à Duce in Czartoryiſko occiſus fuit, eo quod militarem virum penitus extirpare conatus eſſet,* ſicut Paproc. in Nido virtutum fol: 1141. & Stricou. in prodromo virtutum, ad Annum 1440. referunt.

4. *Tochtylum ſiue Totiuilum, qui oppugnando arcem Vilnenſem, quam tunc Nicolaus Moſcorowſki Præfectus Vilneñ. defendebat, occubuit.* Stricouius fol: 488.

5. *Wolzynum.*

6. *Woidatum*, vt Paprocius in Nido virtutum fol: 1141. *Hic poſtmodum Andreas nominatus fuit cognominatus verò gibboſus, erat Poloceñ. Dux.* Stricouius fol: 464.

DVCVM KORIAT. LINEA.

KOriat *Gedimini Vitenesouicij filius minimus,* iuxta Stricouium, lib: 11. cap: 8. *Habuit enim Gediminus hos ſeptem filios: Montiuidum, Narimuntum, Olgierdum, Kieyſtutum, Lubartum, Iaunucium, Koriatum. Hos dum Gediminus bonorum ſuorum hæredes inſtituebat, Koriatum hæredem & Principem Nouogrodeñ. Ducatus in Litu. & Dominum in Wolkowiſko Mſcibohou conſtituit.* Stricou. lib: 11. cap: 8. *Reliquit filios quatuor: Alexandrum, Conſtantinum, Georgium, & Fedorium, qui cum Olgierdo tres Tartarorum Principes, Anno Dni. 1331. cum toto exercitu fuderunt, occiderunt. Hos Olgierdus in Podolia à Scythis purgata præfecerat*, Stricou. fol. 416. & ſeq. *Quomodo Podoliam auxerint, munierint, ædificauerint,* ibidem refert. *Sed ſaniori iudicio committo,* vt Cromerus lib: 15. lumen ſubminiſtrat legenti. *Alexander gubernator Podoliæ, Volhiniæ, Pocutiæ, &c, à Caſimiro Polon. Monarcha obtinuerat arcem Oleſko, & Volodimirienſis oræ partem.* Cromer. lib: 12. Stricou. fol. 418. *Conſtantinus, qui à Patruo diuiſa bona à Scythis acquiſita cum Alexandro tenuit, dum à Caſimiro Rege Oloſcum &c. accepit, & totam Podoliam &c. gubernauit. Hunc Caſimirus Rex, poſtquam Gedimini filiam Annam in coniugem accepit, & ſterilem à filio vidit, Candidatum in Regem voto ſuo effecit; ſed ritum proprium magis ille*

ample-

Digitized by Google

amplexatus fuit. Refert ex manuſcriptis Ruthenorum Stric. fol. 427. *Georgius tertius eorum Germanus ex Podolia, in Palatinum Moldauiæ & Valachiæ electus, Socauiæ Coronatus fuit. Verum inconſtantia Valachorum Socauiæ veneno extinctus eſt. Sepultus in Vaslui vltra Berladum.* Stricou. fol: 418. Cromer. lib: 15. *Fedorius eorum frater, Hic poſt Parentis ſui Koriati obitum, à nobilitate Nouogrodeń. ex Podolia vocatus, Olgerdi Patrui bono affectu, Nouogrodenſem Principatum obtinuit.* Stricou. fol: 418. *Demùm poſt obitum Conſtantini fratris ſui, & Gubernatoris Vniuerſalis Prouinciarum acquiſitarum à Scythis per Olgierdum Ducem Litu. conſenſu Patrui vnus in gubernatione Podoliæ &c. ſucceſſor fuit. Verùm potentia & ditione elatus, Olgierdo tributum recuſauit, contra quem dum arma Olgierdus mouit, in Vngariam ad Carolum Regem, reductis ſecum precioſioribus, ſeceſſit: atque ibidem vitam finiuit.* Stricou. fol: 428. *Fedorius ſeu Theodorus filius vnius horum, Dominus Podoliæ, à quo Vitoldus tributum ex Podolia exigebat.* Sricou. lib: 14. cap: 2. *Conſtat namq; pulſum Fedorium ab Olgierdo ex Podolia in Vngariam, non fuiſſe iſtum, à quo Vitoldus tributum requirebat.* De quo clare & Stricouius, *dum Vitoldi oppugnationem in Fedorium Koriatum deſcribit,* refert fol: 499. *Primus igitur Fedorius eiectus fuit ex Podolia ab Olgierdo Anno* 1359. *alter verò Fedorius eiectus ex Podolia, Anno* 1395. vt addit Stricou. fol: 500. *Et in his periodus familiæ ſtetit.*

Adnotauit Paproc. in vtroq; ſuo opere, quod ex Koriato deſcendant Duces in Rozyno, ſed ex Epitaphio illorum Chiouiæ in Eccleſia Ordin. Prædic. conſtat, quod fuerint poſteri Narimundi Gedimini filij. Conſtat hoc & ex diuiſione bonorum inter Koriatum & Narimundum fratres. Nam Koriat Nouogrodi erat Princeps in Litu. Narimundus verò cum Pinſcenſi ora, tenuit quæ fuerant inter Pripeć fluuium & Dneprum, & quæcunq; Gediminus acquiſerat bello à Wlodimirio Duce Wlodimirienſi. Ita Stricouius fol. 407. *Quapropter ſub Narimundo vel Rozynſcio, loco ſcilicet proprio, arma gentilicia Rozynſciorum deducemus.*

KOSER.

Digitized by Google

KOSER.



LINEA DVCVM IN KOSER.

LVbardus *Gedimini filius, tres filios procreauerat: Michaelem, à quo ſunt Duces in Czartoryſko. Alexandrum, à quo ſunt Duces Sanguſcij. Iuonium, a quo ſunt Duces in Koſer.* Paproc. in Nido virtutum 1143. In ſtemmat. 648.

KOSERSCII DVCES.

Andreas Sanguſkowicz Dux de Koſer, Ioan. Ianiſſowſki, in Priuilegio, vbi diſtrictus Bielſcen. Iuri Polonico adſcribitur, fol. 837. Sarnicius verò in ſuo Statuto Capitaneum Luceorienſem nominat, fol. 1036.

Sed hæc familia Ducum, quia eadem eſt cum Sanguſcijs, ibi clariùs de illa dicemus, dum eorum familiam adnotabimus.

Digitized by Google



D. KORECCII ACHILLES REGNI & REIPVBLICÆ POLONÆ.

FOrtiſsimos prælіatores atq́ue ſolius Martis præcipuos bello filios Achilles nominamus. Superant namq́; quoſuis milites audacia, fortitudine, ſapientia, ceu illi qui nedum tenere ſed etiam regere campum cum exercitu vbiq́ue norunt. At inter Scutatos haſtatos alioſq; ex forti experientia præſtantes honore milites equitibus Cataphractis, qui nedum gladio & ferro ſunt milites, ſed ipſo pectore animo & manu, Achillis nomen cum dignitate tribuendum. Erat namq́ue & eſt Sacramentum militum Cataphractorum nunquam ſe terga daturos externo hoſti, vnde ab illis non in vno loco Britones profligati, Galli cæſi, pulſi deuictique Germani, Hiſpani fuſi, Allobroges Angliq; deleti. Hinc in Italia Sfortianus Bracianuſq́ue miles, hinc tot clariſsimi Imperatores, & Duces, Franciſcus Sfortia, Nicolaus Picininus, Federicus Vrbinas Dux, Robertus Santoſeuerinas, & innumeri alij floruerunt. *Teſtantur hoc Egnatius lib. 2. Cap. 2. Platina in Bonifacio IX. Fulgoſ. lib. 2. Cap. 2. Iouius in vita Magni Sfortiæ.*

Achilles qui?

Cathafractus miles.

 Cæterum

Digitized by Google

Cæterum quia omne honoratum augetur contemptum autem imminuitur; equitum Cataphractorum honos & in hoc auctus fuerat, vt equites Cataphracti, Regnorum & Reipub. ſint præſides, tutores, parietes. Cuius rei gratia, Narimundus M. D. Lit: Princeps, dimiſsis antiquis gentiliciis, Magni Ducatus Litu: Centauro, Cataphractum militem ſuper velociter calcaria mouentem equum cum gladio diſtricto aſſumpſit. Inſinuabat ſpectatoribus non aliud, quàm quod virum omnis Reſpub. requireret, qui nedum fortiter tueretur & dilataret, commiſſum regnum, ſed etiam promoueret ſubditos ad diuerſa ſtudia, conuenientem ſingulis dignitatem tribueret, & ciuitatem optimis virtutibus impleret. Igitur iure meritò equites Cataphractos Achilles Regnorum vocabimus. D. Koreciis à Magno Olgerdo, Achille Litu: gentis deſcendentibus, hic titulus conuenit. Erant enim & erunt Domino cælorum fauente, Achilles Regni & Reipubl. Polonæ. Conſidera Demetrium Buthauum, ſpeculare Iuanum, vide Fedorium, mirare Bochuſium, & quod Achilles fuerint Regni & Reipub. Regibus fideles & dilecti, vero veriùs affirmabis.

Annumerabo noſtris temporibus, virum Koreccium ex Ioachimo Samuelem, qui ſe totum Marti & Reipub. Polonæ conſecrarat, neque pro patria mori formidabat. Ille dum nullam expeditionem recuſauit, contra quemlibet hoſtem patriæ proceſsit, proprio ſumptu contra Moſchum, Scythas, Valachos, Turcas, Coſacos pugnauit, meritò & ille Achilles fuit. Quocirca tale Epitaphium in Eccleſia S. Franciſci in Korec, illi appenſum fuerat.

D. O. M.

Clara ducum ſoboles Olgerdi ſanguine cretus,
Princeps militiæ & dum vixit gloria gentis,
Lechiacæ, Moſchi terror terrorq; fugacis
Tartariæ, æquales tantum virtute feroci
Exuperans, quantum te Cynthia vincit Apollo
Lumine, vel quantum magno conceſſit Achilli,
Hector Dardanius, vel quis de gente Pelaſga.
Præſidium patriæ magnum, magnum & incrementum,
Victor Moldaui Tomſſæ Buſiridis atri
Korecki Samuel, quem Turcis iuſſu Tyranni
Sanguine conſperſum inde heu funere merſit acerbo.
Germani Caroli cura aſt auectus ab oris
Turci, hac exigua exuuias heu ponit in vrna.

TRIVMPHATORES PERPETVI.

Hyena pellis intrepidum

GRæci vt Hieroglyphicæ triumphatores perpetuos ſignificarent, hyænam ponebant. Vndè Orus Apollo Niliacus, *vt interpretatur*

tatur Bernardinus Trebatius Vincentius lib: 2. Hierogl. C. 545. Si quis hyenæ pelle ſuccinctus medios feratur in hoſtes, à nullo læditur & intrepide præterit. Oculis tamen ad veritatem directis, nullo magis triumphatores perpetui ſignificātur, quam equite Cataphracto pernici equo cum gladio extento aſsidenti. In hoc namq; & fortitudo conſpicitur, & mors honeſta ſperatur, quæ fortibus, *vt Iſocrates ad Dæmonicum notauit*, tantummodo propriè à natura tributa eſt. Tales erant Duces Koreccij, quibus ceu triumphatoribus, magnificas laudes & præmia, Sereniſsimi Reges, Sigiſmundus primus, Sigiſm: Auguſt: Steph: Sigiſm: Tertius referebant. Vixiſſent Fedorius, Bohuſius, Samuel, vt Leonem Alexandrum Baſilium taceam, quibus Sereniſsimi Reges, & laureas triumphales, & victricia omina ſcribebāt precabanturq;. Sint indè vt exopto triumphatores perpetui Korecci, ſed aliud quoq; ad tantum honorem & titulum calcar mihi addidit. Triumpharunt D. Koreccij, nedum de hoſtibus corporis, ſed etiam animæ: Cum enim graui Schyſmate detinerentur, & in captiuitatem hoſtibus obuenirent, fidem Catholicam Romanam votis conceperunt, & liberati fuerunt. Samuel Korecki in captiuitatem Turcicam deductus, agnouit Conſtantinopoli veram fidem, & Ordini S. Franciſci vbi liberatus extiterit, erigendam & fundandam Eccleſiam in Korec vouit, & breui temporis ſpatio eliberatus fuit. Quidam iterum ex Cecora Conſtantinopolim reducitur, multis perſuaſionibus & donis vt à fide recederet, & Turcarum Dynaſtæ ſupremi militarem exhiberet, impetitus magis mori quàm fidem abijcere elegit. Carolus Korecki, dum in Holandiam bellici exercitij gratia, per mare iter dirigit, à Sudermanorum Duce ac Tyrano Suetiæ quinquennio detentus, dum hæreticorum dogmata repudiaſſet, Schyſma Ruſſorum abiecit, ac veram & ſanctam Catholicam fidem amplexatus fuit, atq; vbi in patriam redijt primus Eccleſiam in Korec vt vouit erexit. Hinc tale Epitaphium in Korec legimus.

inter hoſtes ponit.

Cathaphractus eques.

D. O. M.

Atauis editus Regibus,
Clarum Olgerdi à ſtipite genus.
Clarus Dux in Korec,
Maior ſuis maioribus
Primum ob ſuſceptam à ſe Orthodoxam Religionem
Cuius vbiq; acerrimus propugnator Vindex & Parens,
Metropoli in ſuo Ducatu Catholici templi fundator.
Cuius inuictiſſimum herois animum,
Non carcer quinquennalis Suecorum immanium infregit,
Non illecebræ exterarum nationum abduxerunt.
Non chariſſima Patria, ciuem mortuum expectauit.

Profuit egenti ſago & toga.
Volhiniæ maturo conſilio prudentiſſimus Caſtellanus.
Contra Oſmanum tetra minitantem.
Aluit plurima centena veteranorum militum.
H V I V S,
Illuſtriſſima proſapia Samuel & Eufroſina
V T
Mortalibus immortalibusq́; ſidus Coreccianum luceret,
Hoc trophæum virtuti & gloriæ defixerunt:

LINEA ILLVSTRISSIMORVM OLGERDOVICIORVM DVCVM IN KOREC.

D. Koreccij, *originem lineæ natalis à Magnis Duc*: *Litu*: *Olgerdo parente, Gedimino Auo, Vithene Proauo retinent. Commonſtrant hoc Priuilegia in Archiuo Ducum in Korec conſignata, quibus cum filiis Olgerdi D. in Korec, ex Demetrio Buthauo defluentes bona, tàm in M. D. L. quàm in Volhynia in hæreditatem diuiſione receperunt, poſſederunt. Commonſtrant & literæ Vitoldi ſui Suidrigelonis, & Caſimiri Ducum M. L. Ducibus in Korec & hæredibus conſignatæ. Inſuper Sereniſſimorum Regum Ducibus in Korec, priuilegia & literæ conſcriptæ, Caſimiri Magni Sigiſm*: *Primi, Sigiſm*: *Auguſti & Alexandri. Demum, vbi Regum Cancellariæ charactere latino litteras mittebant, illos Duces Coreccios nominabant. Ita Henricus Rex, Stephanus Rex, Sigiſmuudus III. Rex & Vladislaus IV. Rex, quem nobis diuina maieſtas diu incolumem conſeruet, Quapropter inſignis gentiliciis ab antiquo M. D. Litu*: *conuenientibus, equite ſcilicet cataphracto vtuntur, prout clariſſimè demonſtrant antiquæ litteræ, diſpoſitiones, contractus.*

Demetrius Olgerdowicz quintus filius Olgerdi, ex Maria Ducissa Treuereń. à quo bellicoſiſſimi Duces in Korec deſcendunt. Hæc ad verbum Stricou: lib. 12. Cap. 13. folio 461. *At hæc omnia ex Priuilegiis patent. Cromerus dum priſca ſolum nomina gentis Lituanæ lib*: 14. *filiorum ex Olgerdo memorat aperte à quo deſcendant, non expreſſit, ſicut nec aliorum; ſed non difficile eſt intentum (dum Buthauum vltimo loco poſuerit, ac per hoc iuniorem inter fratres fuiſſe aſſignauerit) colligere. Computemus velim filios Olgerdi ex Maria Duciſſa Treuereń. iuxta computum Stricouij, & luce clarius Buthauum quem vltimo loco Cromerus poſuit, quemq́; penultimum Stricouius inter filios Olgerdi nominauit, verè Demetrium fuiſſe conſpiciemus. Filij inquit ex Maria fuerunt Iagello, qui nominatus in baptiſmo Vladislaus, Skirgello qui nominatus Caſimirus, Suidrigelus nominatus Boleslaus, & Leo, vt in Conſtitutione Lublineń. dicitur. Korybuth nominatus Demetrius, Vigundus nominatus in ritu Græco Vaſilius,*

Digitized by Google

Vaſilius, in Romano Alexander. Reſtat igitur quod penultimus Olgerdi filius, quem Cromerus vltimum poſuit & Buthauum nominauit, poſt ſuſceptum Baptiſma Demetrius nominatus fuerit. Neq; mirandum quod duo germani fratres idem nomen aſſumpſerint, nam & fratres qui cum Iagellone ad ſacrum baptiſma Skirgello & Korigello acceſſerunt, vnico quoq; nomine Caſimiri inſigniti fuerunt. Suſcepit autem Buthauus ſacri fontis gratiam in Pruſſia, in terra Sambień. in celeberrimo Promontorio Regiomonti, ſicut Miechouius lib: 4. Cap. 28. fol: 246. adnotauit.

Demetrius Buthauus Olgerdowicz, hic præter bona in M. D. Lit: dum in Volhinia accepit diuiſione oram ad fluuium Korec, vbi in fluuium Slucz illabitur, conſpecto ibidem loco eminenti, petra & præterfluenti à natura munito arcem erexit, & à fluuio Korec, itidem nominauit. Obijt Demetrius Olgerdowicz in bello Scythico, dum Ediga Dux Tamerlani cum Vitoldo, Anno 1399. arma conſeruit. Plurimi namq; Olgerdouicij in hoc bello præcipuè Demetrij, cum aliis Ducibus ab Hiſtoricis nominatis & innominatis occubuerunt. Vbi & Demetrius Buthauus cum filio occubuit, vnde Stricouius dum folio 509. dixiſſet Demetrij obierunt cum filiis ſuis, dedit intelligere ſenſum folio 499. Obijt Demetrius Korybuth cum duobus filiis, vbi dum hic duos nominat & ibi tres filios, conſtare docuit alium quoq; Demetrium ibidem obijſſe cum filio ſuo, quem non iam alium intelligere licebit, quam Demetrium Buthauum Olgerdouicium.

Alexander Dimitrowicz Olgerdowicz. Hunc expreſſe Priuilegium Suidrigelonis datum Baſilio ſeu Vaſilio Alexandri filio in Boiaros & Curiæ ſeruos circa Korec ſtatiua tenentes, meminit. Inquit enim, Vaſilio Duci omnem exhibete obedientiam prout parenti ipſius Alexandro exhibuiſtis. Datum Luceoriæ 9. Nouemb: Indictione 7.

Vaſilius Alexandrowicz Olgerdowicz. Hic à Caſimiro Rege confirmationem Priuilegiorum, tàm à Vitoldo & Suidrigailo, quàm ab ipſomet Caſimiro, dum M. D. Lit: fuiſſet datorum, accepit. In quo quidem priuilegio primus Coreccium à Korec nominauit. Hinc Vaſilius Alexandrowic Olgerdowicz Korecki, ad maiorem differentiam ab aliis filiis Olgerdi & ſucceſſoribus nominari cæpit.

Iuanus Waſilewicz Olgerdowicz Korecki, conſtat filium fuiſſe Vaſilij ex quibuſdam litteris contractus cum Bochdano Sienkiewicz Hoiſki, datis in Woſiepſze, 20. Iulij, Indict: 5. Qui poſt exercitia bellica vinculi matrimonium cum Vaſiliſſa Kniazij Chleb Lizinoſowicz celebrauit, & cum poſteritas alia non ſupereſſe litteris Alexandri Regis Vilnæ 18. Febr. Ind. 11. datis, omnia bona demortui Lizinoſouicij poſſedit & obtinuit. Suſcepit ex illa filios quinque viros fama & bello conſpicuos, Fedorium, Iuanum, Vaſilium, Leonem, & Alexandrum. Declarat progeniem diuiſio bonorum, nam amicabili compoſitione, M. D. Iuanus Puciatycz Czetwertinſcij,

 & Cza-

Digitized by Google

& Czaplicz bona Iuani Waſilewicz, his quinq; filiis diuiſerunt. Quarum diuiſionum litteras & parens eorum Vaſilea proprio ſigillo communiuit.

Fedorius Iwanowicz Korecki. Hic toto ferme tempore vitæ ſemper in caſtris pro Rege & lege, vt ex multis litteris ad eum per Sereniſſimos Reges, Sigiſ: I. Sigiſm: Auguſt. hoſtilis impetus & incurſionum in negotio datis, latiſſimè apparet. Accepit pro benè meritis 21. Iulij, 1520. ad Luceorium Targouiciam arcem cum villis plurimis in perpetuam hæreditatem. In quorum priuilegio ita Sereniſ: Rex ad eum & illius germanum. Quoniam quotidiana experientia certificati ſumus, nullum Reipub. negotium vos intermiſiſſe, ſed contra quemuis hoſtem verè, ſincerè, & alacriter proceſſiſſe, vt aptiores & promptiores vos redderemus, arcem noſtram Targouiciam, cum villis Lichacowka, Woynicá, Rudłow, Białoboki, Białybrzeg, Rudlowiec, vobis euiternæ damus, &c. Habuit in coniugem Annam Kniazij Zyzemſcij filiam, quæ erat conſanguinea Bogdani Kniazij Putywlceń. vt ex teſtamento Bohuſij Korecki filij eius apparet.

Iuanus Iuanouicius Korecki alter filius Vaſilij, ſtrenuus & perpetuus patriæ defenſor, & Maieſtatis Regiæ obſeruantiſſimus. Quapropter ita ad eum Sigiſ: I. Sicut in omni occaſione erga nos Regem, & Rempub. noſtram planum affectum ſincerè & promptè offertis, ita nunc in hoſtem ingruentem excurrite, profligate. Gratia noſtra regia præmiaturi, Dat. Cracou: 7. Martij 1539. Habuit vnicam filiam Annam Iuani Vaſilewicz, Maſsalſki coniugem.

Vaſilius Leo & Alexander fratres horum & filij Iuani Waſileuicz, poſt ſpectatam in caſtris virtutem & turmarum hoſtilium ſtragem, connubia celebrarunt. Sed quia ſteriles in alteram vitam tranſierunt, bona illorum ad Fedorium & Iuanum fratres redierunt. Fertur quod ad Socalum cum Conſtantino Duce in Oſtrog pugnando cum Tartaris glorioſum finem oppetierint. Extant illorum memoriæ Chijouiæ in Piecarenſi Ruſſorum Oratorio. Horum ſoror vnica erat Anna, coniunx Michnæ Zbrochowicz Hulewicz, vt dos illius & reformatio edocent.

Bochuſius Fedorowicz Korecki, Palatinus Volhyniæ, Luceoriæ Vinniciæ, Braſlauiæ, Zytomiriæ Præfectus. Quantus hic in bello victoriis & trophæis fuerit, confinia Regni & Palatinatus Volhyniæ vſq; modo teſtantur. Ipſe Sigiſ: Auguſt. ſummas illi retulit gratias, quod Scythicam manum è finibus Regni propulſauerit, atq; plurimos neci & captiuitati commiſerit, Anno 1549. atq; iterum, Anno 1550. Illius fortitudinem in bello ad Vle, Stricou: lib. 25. Cap. 2. retulit. Magnus erat vir in marte & toga, maximus in Volhynia, & in confinibus Regni, vnde Sigiſm: Auguſt. ita in litteris ſuis: Generoſe, fidelis nobis dilecte Dux. Erexit ex commiſſione Regia arcem Vinniceń. Anno 1571. & Braclauień. Anno 1550. Habuit in matrimonium Andreæ Ducis in Koſyr filiam, prout Sigiſm: primi

primi litteræ 1541. Vilnæ datæ teſtantur. Qua ſteriliter fatis ſublata, accepit in coniugem Mariam Vaſili Szpanowſki Czaplicz filiam, ex qua ſuſceperat Georgium, qui ante virilem ætatem obijt, & Ioachimum filios. Proximus verò morti, equum bello generoſum Sereniſſimo Regi legauit. Filium verò Ioanni Chodkiewicz Hieronymi filio, Caſtel: Vilneń. Capit. Samog. & Kaunen. Marſchalco M. D. Litu. Adminiſtratori & Duci exercituum Liuoniæ, atq; Michaeli Alexandrowicz, Duci in Czartoryſko & Hoiſcio, cum Myſſki tutoribus aſſignatis, reddidit. Mortuus Luceoriæ, præ concepta vnione iuxta adhortatorias Regias, quapropter in teſtamento confitetur. Credo Sanctam Eccleſiam, & in ea morior, quam quatuor Patriarchæ gubernant & adminiſtrant, ſepultus Chijouiæ in æde B. V. M. Piecareń.

Ioachimus Bohuſowicz Korecki Palatinides Volhiniæ. Qui à tutoribus præcipuè verò ab Ioanne Chodkiewicz poſt litterarū ſtudia in militari dignitate inſtructus, in Moſchouiam & contra Scythicas incurſiones manum non modicam proprio ſumptu deducebat, & pro Maieſtate Regia contra Rokoſanos numeroſum militem cum vita profudebat. Declarant hoc litteræ Regum, & Regiſtrorum numeri. Demum vbi connubia cum Anna filia Ioannis Chodkiewicz ſui tutoris celebrauit, iura diuerſa compeſcuit & finiuit, poſteriſq; ſuis bona acquiſiuit & auxit, reliquit filios & filias. Samuelem & Carolum, quibus vbi virtutis tyrocinia cum litteris commonſtrauit, ob honorem magnificæ familiæ & Reipub. maius emolumentum, illos ad exteras nationes linguarum exoticarum, & maioris experientiæ in litteris & armis gratia tranſmiſit. Filiæ illius erant Leuinia Adalberti Radźiuilij Domini in Klecko & Grodek Sacramento matrimonij coniunx. Marcibella Ioannis Chlebouicij Caſtel. Vilneń conſors, Iſabella Nicolai Czartoryſki Ducis in Kleuan. Caſtel. Volhyniæ coniunx. Helena Martini Kálinowſki Palat: Czerniechou: Braclaw, Litineń, Lubeceń. Loiou: Præfecti conſors. Zophia Seraphina monialis ritus Græci in Korec, ſepultus eſt Ioachimus more Ruſſorum in Oratorio in arce Coreceń.

Samuel Olgerdowicz Korecki, hic primam ætatem ad martem & virtutem à natura diſpoſitam, dum in exteris nationibus excellenti ſtudio morum & armorum excolluiſſet, maximam ſpem ipſo in egreſſu ſuæ patriæ de ſemetipſo declarauit. Subitò enim maturam iuuentutem ad martem contulit & ita conſecrauit, vt Achilles quidam & prædeceſſorum imago viua extiterit. Cognouerunt virtutem illius phalanges Scythicæ, Moſchouiticæ, Turcarum, Valachorum, Coſacorum. Quapropter Sigiſ. III. dum animi fortitudinem & familiæ Corecciorum decus Samuelem animaduertiſſet hanc ſibi epiſtolam miſerat. Inſtat bellum Turcicum, dum & Otuinouius legatus noſter Conſtantinopoli ſperuitur, litteræ noſtræ contemnuntur, pacta fraude celantur. Et quoniam magnificentiæ tuæ virtus

& forti-

& fortitudo, quàm toto pectore & prompto nobis & Reipub. multoties obtulit, maxime nota eſt, paratam eſſe ad bellum volumus & præſentibus inuitamus. Quapropter ab omnibus impedimentis iurium eximimus, quandoquidem cohortes noſtra voluntate & conſenſu ad tuendos Regni & Reipub. fines deducis, Dat: 1619. Adferam & Illuſtriſ. Stan Zolkiewſki, Magni exercituum Præfecti litteras, quibus compellit orando contra rebelles Coſacos ad Rasteuiciam procedere. Illuſtris & Magn. Dux in Korec, ceu nobilem patriæ ciuem, & cupidum immortalis famæ & laudis, inuito & expecto. Erat igitur Koreccius Samuel, vir martis & vir Catholicus. Reddidit ille patriæ & Regi quod optimo Duci competebat, fecit ille quod Olgerdouicium ſpectabat, obſeruabat ille quod verum patriæ ciuem & obſequentem S. R. M. conueniebat. Habuit in coniugem Catharinam Ieremiæ Mohylá, Palat: Moldauiæ filiam, quam optimus maritus & à Schyſmate retraxit, & vnitam fidei Rom: Orthodoxæ reddidit, ſicut declarant hoc litteræ & gratiæ Pauli V. Pont. Max. Suſcepit filiam Annam Andreæ Leſczynſki Comitis in Leſno coniugem, cui ad prolem mortuæ licet alienus à fide Catholica Rom: erexit Eccleſiam in Czartoryſko & decem millibus fundauit. Obijt in captiuitate Turcica occiſus, dum iterata vice contra Skinderbaſam & Tartarorum Dynaſtas, cum Zolkiewſki Supremo Duce exercituum in Moldauiam proceſiſſet, Exuuiæ illius Coreciam deportare fuerant. Rectè ad ſepulchra veſtra exaratum manet. Et venient tandem ſub mea ſceptra Duces.

CAROLVS OLGERDOWICZ KORECKI
CASTELLANVS VOLHINIÆ.

Qui dum litterarum ſumma exercitia domi & in exteris nationibus ferè cõpleuit, animum ad militarem quæ cuiuslibet Reip. ornamentum & præſidium eſt, adiecit. Quod vt perfectius nedum tanquam miles, ſed Dux quoq; perficere poſſet, in Holandiam vbi belli iura cum præceptis tunc florebant iter accepit, ſed inuida Marti fortuna illius interupit intentum. Carolus Sudermanorum Princeps, qui tunc Neptuno rates concrediderat, vellis remigantem verſus Amſterodamum, quia Caroli Chodkiewicz triũphatoris ex milite Suetico nepotem fuiſſe accepit, Socolmum detinendum remiſit. Quinque annis innocens, ætate & moribus Dux carcerem perpeſſus, hoc medio libertate donatur. Fecit votum Domino, quod ſi me ab hoc carcere gratia Dei liberauerit, vti inter medios hæreticos & in carcere repudio hæreſim, ita abnegabo Schyſma Græcorum & fidem Catholicam Romanam toto pectore amplectar & totis viribus promouebo. Fecit tale votum, & diues in miſericordia Dominus ſuſcepit innocentis ac veridici mentem, & mox inter Principes ordinauit, vt Ponthus Caroli Sudermanorum nothus pro Coreccio liberationis gratia concedatur. Redijt in patriam,

Digitized by Google

triam, & primus inter Duces Coreccios Catholicus factus, Eccleſiam illicò in Korec erexit, fundauit. Martia tamen facta vt in effectum deducta promoueret, nulla intermiſit caſtra nec hoſtiles repellendi incurſus. Ille confederatos in Rempub. & in Comitiis Regni honore militari degradatos Liſowſcios, forti dextera cum Duce illorum Wierzbowſcio ad Tuczynum oppreſſit, debellauit. Et dum alternis vicibus Vſciam inuaderent, vires eorum diſcerpſit & fregit. Ille contra Oſmanum numeroſum militem pro Rege & Patria deducebat, ſed porrectis & firmatis pactis cum Tyranno & Turca regredi coactus fuit. Matrimonij Sacramentum cum Anna Potocka Andr. Caſtel: Cameneceń. filia, iam ex Stanislao Golſki Palatina Ruſſiæ & vidua, obſeruauit & coluit. Erat hæc matrona pia & religioſa, quæ inter hæreticos patre & nouerca educata, dum virago graui infirmitate oppreſſa fuiſſet, fidei ſacræ Catholicæ Romanæ proteſtationem publice, arguendo imperterritè hæreſim pronunciauit, & duos fratres germanos Georgium & Iacobum ad gremium Eccleſiæ reduxit. Quæ vt aliis proficuè & ſibi ſalutariter ſuperuixit; ita etiam cum optima ſpe ſalutis vitam cum morte commutauit. Huic Epitaphium in Korec mæſtus & derelictus Dux & maritus in argentea lamina litteris aureis inſcripſit:

Depoſuit hic quod mortalitatis erat, Anna de Potok Potocka. perpetuum monumentum ſibi & poſteris. Dux & maritus reliquit & eſſe voluit. Obijt Ætat: 30. Chriſti 1623. 4. Martij. Requieſcat in ſancta pace.

Suſcepit ex illa præter demortuum Alexandrum, Samuelem Carolum, cui in exteris nationibus Dux & Parens, dum præbuit occaſionem litterarum & virtutum, maximam ſpem Reipub. domui Corecciane non immodicum decus, Eccleſiæ verò ornamentum eximium reliquit. Quem ſicut in Tribunaliciis Regni iam Iudicem cauſarum & Tribunalitiorum legum conſpicimus, ita inter grauitatem Senatus vtinam admiremur. Det tibi Regum altiſſimus, vna cum lectiſſima ſorore & Duciſſa Euphroſina fontem benedictionis & gratiam. Sic enim benedicitur homo, qui timet Dominum.

Digitized by Google

KARA alias Obroná.



DELINEATIO.

EST Cor hominis per medium ſagitta antiqua ſciſſum, ita quod vix partes cordis ſibi adhæreant, ponitur in ſcuto, Pennæ tres Strutij decorant galeam cum corona. Campus erit ſanguineus ſeù Martialis.

ORIGO.

IN bello pro Magno Ducatu Lituaniæ contra Moſchum pugnando acquiſita fuerunt, vel vt alij ex Moſchouia originem deducunt, in bello pro Moſchis contra Scythas & Tartaros Kazaneñ. pro libertate pugnando collata fuêre. Vbi enim in congreſſu belli primus inſigniorum parens ducem cum valida hoſtium manu ingruentem interemit, ſtrages hoſtium, & magnus liberator ſuorum nuncupatus fuit. *Hinc Stricouius in idiomate Lituanico expoſuit:* Akſak *Obrona*, hoc eſt liberatio & defenſio.

NON CVNCTANDVM.

ALexander Magnus à quodam Regum interrogatus, quomodo tàm breui tẽpore totius orbis imperium obtinuiſſet, reſpondit: Nihil cunctando, id eſt celeritate Optima grauitas belli. Nam licet maximæ

mæ prudentiæ & obſeruationis ſint iſtæ doctrinæ: *Nil temerè, Feſtina lente. Sat citò ſi ſat benè &c.* In congreſſu tamen belli, iam cunctatio generabit cladem, celeritas verò victoriam. Tum quia tempus conſilij & reſolutionis diſrumpitur, tùm quia fortitudo hoſtium annihilatur. Hoſtes autem hoc pacto vehementiſsimè læduntur, ſi quæ maximè illis terribilia ſunt exercentur. Hinc Demoſthenes contra Philip. *Turpe eſt ſeipſos decipere, ac omnia quæ difficilia fuerint differendo in rebus omnibus nimis eſſe tardos: & ne hoc quidem intelligere poſſe, quod oporteat illos qui rectè bellum geſſuri ſint, non ſequi res & occaſiones à tergo, ſed ipſas antecedere. Stob: ſerm.* 54. Hinc & Ferd. I. aſſumpſit pro Symb. *Accidit in puncto, quod non ſperatur in anno.* Ita planè parens armorum & liberator ſuorum proceſsit, non militem ſed ducem; non multitudinem, ſed ſingularitatem ſpeculando, ipſi exercituum ductori in ſumma vitæ lethalem infixit ſagittam, quapropter Akſak hoc eſt liberator nominatus fuerat. *Dicebat aliquando Thucydides lib.* 4. *in Concio: Hermocratis,* ſolet humanum genus perpetuò cedentibus imperare, cauere autem à reſiſtentibus & præſtantioribus. Sed vobis iam contrarium euenit, imò proprium & ſingulare fuit reſiſtere præſtantioribus in bello illoſq; debellare. Vndè ſi relucet exemplum, poſteritas imitetur. Nam & Sophocles dixit.

Virorum fortium pectus non langueſcit
Quiſquis audacter periculum adit.

LINEA FAMILIÆ KARA.

AKſak *qui primus tale cognomen accepit in Magno Ducatu Lituaniæ, pro rebus ſtrenuè geſtis in bello, cum Moſchis, dum & hoſtem profligauit, & ſuos ab ingenti clade Deo auxiliante liberum reddidit.* Quapropter Stricouius fol*:* 511. *cognomen Akſak eliberatorem & eliberationem expoſuit. Horum aliqui in Poleſiam deuenerunt, multisq; annis tenutarij Norynſcij fuerunt, poſteritas illorum vſq; in præſens benedicetur à Dño.*

Ioannes litteris & iuri cum iuuentutem apprime adornaret, ex milite idoneo in Moſchouia & Liuonia compatriota Palatinatus Chiouień. factus, Vicepalatinatus officium aſſumpſit, quodquidem officium in M. D. Litu: & vbi iura Lituaniæ Ducatus recenſentur non modicè authoritatis eſt. Dexteritas ſua effecit, quod grauis iudex cauſarum terreſtrium conſtitutus, nullius ſententiæ ſuæ ex appellatione, à Tribunali & Regio iudicio, repulſam paſſus fuerit.

Michael germanus Ioannis, dum defendit fortiter natiua patrimonia ad Vlanniki à Tartaris occiſus, ibidemq; in loco prælij ſepultus quieſcit.

Marcus filius Ioannis, ex Barbara Klonſka, ſtrenuus miles in quacumq; expeditione.

Stephanus filius Ioannis alter, qui poſt ſtudioſe tractatam iuuentutem

Digitized by Google

optimus miles demum Iudex cauſarum Terreſtrium Chijouień. & Capit: Oſtrzeń. & Bobrouicień. Ex Zophia Luſczanká Marſchalci Mozyreń. filia, ſuſcepit Ioannem & Gabrielem. Ex Catharina verò Czothanſka, altera coniuge ſuſcepit Michaelem & Alex: & filias tres.

Michael tertius filius, qui poſt exercitia litteraria eximius miles. Demum cum Ziemblicka celebrauit matrimonium. Soror illorum, coniunx Grabij quæ poſt deceſſum mariti dies ſuos cõſecrauit Domino Leopoli in habitu religioſo Ordinis S. Dominici, ad ædes S. Catharinæ Senenſis.

KROCII, alias Strocii.



DELINEATIO.

Lunæ tres. SVNT tres lunæ vna ſupra alteram in lineam rectam ſeù perpendicularem, in campo cæleſti lunæ albæ intra ſcutum, in faſcia per medium muricata.

ORIGO.

Krocij Strocij. EX Italia in Regno Poloniæ originem habent. Retinent autem talia arma Strotij & familia Naræ, ſed in hoc differunt, quod Strotiorum familia defert lunas in lineam diametralem diſpoſitas, Narræ verò in lineam perpendicularem, ſicut Petraſanta è Soc: IESV inter Teſſeras gentilicias folio 450. obſeruauit. Quoniam verò Krocij ſeù Strocij cum Sereniſsima Regina Poloniæ Bona Sfortia in Regnum venerunt, vbi gratia Regali bona & poſſeſsiones ad Volodimiriam obtinuerant, ſicut eorum priuilegia commonſtrant, ideò corrupto ſermone Krocij pro Strocij appellati fuerunt. Et quia etiam tale cognomen ali-

quid

Digitized by Google

quid in idiomate Polono & Ruſſo implicatum deferebat, ex nomine Anibalis, qui hic primus venerat, & ſucceſſores poſtmodum Anibalowie nominati fuerunt. *Anibal.*

VSVS ET EXPERIENTIA DOCENT.

HAnibal elatus quondam multis trophæis, cum aliquando audiſſet cuiuſdam Stoici argumenta quibus probabat ſolùm ſapientem imperatorem eſſe, riſit: exiſtimans fieri non poſſe, vt militaris ſcientia paretur ſine vſu & experientia in rebus ipſis. Nec immeritò. *Experientia enim eſt rerum magiſtra.* Quapropter Ioan. Franciſc: Gambara Cardinalis eminentiſsimus vomere in Symb. poſito adſcripſit. *Longo ſplendeſcit in vſu.* Sicut in Symb. Petraſantæ videmus. Quod ad culturam animi referendo Plato dicebat: *Otio labores anteponite, niſi fortè rubiginem ſplendori præſtare exiſtimatis.* Dum porrigo mentem ad inſigne Strotiorum in Regno, non imeritò tres lunas contemplor, Collegerunt enim meritis præmia dignitatis & virentis famæ die & nocte, vſum & experientiam practicando in caſtris & militaribus campis. Henricus filius Franciſci Regis Gallorum, quia creſcere omni laude & magnanimitate parentis cupiebat, aſſumpſerat ſymbolum lunam creſcentem cui & ſubſcripſit: *Donec totum impleat orbem.* Hoc eſt ita creſcere cupio, vt laude & fama totum impleam orbem. Lunæ Strotiorum non erunt diſsimiles, creuerunt enim in immenſum & totum ferè orbem, glorioſa nec immortali impleuerunt laude, Nouerat eos Roma, nouerat Neapolis, Mediolanum, Italia, nouit nunc Polonia, Ruſsia, Pruſsia, Liuonia, Moſchouia, Moldaui, Tartari, Turcæ ob bella & exercitia militaria Marti & Bellonæ iucunda & victricia. *Luna ſubſcriptio.*

Aggredite igitur agenda, & aggreſſa agite conſtanter.

FAMILIA KROCIORVM ſeù STROTIORVM.

STrocij *in M. Ducatu Florentino vulgo nuncupati Strozzae.*

Anibal qui cum Regina Bona Sforcia in Regnum Pol. venerat vna cum fratre Nicolao.

Nicolaus in Curia Aug. Regis Pol. eximius Legatus à Rege in Galliam. Ad Volodimiriam bonis & poſſeſſionibus, à Sereniſſimo Rege benè prouiſus fuit. Ex *Cholowinſka ſuſcepit liberos.*

Ioannes qui contra Rokoſanos pugnando pro Rege ad Guſouiam obijt.

Nicolaus S. R. M. Rothmag. in bello ad Lubnie à Coſacis occiſus fuit. Ex Zorawinſka reliquerat filiam coniugem Bardnowſki.

Iacobus qui etiam à Coſacis occiſus.

Ioſephus Rothmag. ad annum 80. in caſtris continuus, in variis expeditionibus piurima indicia fortitudinis reliquit & retulit. Ad Radulium Moldauiæ Palat: nuntius fuit, & ducentorum peditum caput.

Albertus & Hieronymus continui milites, cum Herburth Caſtel. Cameneceń. Capit. Scaleń. & Siekierzynſcio.

KROKWY ſeù Cantheri, aut Tigna faſtigii domus.



DELINEATIO.

SVNT fulcra ad tegendam caſam ſeu domicilium exile, cum ſigno bellico deſuper extento, in campo ceruleo. Apparent fieri ab Abdank iuxta aliquorum exiſtimationem, vnde & coloris albi, in campo ceruleo pinguntur.

ORIGO.

POſtquam ad claſsicum perſonuit echo tubæ contra hoſtem patriæ in Ducatu Chijouień. & Ruſſorum, ille dum intendit domum erectam & ab hoſtibus ante quaſſatam cooperire, reiecit intentum cum incepto opere, & erecto ſigno belli collegit manum, & cum Principe victor euaſit. Quapropter ponuntur fulcra cum ſigno bellico, euerſa tamen, quia ob amorem pacis & patriæ protinus reiecta fuerant.

OPTIMVS CIVIS ET MILES.

VNicum eſt quod optimum tàm ciuem, quàm militem ſtatuunt. Nimirum prodeſſe patriæ & cominus & eminus. Nam ſicut hoſti

patriæ

patriæ cõuenit, optimo ciui & militi ſemper & vndequaq́; obeſſe, ita bono ciui conuenit patriæ ſemper prodeſſe. Quapropter Ludouicus duodecimus Gallorum Rex, dum aſſumpſerat Echinum in Symbol. ſubſcripſit, cominus & eminus innuendo quod ſuis aduerſarijs ſit hoſtis, tàm ex propinquo, quàm longinquo loco. Optimos ciues Patriæ & milites ô Holubouicij, iam vos declaraſtis in primo hoc veſtro parente qui plus bonum commune, quàm particulare amplexatus fuerat, & magis patriæ, quàm ſibi prodeſſe elegerat. Declaraſtis & in vobis metipſis, nam qui & quales fueritis in bello & in Regno hiſtoriæ plurimæ retulerunt. Nam vt ſol nullas exhorreſcit tenebras, ita veritas nullis opprimitur incommodis. Lego Clotharium Regem Francorum in Symbol. Petraſantæ, quilicet rotam molendini, quàm aquæ rotant & inuadunt in Symbol. acceperit, tamen ſubſcripſit: *Conuertunt non euertunt.* quaſi dicat, præbent exercitium non exitium. Ita optimus ciuis Patriæ & miles, qui magis mori pro Patria, quàm viuere ingruente malo in eam eligit, licet appetatur iniurijs, tumuletur inuidijs, nunquam tamen euertitur, ſed magis conuertitur; nec quando exitium plus, quam exercitium virtutis, inde moderatur & cogitat. Hæc veſtra fuit ſemper intentio, hic amor in patriam hoc deſiderium in Principem; vt prodeſſe non obeſſe, veri non ficti, ciues & milites haberi & fieri concupieritis. Mori enim cum laude mauultis, quàm viuere cum ignominia.

Rota molendini aquea.

FAMILIA CANTHERIORVM.

HOlub. *Quidam ex illis Kleſczeium ducem exercitus Moſchorum in bello aggreſſum Sereniſſimo Regi captiuum conduxit, reddidit, cuius rei gratia & bene remuneratus accepit bona & poſſeſſiones in Volhynia. Extat eorum priuilegium inductum in Actis Chijouienſibus. Manet eorum familia vſq; in præſens.*

Holubek diminutiuum ab Holub, vel ob ſtaturam mediocrem, vel ob affectum optimè aliis merentem.

Haurilius Holubek, ſub Vielicoluki oppreſſit Tartaros cum Volminſci o Georgio Caſtel. Poloceñ. filio, ſub Rabſtino magna ſpecimina fortitudinis declarauit. Occiſus in bello ad Bycinam 1588. Cui Stanislaus Grochowſki in ſuo poëmate Epitaphium non vulgare conſcripſit.

LAVS DEO & VIRGINI MATRI.

Digitized by Google

TESSERÆ GENTILICIÆ IN REGNO POLONIÆ & M. D. LIT.

ABDANK alias Skubow. 1.
Abdank ſecundò. 13.
Aichiger vel Aichinger. 15.18.
Alabanda vel Alba Luna 20.
Alamani. 23.
Amadei. 26.
Aries vide Iunoſſá.
Arca Noe vide Korab.

BAuorſciorum 30.
Beliná 32.
Belty 38.
Berſten 41.
Bialina 43.
Biberſtein 46.
Boduła 49.
Bogoria 52.
Boycá 57.
Bonarowa 59.
Boncza 62.
Boża Wola 67.
Boże zdarz 72.
Bokiiow 89.
Bratczycze 71.
Brochwicz 74. 76.
Brodzicz 79.
Brog 82.
Bronic 92.
Boleſſyc vide Iaſtrzębiec.
Budziſſ vide Gęś.
Báran vide Iunoſſá.
Bzurá vide Lis.

CHodkieuiciorum 95.
Cholewá 102.
Chrynicciorum 275.
Cielatkowa 106.
Charatinouiciorum 276.
Ciołek 108.
Columna 117.
Cruczyn 127.
Czerwnia 126.
Campus vide Ianiná.
Caper vide Koziel.
Ceruus vide Brochwicz.
Clauis vide Iaſienczyk.
Catus marinus vide Koth.

DAmbowa 128.
Dambrowa 128.
Dambrowſkich 138.
Dębno 141.
Dęborog 148.
Dolegá 150.
Doliwá 158.
Dria 197.
Drogomir 171.
Drogoſław 176.
Donhoff 170.
Drużyná 180.
Drzewicá 188.
Dub 191.
Dulicz 198.
Działoſſa 195.
Erinaceus 345.
Fogeluander 200.

GES
Geometer 203.
Godziembá 206.
Gołobok 211.
Gozdawá 216.
Glaubicz 220.
Grabie 208.
Griff 229. 239.
Grizima 237.
Groty 249.
Grzymáłá 253.
Gallus vide Kur. 255. 258.

HAbdank 1.
Hołobok 216.
Hamus 275.
Haratinow 276.
Helm 278.
Helt 282.
Herburth 286. vide Pawcza.
Hołowinſciorum 295.
Hippocentaurus 292.
Horologium vide Zegar.

IAłowicciorum 297.
Ianina 299.
Iaſienczyk 308.
Iaſienieckich 314.
Iáſtrzębiec 315.
Ielita 335.
Iez 346.
Iezierza 347.
Ilgowſkich 351.
Iunczyk 352.
Iunoſſá. 354.

KAłuſſowſciorum 373.
Kierdeia 375.
Kietlicz 380.
Kiniglis 384.
Kiſiel 387.
Kizinek 391.
Koilenczyk 405.
Kołodyenſciorum 407.
Kopaſſyná 409.
Korab 413.
Klamry 344.
Klinſciorum 399.
Korczak 424. 429.
Kornic 448.
Korony 454.
Korſſak 417.
Korwin 459.
Korzbok 464.
Kos 467.
Kościeſſa 468.
Koſy 475. Koth 478.
Kotſic 481. 487. 488.
Kownia 491.
Koziel 493.
Kroie 495.
Kromer 499.
Krupek 501.
Krupſki 504.
Krzywdá 506. Kur 508.
Kurcz 510.
Kuſſabá 511.
Kálinowa 515.
Kitá 522.
Korybuth 524.
Konczycz 532.
Kieiſtucz 539.
Koriath. 540.
Koſer 542.
Korecciorum
Kárá 552.
Krocy 554.
Krokwy. 556.
Kudbryn vide Iáſtrzębiec.
Kozlarogi vide Ielitá.
Kániowa vide Iáſtrzębiec.

INDEX

INDEX TITVLORVM ET DISCVRSVVM.

AVREA vita 239.
Auxilium inſperatũ 279.
Academia gloriæ 19.
Amor Dei & Patriæ 57. 71.
Amatores Patriæ 106.
Amazonicum robur 139.
Amabiles Deo 152.
Amicitia fida 71. 178.
Ambroſiæ fructus 193.
Animus generoſus 39.
Animæ triumphus 118.
Animi nobilis ſignum 198.
Anſæ pietatis 395.
Arca gloriæ & honoris 415.
Armorum ſpirit: ſacrar: 172.
Armarium Hercul. 414.
Arma Seiana 465.
Achilles Reg. & Reip: Pol: 143.

BElli acumina 497.
Belli iuſti duces 42.
Bellona Chriſtiana 392.
Bellum expertum 174.
Beneficentia 42.
Benedictionum fons 142.
Boni tripl. Cuſtodes 317.
Bonitatis nota 293.
Brachium Dauid 491.

CAſtimonia vitæ 378.
Campus honoratus 467.
Cœli fauor 189.
Cedo nemini 150.
Cedunt ficta veris 201.
Ceruina admonitio 75.
Certaminis præm: 211.
Columna liliorum 221.
Concordia fælix 507.
Coniunctio fælix 399.
Conſiliorum conſeru. 389.
Conſilij vis 249.
Conſternet nemo: 279.
Coruus auſpicat 460.
Corona fortitudinis 85.
Correctum viget 218.
Cos gladij flumen 412.
Cuſtodia pacis 177.
Cuſtodes tripl. boni 317.
Cubicularij Regnorum 310.
Chriſtus ſcopus 348.
Chodkieuiciorum dig. 96. 97. 101.
Clariſſimorum tit: 191.
Clauſtrum Religioſ. 265.
Crux protectio ſir. 399.
Crux ornat vincit 93.

DEVS Tutor 298.
Deo deuoti 508.
Dimidium nobile 217.
Diuitiarum centrum 33. 31.
Theſaurus 124. Cardo 168.
Domus fortunæ 58.
Domus ſolida 296.
Domus ſanctimonia 309.
Domus fælicitas 516.
Domicilium pietatis 77. 382.
Documentum pietatis 402.

ECcleſiæ ſplendor 143.
Eccleſiæ ornatus 359.
Equites liliati 222.

FAma 33.
Fama fortitudinis 522.
Fama precioſa 407.
Famæ odor bonus 75.
Famæ Oceanus 180.
Familiæ magnanim: 39.
Fauor cæli 189.
Fax gloriæ 109
Falx gloriæ 476
Fælicitas domus 516.
Fælicitas 27.
Fælicitas perpetua 90.
Fælicitatis æternæ om. 454.
Fælices Senator. 479.
Feſtina maturè 217.
Ficta veriſ. ced. 201.
Fidei propagatio 21.
Fidei Oratorium 107.
Fidelitas vera 428.
Finis optimus 451.
Firmitas perpetua 68.
Firmitatis centrum 192.
Fortitudo 24. 33. 71.
Fortitudinis viror 49.
Fortitudinis fluuius 181.
Fortitudo vera 102.
Fortitudinis opus 487.
Fortitudo infracta 264.
Fortitudo inuicta 286.
Fortitudo teuthonica 207.
Fortitudinis fama 522.
Fortis munitio Regni 502.
Fortunæ domicil. 510.
Fortunæ domus 58.
Fortunæ theatrum 126.
Fortunæ virtus 93.
Fortuna inuiolata 177.
Fortuna lubrica 60.
Fortunæ lulus 189.
Fortunarum maxima 149.
Fortuna aurea 465.
Flumen ſalutis 411.
Flumen cos gladij 412.
Fluuius Chriſtianus 410.
Flumina paradiſi 430.
Fluuij Cornigeri 433.
Fluuij honorati 432
Fluuius fortitudinis 181.
Flagellum impiorum 373.

GAlea ſalutis 280.
Generoſitas ſumma 33. 62.
Generatio caſta 222.
Generoſitatis ſpecimen 316.
Geſtorum ſtren. præmi. 525.
Gloria perennis 117.
Gloria ipſa vera 455.
Gloria magna 482.
Gloria virens 526.
Gloriæ fax 109.
Gloriæ robur 213.
Gloriæ ſpeculum 295.
Gloriæ piſcator 314
Gloriæ falx 476.
Gloriæ gladius 410
Gratiarum actio 80.
Gratiarum cumulus 229.

HAmus aureus 352.
Haſtæ ſalutares 339.
Haſtæ publicæ 340.
Hercules Polonici 355.
Honos à Deo 73.
Honos virtuti deb. 73.
Honos ſummus 253.
Honoris corona 85.
Honorati fluuij 432.

)()(Honoris

Honoris firmitas 213.
Hoſtium terror 196.
Hoſtium ſtrages 212. 534.
Hoſtium victores 250.
Hoſtium luſus 385.
Hoſpitium Sanctorum 256.
IESVS Chriſtus vobiſc. 45.
Iuſtitia æqua 91.
Iuſtitiæ cultores 533.
Inſigniorum nobilitas 41.
Intentio in Conf. Nob: arm. 73.
Ingenij operoſitas 103.
Iter virtutis 533.
LAus maxima 171.
Labor in virtute 16.
Labor auguſtus 42.
Labor ſaluificus 112.
Libertas aurea Nob. 449.
Libertatis decor 398.
Liber militaris 301.
Liberi barones 480.
Liberalitas benefica 513.
Ligatura ſalutaris 383.
Liliorum columna 221.
Liliati equites 222.
MAximi in Regno 3.
Mars non repellet 401
Mars vltor 298.
Martis torax 209.
Manus regales 449.
Malum irretitum 518.
Memoria æterna 351.
Medicina nobilitatis 234.
Mens bona placabilis 378.
Meta ſalutis 199.
Miles infractus 517.
Miles eruditus 348.
Milites ſtrenui 426
Militaris excell. 489.
Militaris conſtantia 458.
Militaris ſap. arma 475.
Militaris liber 301.
Militia fortis 128.
Milit: fort. ex milit. 129.
Milit: fort. ex diſc. mil. 130.
Milit: fort. ex audac. 131.
Milit: fort. ex equo 132.
Milit: fort. ex ar mis 133
Militiæ decus 127.
Militiæ icon. 133.
Momentum Chriſtianit. 122.
Monumentum perpet. 230.
Mors cita ſed beata 55.
Mors in vitam 160
Mundi figura 417.
Mundo terribiles 152.
NAuis virtutum 416.
Nobilitas vera 68.
Nobilis animi ſignum 198
Nobile dimidium 217.
Nobilis natura optim. 28. 29.
Nobilitatis erugo 195.
Nobilitatis veræ Symb. 140.
Nobilitatis germen 206.
Nobilitatis medicina 234.
Nobilitatis Lydius 483.
Nobilitatis Pol. aur. lib. 449.
Nodus gordius 381.
Non cunctandum 552.
O Primus ciuis & miles 556.
Oceanus famæ 180.
Opus regale 195.
Opus altum 237.
Opus inæſtimabile 275.
Orarorium fidei 107.
Oracula regni 356.
PAX victoriarum term: 256.
Pacis prognoſt: 230.
Pacis firmamen: 110.
Pacis cuſtodia 177.
Pacis tutores 496.
Palma virtutum 4.
Paleſtra virtutum 209.
Panis domus 83.
Panis abundantia 450.
Parentes clementiæ 408.
Paradiſi flumina 430.
Patriæ ornatus 461.
Patriæ ornament. 167. 18.
Patriæ ſalus 143.
Patriæ murus 256.
Patriæ odor 376.
Patriæ tutores 388.
Patriæ honeſtum 396. 515.
Patriæ vellera 358.
Patriæ amatores 106.
Patriæ decus 536.
Pietatis tabula 300.
Pietatis document. 402.
Pietatis domicil. 77.
Pietatis ſanctuarium 135.
Piſcator gloriæ 314.
Polonici Hercules 355.
Pomilegium feſtum 289.
Porta Principum 298.
Potentiæ faſtigium 123.
Poteſtas viua 238.
Poteſtas alta 308.
Poteſtas diua 336.
Pugna facit victores 509.
Pulchritudo peren. 262.
Pulchrum ex pulchro 500.
Pulcherrima accip. 288.
Pudicitiæ flos 49.
Præſidium regni 260.
Præſidium diuinum 79.
Præmium certamin. 211.
Præfecti magni 33.
Proſperitas ſecura 235.
REgnorũ Cubicularij 310.
Regum Secretarij 3.
Regales manus 449.
Regale opus 195.
Regno maximi 3.
Regum deliciæ 159. 258.
Regius ſapor 218.
Religionis vigor 80.
Religione ſummi 5.
Robur exoticum 523.
Religioſum clauſtrum 265.
SAcramentum pietat 135.
Sacramentum ſalutis 84.
Sagitta ſalutis 283. 469.
Sagitta fortis 284.
Sagitta ardens 285.
Sagit: aug. inſigne 470.
Sagittarum infrac. anim: 53.
Salus inter flumina 411.
Sapor regius 218.
Sapientiæ vis 253.
Sapientia vera 310.
Socraticum robur 281.
Saturni meridies 283.
Seiana arma 265.
Senatores fælices 465.

Secre-

Secretarij regum 251.
Silentij grauitas 204.
Solertia in reb. agend. 15.16.
Socraticum robur 281.
Scientia maximi 4.
Scopus Chriſtus 348.
Spes in Deo 45.
Spes publica aug. 502.
TAbula pietatis 300.
Teuthonica fortitudo 207.
Theſaurarij illuſtr. 265.
Theſaurus diuitiar. 124.
Terminus victoriarum 256.
Temporis lucrum 182.
Timoris domini domicil. 77.
Tyranni deiectio 505.
Tituli clariſſimor. 191.
Titulorum generoſ. 173.
Torax Martis 209.
Tutor patriæ Pol. 405.
Triumphatores hoſtium 63.
Trophæum victoris 391.
Triũphatores perpetui 544.
VAlor inſignis 167.
Vellera patriæ 358.
Vellum tranſparens 300.
Veritas coronata 512.
Victoriarum triumph. 110.
Victoriarum terminus 256.
Victores pugna 509.
Vigilantia ſolers 204.
Vigilantia in bono 385.
Virtutis iter 261.
Virtutis monitoriũ 112. 144.
Virtutis ſolidæ ſtemma 151.
Virtutum laurea 49.
Virtutum paleſtra 209.
Virtutum nauis 416.
Virtus excelſa 277.
Virtus monſtroſa 292.
Virorum magnor. inſig. 504.
Vita tuta 291.
Vita aurea 239.
Vita ſobria ſolers 427.
Vita honeſta 42.
Vita vtilis 42.
Vita delectabilis 42.
Vitæ curſus 54.
Vitæ odor 159.
Vitiorum ruina 494.
Vnum & magnum 346.
Vulnus melleum 338.
Vſus & experientia doc. 555

ALPHABETICVS RERVM.

A Litt. reſonat in pecto 408.
AA. quid ſignificat 407.
Abdank vnde 2.
Abdank ante Skubow 2.
Abdank leo tenet 13.
Ab eo ad eum 36.
Accidit in puncto quod non 507.
Achilles Athenienſ. 63.
Achilles quis 543.
Accipiter 315.
Accipitro omnia cedu. 317.
Ademit lucem & vuln. 399.
Adulterium punitum 90.
Agamemnonis clipeus 316.
Agnus Stem. Abr. Patr. 359.
Agnus paſchalis 359.
Agnus è cera 359.
Agni coloris virid. 358.
Agna præcidanea 357.
Ageſilai admon. milit. 40.
Agriculturæ fructus 83. 84.
Ala virtutis 195.
Alæmanorum hercul. 28.
Alphabetum milit. Chr. 301.
Amandus S. in bap. Amen 379.
Amaſonicum robur 139.
Amicitiæ vtilitas 71.
Amicitia non rump. 72.
Amicitiam quæ rump. 72.
Amicitia fidelis 178.
Amicorum parent. 179.
Amor patriæ 77.
Amor Chriſti mai. patr. 94.
Animare ad bellum 54.
Annulus Secret. 177.
Annulus nobil. ſign. 198
Annulus cum ſagit. 176.
Annulus medius 138.
Annulus cauſa mortis 167.
Annulus cum horologio 349.
Anſa cum gladio 102. 104.
Anſa pietatis 325.
Anſa nauis 395.
Anſer honori 203.
Anſer vigilantiæ nota 204.
Anſerum tecinora 204.
Anſer ſilentij nota 204.
Apes roſas cognoſ. 201.
Aqua à corde 289.
Aqua vt oleum 181.
Aquila ſig. Fælicit: 27.
Aquila cum corona ann. 26.
Aquila ſine cauda 27.
Aquila ſedens & vol. 27.
Aquila ad natum Alex. 27.
Aquila calcat fulm. 27.
Aquila Pyrrhus dict. 27.
Aquilam depluma corui 196.
Aquila confec: Aug. 263.
Aqnila panem erip. 451.
Aquila in quercu quies 192.
Aquilæ gratitudo 500.
Arbor generat mel 182.
Arma Polon. ad bellum 405.
Arma gentis mut: mal. 406.
Arma minima mul. ſig. 172.
Arma ſpirit. 172.
Arma Chriſtiana 261.
Arma mil. victor fort: 133.
Arma, veni cape 133.
Arma nob. piet. ſpec: 135.
Aratrum cum tribus rotis 43.
Arabat Angelus pro hom. 43
Ariſtidis laus 168.
Aries groſſo venditur 315.
Arena exerc. milit. 414.
Aræ milit. ad præl. 467.
Arietis dorſum nob. equit. 359.
Arietinum oraculum 356.
Aries in paſcua hoſtium 355.
Arx clauſtrum 265.
Arx Sauonæ 265.
Arx ab Arcadibus 265.
Arx ab arcanis 265.
Arx munita potior 265.
Aſcia in nummis & Capit: 90.
Aſcia cum Aurum. & Ver. 90.
Aſcia & ſecuris in ſep. 42.
Aſcia fabrilig. cum cruce 89.
Attila flagel. Chriſt. 373.
Aurum comit. auro 2.
Aula vitanda 22.
Auri pondus 31.
Aures demiſſæ erectæ 78.
Audacia dea 131.
Audacia ſine deſperat. 132.
Aurum pro honore abiec. 151.
BAcho ferula offer. 427.
Baliſtarum ſpicul. 38.
Baptiſmo loq. remou. 142
Baptiſatus reſp. Amen 379.
Barba ænea os fer corplum 81.

Bellum errorem non 218.
Bellum dulce in exp. 174.
Bellum quom: indiceb. 392.
Belli exercitium 24.
Belli vir in primo congr. 24.
Belli dux annorum 9. 255.
Bellicæ virtutis laus 103.
Belli tempore potior 126.
Bellica gloria quo 54.
Bello bis peccare 206.
Bello quis aptus 254.
Bello nulla ſalus 256.
Bellatori non ſemp. ced. 173.
Bellonæ columna 98.
Benè omnia 393.
Benedictio Aſſer 91.
Benedictione panis 86.
Benedictionis fons 142
Beneficentia 43
Bernardi S. arma 167.
Bibacium damna 417.
Bylinæ Archiep. Epitaph. 14.
Bialobrzeſcij laus 10.

CAliſſiæ turres 166.
Campus Martius 467.
Campus purpureus 483.
Canis nobile ſign. 425.
Canis in Cypho 425.
Canis prudentia 426.
Canes rixant lup. conc. 426.
Capilli veſtarum 432.
Capricorni natiuit. 493.
Caper Bachi victima 494.
Caper ruina vitior 494.
Caper cum elephan 494.
Caper Oryx 494.
Carolus V. ſcept. pon. 5.
Caſtanea 16.
Caſtitas quo ſeruatur 222.
Caſſia ad Centrum tend. 193.
Caſſis cum lancea 279.
Caſtri inſcriptio 109.
Cattus ſig. boni exerc. 478. 482.
Cattus Deus 480
Cataphractus miles 543.
Catena herculis 389.
Catena virtutum 4.
Cæſarum gloria vana 296.
Centaurus 293.
Cœlum & oratio hab. ment. 22.
Cœli ſigna in Corp. Aug. 309.
Celtæ nulli cedunt 434.
Ceruus cum corona 75.
Ceruina admonitio 75
Ceruinum cor 76.
Ceruus ſerpent educ. 75.
Cernorum cornua 77. 46.
Corui caſtrorum munit. 77.
Cerua cornuta 77.
Cerua ex tonitru part. 77.
Ceruus amicitiæ 78.
Cerui aures demiſſ. erect. 78.
Cerui cornu cum ala vult. 195.
Cerui caſtrati 47.
Cerui cornu ſerp. toll. 47.
Cerui cornu ſig. fort. 47.
Cieklinſcii Epitaph. 10.
Cicadæ ad capillos 106.
Ciphus cum cane 425.
Ciphus aureus 425.
Ciuis optim. manus Reg. 449.
Ciuis quis bonus, malus 450.
Coruinus Val. Meſſ. 459.
Coruus in auſpic. anim. 460.
Coruus albus 460.
Coruus cum Sole quid 460.
Coruus panem porrigit 461.
Coruus viri celeb. hier. 461.
Coruus lapideus 461.
Coruus ſobri prud. Symb. 461.
Coruus SS. cuſtos 461.
Coruus à ſcorp. occ. 461.
Coruum deludere 462.
Coruinus Huniad. 460.
Corui aquilam deplum. 196.
Corui hoſtium terror 196.
Coruus boni ſignum 349.
Cor cum liliis & imag. 222.
Cor in ventre 209.
Cor hirſutum 90.
Corrige vigebit 218.
Corpus Alex. M. honor 75.
Corporis Christi dies 86.
Corona graminea 85.
Corona fortitud. 85.
Corona quercina 194.
Corona ruthea 455.
Corona cum liliis à cruc. 456.
Gorona gloriæ Symb. 455.
Coronæ regales 454.
Coronati pugnant 434.
Coronatio in 13. ann. 509.
Cornix loquitur 393.
Coſſorum agmen. 477.
Cocles Horat. 298.
Conſtantia Capiſtrani 460.
Conſilia in tentorio 389.
Concordia parua Creſc. 507.
Goncordia quom par. 507.
Conuerſio pec. ad tonit. 78.
Conſilia ſileantur 205.
Conſilium in ſenibus 207.
Colus cum fuſo 253.
Color albus vitæ 73.
Commodus cur incom. 29.
Conatus hominis 74.
Goncordia 11.
Columna Thæſei 97.
Columna cum corona 117.
Columna intra aquilam 117.
Columnæ inſcrip. plus vlt. 118.
Columna cum luna hæd. 118.
Columna ferea 119.
Columna latericia 119.
Columna Bellonæ 93.
Columnæ ætreæ 100.
Culter Philoſoph. 497.
Culter auro prætioſior 947.
Cultellus ſignum pacis 49.
Cupreſſus & palma 516.
Chmieleccii Epitap. 64. 66.
Chriſti corpus verum 84.
Chodkieuicii laus 3.
Chodkieuiciorum dign. 96.
Chodkieuicii col. fidei 95.
Chodk. animus in hoſt. 97.
Chod. oratio 98.
Chodk. murus patr. 99.
Chodk. vires mors mir. 99.
Chodk. fundat Eccl. 100.
Chodk. fortunarum germ. 100.
Chriſtiani nob. proba 484.
Chriſtiana terra 107.
Chriſti miniſt. latr. n. tim. 21.
Cruces tres in campo 79.
Crux omnium ſecur. 80.
Crux in grat. act. ere 80.
Crux è terra ſubleu. 44.
Crux habet primas omn. 44.
Crux preit exercitui 45. 93.
Crux ſpes omnibus 45.
Crucis poteſtas pro nob. 45.
Crux quo fine in armis 57.
Crux Athenien. inſort. 57.
Crux ante & poſt Chriſt. 57.
Crux quæ ſignif. 58.
Crux plenit. virt. 58.
Crux cauſa beat. 58.
Crux in cœlo 58. 59.
Crux alba rub. virid. 59.
Crux mera ſalut. 199.
Crucis beneficentia 71.
Crux & palm. & Cupr. 71.
Crux teſtamen. legat. 73.
Crux cum liliis 73.
Crux ſupra aſciam 93.
Crux digne portand. 91.
Cruce lib. à latr. 94.

Crux

Digitized by Google

Crux militi do num B. V. 122
Crux faſtigium potentiæ 123
Crux à corona Vngar. 124
Crux in porta 115
Crux Eccleſ. lumen 143
Crux cum filiis 144
Crux ſolidæ virt ſtem: 151
Crux hoſtium ſtrages 348
Crux ab Angelis def. 348
Crux ſignum vitæ fut. 348
Crux adimit vulnera 399
Crux cum panibus 448
Crux in fidelem conuert. 452
Crux cum imaginibus 452
Cruce ſignati vincunt 124
Crucis ſerui beati 134
Crucis blaſphæmi pere 145
Crucis ſignificatio 122
Crucifixus dux belli 80
Cruces tres in ſtipite 57
Cracouia arx theſaur: 266
Clipeus eſt liber 301
Clauis aurea 308
Claue ſubditio facta 309
Clauis cum ceſpite terra 309
Claues arma Noe 309
Claues dii eum ſeris inue 309
Clauis in manu Ianit. 309
Claue findere ligna 310
Clauis cum ſerpente 310
Claues regnorum tres 311

DEVS adiutor boni, 265
Deus tutor 298
Deus adeſt in fælicibus 54
Deus max. Zamolxius 338
Deus non repudian. 511
Deus tardit ſup. grau. com. 373
Deus in omnibus 19
Deus faueas 72
Deus fortuna fortun, 149
Deus meta ſalutis 199
Dei preſidium quan. 3
Dei amor præ omnib. 119
Deo & Regi honorem 511
Deo nil melius pot. cog. 21
Deo adhæreſcere 55
Deum ſub vmbra cole 84
Deum & patriam cole 201
Decus floret decore 315 136
Decoris imago 398
Dembrotes 141
Defidia improba Syren. 40
Dialogiſmus Fori & Adr. 105
Direptione falces dati 119
Dictator vltim: ref. 173
Diſcipuli tria hab. 204
Diuina ſine lum. non que. 104
Diuitiarum domus 166
Drzeuieccii Epitaph. 116
Diuitiæ veræ 168
Doctus & pius differ 315
Domus conſecratio 296
Domus vt conſeruet 61
Domus panis bened. 86
Domus ſapientis 93
Domorum inſcript: 123
Dormiens nulla re dignus 17
Dux crucifixus 80
Duce militia fortis 129
Ductor belli quis fælix 402

ECho Charatinoui. 277
Eccleſiam reparat. gen. 260
Eccleſiarum fundat. 101.
Eccleſiæ ſplendor 143
Educatio honeſti cuſt. 417
Educat puer. in Gall. 376
Eleæmoſina fort. & 86
Enſis acut. dat regna 158
Epitaph. Zamoiſcii 268
Epitaph. Naraiouſc. 305
Epitaph. Slomou. 4
Epitaph. Hoinſcii 4 8
Epitaph. Konarski 5
Epitaph. Bialobrze. 10
Epitaph. Rogowſcii 11
Epitaph. Pampouſ. 214
Epitaph. Rob. Arch. Gneſ. 109
Epitaph. Vitellii 112
Epitaph. Macieiou. 114 116
Epitaph. Drzewiec. 116
Epitaph. Srzenſci 152
Epitaph. Epiſcopi Poſnan. 152
Epitaph. Falcouii 159
Epitaph. vincent. Archiep. 161
Epitaph. Socolouii 221
Epiſcopi vita exemp. 415
Epiſcop, cedit ob ſen. 7
Erinaceus ſcit diff. part. 346
Erinaceus præſent. peric. 346
Error in pric. mag in fine 271
Equus opt. ſignum militi 21
Equus ſignif. cupiditat. 21
Equus candid. pro atro 22.
Equus incitatus 132
Equus Seianus infæl. 132
Equus Sabaritae. 132
Equus donatus femu. 194
Equi boni alendi ad vitæ 142

FAber lign. dux Regi 102
Falco in ſcuto 316
Falx lupinaria 476
Falx ſapientiæ 476
Falx piſcis 476
Falces militares 476
Falces ad currum 476
Falces murales 476
Fama manet fam. tran. 75
Famæ ſtimulus 125
Faſces ad direption. 119
Fax die media 2
Feci fregi 19
Fælix nemo per omn. 60 218
Fælicitas in quo conſ. 28
Fælicitas vera quæ 90
Fælicitas perp. vnde 91
Fælicitas Syllæ 99
Fælicitas domus vn. 517
Fælicitatem ſig. aquil. 27
Feneſtra ad vitia 16
Ferrum non aurum præſ. 5
Ferrum parturit. auru. 31
Fætus ſpiritual. 78
Feſtina lente mat: 217
Feudalium obligatin. 19
Ficus bonæ 288
Ficus non habeb. mare 418
Fides Deo & hom. ſeru. 81
Fides duplex 107
Fides promouenda 107
Fides quid eſt 21
Fides quo propag. 21
Fidelitas vera quæ 418
Fides telum Chriſtia. 535
Filiorum amor patr. min. 77
Filiorum legitt. proba 77
Filii damnant ob pat. 112
Filii cum cruce 144
Filii nouem partur. 512
Folia ad ſcrib arbor 4
Fornix criſtallina 2
Fortis in aduerſis 14
Fortis à fortibus 24
Fortis in tabula 300
Fortis viri deſider. 33
Fortis quis 47
Fortis viri palmæ 71
Fortis in bello quis 134
Fortem faciunt tria 207
Fortitudinis corona 85
Fortitudinem adu. parit. 94
Fortitudinem quæ requi. 103
Fortitudo via regia 102
Fortitudo orat iung. 103
Fortitudini ſap. iung. 254
Fortuna in ſummo 48
Fortuna quand. fraud. 73
Fortuna quom. vna 48
Fortuna ciuitat. impell. 33

Digitized by Google

Fortuna volubilis 48
Fortuua Agamemnonis 93
Fortuna inſtabilis 189
Fortuna fortunat. 149
Fons benedictionis 142
Foribus inſcribe 262
Fulgur in ſcuto 316
Flos campi 159. 161
Flos ſpem ſignif. 502
Flos res caduca 377
Flumen inquo formæ rerum 181
Flumen in quo aurum 181
Flumen Dei 181
Flumen Alph. ad ſacr. 410
Fluuius dat colores 181
Fluuius fortitudi. 181
Fluuio lota ſaxea fac. 181
Fluuius interficiens 181
Fluuius non obru. Eccl. 182
Fluuii Tauri 410
Flumine cap. filius 411
Fluuii paradiſi quid ſig. 430
Fluminibus Ceſaries 432

Galeata familia 279
Galea cum cornib. 278
Galea cum coruo 279
Galea ex corticibus arb. 280
Galea ſalutis 280
Galea ſuperaltare 280
Galea in capite 281
Galeata facies 281
Gallus pro ſtemmate 508
Gallus Ioui ſacer. 508
Galli inteſtina 508
Gallus deuotum ſig. 505
Gallus incitament. mil. 509
Galli pugna cum coturn. 509
Gaudium nobilis ducis 511
Gaudia humana vana 54
Generoſitas non comp. pec. 62
Generoſi animi ſigna 177
Generoſus quis 317
Globi bellici in armis 24
Gloriæ ſtudium quid 16
Gloriæ fax 109
Gloria & honeſt. non com. 109
Gloriæ deſider. 113
Gloria perennis 118
Gloria in arduis 253
Gloria mater annor. 526
Gladius breuis in bel. 33
Gladius piſcis 34
Gladio quan. ben. vti 104
Gladii & anſarum prop. 104
Gladii annulo ſignati 133
Gladius appon. auro 391
Gladius per ſolem 392
Gladius ad lat. honor. 458
Gladius quaſſat hon. 458
Gladius amiſſ. in bel. 458
Gladius bonus 337
Gladii in pomo 286
Graminea corona 85
Gratiarum pullus 78
Gratiarum actio crux 80
Gratiæ Deo ſemper dan. 80
Gratiarum cumulus 230
Gratias & laudes 230
Griff fortid. ſign. 98
Griff quale animal 236
Griff cum cauda drac. 237
Griffæ dignitas 237
Griff. poteſtatis imago 238
Griff. ob naſum 239
Griffina regina 239

Habenæ mentis 22
Habitus Comit. Sabau. 19
Halicienſe bellum 253
Hamus arma 275
Hamus aureus 325
Haſta proba equi Trai. 207
Haſta pura q uid 253
Haſta arma præcip. Pol. 255
Haſta centum viralis 336
Haſta vt Deus 337
Haſta ſceptrum 339
Haſta quæ bona 337
Haſta publica 34
Haſta ſalutis 319
Haſta non lyra viden. 264
Haſta in cruces fort. Teut. 207
Haſta caſſidem quatit. 279
Haſtarum ſpicula 252
Hatto Epiſcopus 117
Hoſpitalitas beſtiis grata 27
Hoſpitium SS. mundus 258
Hominis vera æſtim. 136
Homo ſeipſi reuerea 140
Homo vanus 108
Honeſtas Chriſtiana 152
Honeſtum & laus 109
Honeſta petenda 152
Honor auro præſt. 151
Honoris pictura 371
Hoſtium ſanguis 386
Hippocentaurus 292. 293.
Herburth 287. 291
Humilium exaltatio 125
Hyenæ pellis 544

IESVS Chriſtus vobiſcum 45
Ieſus quando nobis 45
Ieſus domui ſcribe 123
Iouis dominium 191. 218
Iudicis conditiones 91
Iudicii Chriſt. imago 395
Incus fortem ſig. 151
Incipe & perfice 218
Indulgentia parent mala 68
Infringit ſolido 151
Inteſtina vituli 111
Interceſſio fil. pro patre 112
Intuens piet. diſce 410
Imperii additamen 81
Imolare boues 112
Iuſtitia æqua 91. 92
Iuſtitia ſalutata 91
Iuſtitiæ quærimonia 140
Iuſtitia pennis ornata 533
Iuſtitiæ emblema 534
Iuuentus ſenilis 451
Ira refrenanda 378

Kazanouiorum laus 272
Kiſielii vnde nominat. 387
Kiſzkorum laus 132
Koreccii Epitaph. 544

Labor pro amico 179
Labor adomnia 16. 17
Labor ſaluificus 112
Labor pro patria 144
Labarum à labore 244
Lachrimæ ante Deum 412
Lechrimas inter & ſuſpir. 417
Lachrimæ hinc & dolor 513
Lamperti Epiſcopi Epitap. 5
Lancea ſancta 207
Laus non indetr. aliis 39
Laus Iulii Ceſ. 97
Laus Archiep. Viliba 123
Laus magna quæ 523
Laus non omnis app. 265
Lapis vt Lyra ſonat 167
Lapides cum imag. Ieſu B.V. 169
Lapides tres prætio 166
Lapis cleopatræ 165
Lapis Pyrites 167
Lapis mergitur & natat. 383
Lapis pretioſ. mort. cauſ. 167
Lapides erecti in troph. 99
Latine ſenex didicit 505
Leo cum flamma 93. 316
Leo quorum ſtemma 504
Leo herculanus 505
Leo datur victo tyranno 505
Leo nouit ſemper percuſſ. 505
Leo herba 505
Leo cum aurea facie 13
Leo hercules Ælæman 25
Leones cur alunt Boii 25

Leones

Digitized by Google

Leones alere, gignere 25
Leonis ſpolio vulpina 251
Leonidæ dictum 40
Lokietek peregrin. 26
Leopolis turres 266
Lepus nobilium inſig. 385
Lepus luſus hoſtis 385
Lepus ſe ſanguine ting. 386
Lepores triplices 386
Leporinus pelliceus 253
Lex eſt libertas 449
Lex in præiudicium 449
Liber quis 449
Liberi ſurgant, ſerui ſedeant 449
Libertas Dea 449
Liberi vt permaneant 449
Libertas quid 207. 480
Liberi Barones quid 480
Libertatis delineatio 513
Liber arma Abdank 5
Liber Euangelii 55
Libri regibus legendi 19
Libido quo fit 222
Ligatura Iulii Cæſar. 383
Lilia cum conſolida 221
Lilia ex ſepul. S. Vital. 221
Lilia fig. fortitud. 50
Lilia fig. virtutem 51
Lilia columnæ quæd. 221
Lilia non ſunt in ſolit. 222
Lilia caſtit. ſignif. 222
Lilia manibus plenis 223
Lilia cum corde & B. V. 222
Lilia ſues non am. 222
Lilia ſanant fætores 222
Lilia regius flos 49
Lilia pudicitiam fig. 50
Lilia cur flor. in die S. ſeu. 51
Liliorum armis qui vtun. 377
Libido quo fit 222
Lingua aduritur ſecret. 81
Lineæ ſeſe ſecantes 4
Lingua coax ranis 5
Lingua turbat pacem 113
Litteræ VV quid 1
Litteræ A. M. 3
Litteræ X. K. 143
Litteræ N D. N L. VE. 277
Litteræ in ſcutis 301
Litteras inſtabilis neſc. 311
Lucem addere 2
Luna cum capite equi 20
Lunæ quæ ſupra profic. 21
Luna alba ſerena. 21
Luna Perſis opt. ſig. 21
Luna ſoli propior min. 22
Luna eſt ſpeculum canl 22
Luna æuum ſignif. 21
Lunæ vectatio 69
Luna cum ſtellis 106
Luna cœlum 107
Luna manibus affect. 107
Luna ſtemma Rom. 140
Luna cur cum ſtella 190
Luna nunquam decreſc. 189
M Litt. magnum ſig. 3
Macieiowſcij encomia 109
Magnus vir cogn. ex vultu 3
Maltenſium religio 316
Malum vniuerſale 378
Malum triplic. proue. 318
Malum ſuperandum 433
Malum pro bono non 73
Maliſouij laus 213
Manus aurea 33. 75
Manipulus in quo fulm. 86
Manus armata cum gladio 523
Manus arm. cum annulo 523
Manus ſomniata 450
Manus cum picto gladio 410
Mars victor 298
Mars non repellet 401
Martis cum Ioue coniu. 40
Martis cum Iou. domin. 213
Martis filii Regum del. 258
Martinus Arch. Gneſ. Bon. ſep. 494
Mariti admonitio ab vxo. 75
Maria Virgo B. crucem milit. 122
Mariæ imago cum cor & lil. 222
Matronarum virtus 223
Medium tenuere beati 218
Merces erit alia 526
Melius eſt altero quid 427
Memoria æterna 351
Meridies nox media 284
Mentis habenæ 22
Midas aures aſininas 81
Miles Chriſtianus à non 260
Miles verus, fortis, 208
Miles bonus ſine peric. 260
Miles delicatus 254
Miles effeminatus 197
Miles ab aratro 178. 416
Miles occiſus pug. 99
Miles ſtrenuus 127
Miles plus tim. duc. quam hoſt. 131
Miles ſolidæ virtutis 251
Miles ſummum bonum reip. 347
Miles ſtren. expect. 427
Miles inuictus 518
Militiæ Chriſt. alph. 501
Militares coronæ 415
Militis officium 416. 489
Militaris excel. tribus 489
Militaris virtus præſt. 103
Militum occup. in Caſt. 103
Militum otium 104
Militum præſidia 104
Militemus, laboremus 127
Militia duce fortis 129
Militia fortis milite 129
Militiæ rectæ capit. 130
Militum ordo Tribaliis 130
Militia fortis ex diſcip. 130
Militia fort. ex audac. 131
Militum concordia 261
Myſzkouius occ. D. *Zator*: 317
Myſzkouiorum laus 318
Murales coronæ 266
Mundi honor labilis 377
Mundi figuræ 417
Munitio caſtr. torm. 502
Mulieris inuict. animus 77
Muri ciuitat. quo firmi. 98
Murus patriæ 98. 99
Murus æternus 99
Murus patr. ferrum 254
Mundus eſt hoſpit. 256
Muſicus Nero periit 104
Mulieres ornat ſilent. 204
Mors bonis bona 160
Mors cita ob peccat. 160
Mors ad vitam quib. 160
Mors in præmium 53
Mors cita beata quib. 55
Mors miratur viri vire. 99
Mors Aul. Vitel. 110
Mors pulchra 339
Mortuorum ſtatuæ 135
Mortis cauſa annulus 167
Mortuus & otioſus diff. 16
Morauia in treſ. p. d. 39
Molendini rota 511
Molaris manu toll. 487
Mons vnde 299
N Atus cum gladio 410
Nauis cum oculo 417
Nauis ſanc. pallium 417
Nauis Iſidis 69
Naues quæ ſecuræ 417
Nauigator bonus 523
Nauium inſtrumen. 416
Naturæ mirand. opus 221
Negligit ima. 477
Nepotum dea 508
Nec ſorte nec fato 281
Neronis palatium criſt. 2
Negotia qnom. tract. 16
Ne quid nimis 58

Nemini cedo 150
Nodus gordius 381
Noſſus captus 381
Nobilitas bona bonis 383
Nobilium porta oriens 391
Nobiles veri 400
Nobilis viri imago 465
Nobilis ignobilis 460
Nobilitas mag bonum 19. 483
Nobilis proba 483
Nobilis medicina 235
Nobilis moribus gen. 201
Nobilitas cui debetur 199
Nobili auro & verbo cred. 199
Nobilitatis bonum 140
Nobilis de generatione 104
Nobilis quo degener. 100
Nobilis non ſit degen. 100
Nobilis curæ occup. 103
Nobilis laboret in hon. 68
Nobilis tres virt. exer. 64
Nobilis natura in nobili. 28
Nobilem quæ conuen 29
Nobilis hæres fort. & virt: 29
Non putaram 218. 281
Nomen nouum 85
Nomen & mores conu. 69
Non exoratus exorior 513
Nummus Pyrrhi 27
Numeri 7. 8. quid ſig. 31

OCto numerus obliuio 81
Oculi omnium in vnum 168
Oculus in naui 417
Offenſa condonan. 378
Oleſniccii laus 143
Oleum virtutis 143
Opera præſtant. verb. 54
Opes ſine auro 84
Opes in pectore 81
Opes expetendæ 280
Opes Regni quo accum. 202
Optimum quod eſt 108
Oppugna & defende 130
Operandum quomodo 152
Oratio humilis 58
Orationis malleus 118
Oratio præcedit gra. 149
Oratio exercit. iun. 289
Orata piſcis 276
Ornatus gra. & leu. 93
Oſſa Oreſti quom. inu. 527
Otioſus & mort. idem 16

PAX cum Deo & hom. 111
Pax vera 112
Pax violata 145
Pacis cuſtodia 177
Pacis ſigna raſtrum 330
Pacis firmament. 110
Pallas armata 253
Pallas Dea ſap. 254
Palatii inſcriptio 257
Palmæ excellentes 4
Palma & cupreſſus 71
Palma ſig. virum fort. 71
Partus cum ſonitu bomb. 294
Partus piloſus 294
Partus cum lapid. 294
Panis azimus in coron. 86
Panem aquil. erip. 451
Panis domus non aur. 84
Panis & vin. ad ſacri. 85
Patientiæ gradus & præ. 94
Patriæ ethymon. 106
Patriam omnes amant 107
Patriam non vnifor. am. 107
Patria defendenda 107
Patria anteponenda 77
Patria victrice beati 77
Patriæ ſalutis genit. 144
Patriam defend. augur. 34
Patriam ſaluam cogit. ciuis 388
Patriæ ſeruire 402
Patriæ & Deo omnia 513
Pauo cum ſagitta 52. 53
Pauonis pennæ ex turr. 262
Pauonem abire 261
Pauo Auguſtarum conſe. 263
Pauo concordiam ſign. 263
Peccatoris conuerſio 78
Pedes cum ocreis 171
Pedum ablutio 173
Pedagog. inſtructio 376
Pellis aſinina 279
Pennæ variæ vnde 537
Pennarum faſciculus 523
Pennæ faci : volare 39
Pœnitentia vera comp. 182
Peſtis cruce curatur 58
Peregrinatio Lokietk 26
Perfidiæ mac. ſemp. 31
Præmium pro re mala 111
Precatio bona 281
Pictores Xeuxis 360
Pietatis dignitas 413
Pietas Catonis 382
Pietatem diſce 410
Pius & doct. diff. 315
Piſcis Orata 276
Piſcatio gratiæ præc. 314
Piſces aurei 465
Piſcis nobilitat. arma 209
Piſcis natans 208
Piſcis virt. magiſt. 209. 210
Piſcis percuſſ. tunc coqui 218
Piſcem enixa mulier 209
Pyrrhus cur dic : aquil. 27
Pyritis lap. vis 167
Pinum è terra erip. 211
Pinus in hortis 212
Pinus excidium ſig. 212
Pinus ornata gemmis 213
Poeticus luſus 190
Pomum pro boue imm. 287
Pomum interficiens 287
Pomum cum oracul. 288
Poma Sodomitica 290
Poma quæ mors auf. def. 290
Pomorum vncinum 289
Pomorum folia med. 288
Poma cœli 288
Poma valde bona 288
Poma in ſtatua Herc. 287
Pomarius medicus 289
Pomicoronarium 289
Poma benedictionis 288
Poſnaniæ turres 266
Poteſtas viua 238
Potentis dejectio 125
Porta Princip. 298
Porta aperta pac. ſig. 256
Portarum cognomin. 298
Porus Indorum Rex 173
Pugna ſub vmbra telor: 40
Pugnandum non teme. 132
Publica ſpes fulciend. 151
Pulchrum non omnib. 364
Pulcherrima famil. 388
Pulchritud. res diuina 500
Pugnare pro patr. opt. 483
Planetarum modific. 397
Plus vltra 118
Principia à Deo 451
Precatio bona 381
Princeps mag. pro bell. 22
Principis loco dign. 47
Principibus docum. 111
Præmium pro bono 111
Proximi adiutorium 81
Pſarſcii commend. 5
Princeps & ſen. qual. 212
Pſonkorum laus 301

QVadrigas vitare 479
Quercus fulcrum Mar. 193
Quercus terebintum 193
Quercus Ioui dicat 192
Quercus cum aquil. 192
Querci ramus 191
Querci dignitat. 192

Querci

Querci fructus panis 192
Querci fructus ambro. 193
Quercus cum aquila 192
Quies tutiſſima 192
Raſtrum Symb. Henr. 8
Raſtrum vnum 229
Raſtra tria 214
Regna cum tranſfer 282
Regnum aliud quere 382
Regis peccatum 378
Reip. cui benè ſper. 267
Regum controu. Arm. 68
Remus ardens 127
Reſpub. duob. ſeru. 507
Reſpondeadneceſſ. 135
Regum del. filii Mart. 258
Rinoceros non vincitur 63
Romanorum munitio lilia 503
Romani victori pendent 391
Romæ dignit. antiq. 238
Roſa aurea 75
Roſa fit quod calco 159
Roſa ſcarab. enec. 159
Roſa ex fæm. nata 159
Roſa regina floru. 159
Roſa concil. amor. 159
Roſa flos campi 159
Roſa ſanat vuln. 159
Roſa ſanata Reg. ſpon. 160
Roſæ tres 158
Roſæ cito decid. 160
Roſæ verè ſictè 201
Roſæ vngu. enec. vultur 196
Rotæ variè 41
Rotæ ab aratro 41
Saydacius 284
Sacrificans fugit. 60
Sarius miles 335
Sarii arm. origo 336
Sagitta artificioſa 44
Sagitta in ore pauo 52
Sagitta fracta 52
Sagitta vrens 53
Sagitta triumphat. 53
Sagitta è cœlo 469
Sagitta nobilitans 469
Sagitta ardens 285
Sagitta in columna 287
Sagitti porens in cœlo 283
Sagitta per aërem 282
Sagitta colub. pater 284
Sagitare Parthi ab inc. 283
Sagitta in vindict. 284
Sagittæ ſpes 416
Sagittis diuinatio 470
Sagitta tincta 285
Sagittam vibrat Deus & hom. 53
Sagittis domus 470
Sagittarius in Zodiac. 516
Sagittarii admirand. 53
Sagittarius plus quam ſcorpio timend. 151
Sanguis hoſtil. gen. fac. 174
Saturni & Mart. diu eff. 123
Salmonum luſus 217
Salmo ex dul. aq. non reu. 218
Salpo percuſſus coqu. 218
Salporum genera 218
Sapor tyranni ſang. 219
Sapor in ore & aure 219
Secretorum regula 510
Securis cum faſciis 71
Securis iudicatur 72
Securis ad aram 72
Securis cogn. Balduini 91
Secretorum Regula 510
Seminarium pro nob. ignob. 28
Seminatur in februar. 84
Sepulchrum virt. orna. 265
Senectus plena volupt. 479
Senectus vnde metiend. 479
Seruus Domino amabil. 502
Serpens eſt homo 47
Sententia digna memor. 75. 76
Seruiendi Deo Viltrudis del. 124
Sepulchrum virt. orna. 265
Syrenæ fugiendæ 418
Silentij nota anſer 204
Silentium duci exer. nec. 205
Silentium ornat mulier 204
Solea militiæ ſignum 133
Soleæ inuentæ 516
Solea cum tribus cruc. 128
Sol reſpicit, ſtatua loquitur 167
Sol & Luna in palat. Nerò. 2
Sobrietas 427. 428
Sol numdum in auge. 403
Sol transfixus gladio 392
Sol cur proximus marti 57
Soltani Turca Mater Cathol. 348
Solertia in rebus agendis 15
Soleæ ligneæ 33. 34
Soleæ cum gladio 32
Soleæ cum ſagitta 44
Soliferea 68
Solikowſcii Epitaph 65
Solis liberalitas 5. 13
Sceptrum illeſum ab ign. 123
Scutum nudum 126
Scutum album 93
Scutum abiectum 127
Scutum eſt vellum 300
Scutnm quid repreſ. 300
Scutum cum vmbili 300
Scutum eſt deditio 301
Scutum cum fulgur. 316
Scutum cum falcone 316
Sciurus 15
Sciurus caſtan. aperit 16
Sciurus tranat. 15
Scribendi velocit. 377
Scholaribus cauenda 377
Sciluri faſcia 517
Spes in Deo 3
Spes pro fortitud. 50
Spes ſign. per florem 502
Spoſa regis ætern. 50
Spica vna duo mill. gra. 94
Strutio ſpec. ducis 535
Strutii pennæ 537
Stemmate quid innu. 19
Stemmata ſunt libri 19
Stella piſcis 42
Stellæ quatuor 200
Stella crinita 203. 215
Stella ſign. nobilitatis 202
Skubow 2
Skarbek 2
Sues ob lilia non in Arab. 212
Tabula raſa 300
Temere nil 16
Themiſtocl. troph. 16
Tellus ſnpecata 40
Templum mort. 391
Tempus medicina 234
Tempus quo de Deo 21
Temporis lucrum 182
Theatrum fortu. 126
Teſtante virebo 526
Tentoria Tamerl. 589
Tentoriis victor 389
Tentorium ad conſil. 389
Terra tactu non conta. 34
Terra Chriſtiana 107
Terror in hoſt. quo 535
Titulus hominis Dei 262
Torax Sarmat. 209
Torquatus Manli 172
Tormentor. bell. inuent. 24
Tuba in cœlo 139
Tuba cum liliis 392
Triumphi antiq. 63
Triumphus Pomp. 119
Valachia ante Valeria 459
Vanitas 5
Ve, quibus 277
Veritas dicend. Regi. 382
Veritas coronatur 512

Digitized by Google

INDEX.

Veritas delineatur 512
Veritas inter deos 511
Veritatis catena 4
Vena nobil. laudab. 177
Via Traiana 42
Via ad inferos 100
Via Berſtena 42
Victoria quo fortuna 2
Victoriæ proba 24
Victor duce fort. 33
Victoriæ author 40
Victoriæ annulus 177
Victoria alata. 196
Victoria tria milit. 251
Victores continui 401
Victis opprob. 391
Vigilare ad Domin. 204
Vigilantiæ nota 204
Vigilan. ſign. lepus 385
Vilibandi laus 123
Vilnenſis Cathed. ſtem. 454
Vir & homo diff. 252
Virtutis Symb. 261
Virtutis imago. 16.
Virtuti quæ dulcia 20
Virtutem ſeq. gloria 24
Virtutis quæ pot. glor. 25
Virtutis dignitas 42
Virtus omnia 42
Virtus emergit 51
Virtutes quo fiunt 74
Virtutis circulus 103
Virtutes infin. bos 112
Virtus & vitium 113
Virtutis iter 262
Virtus inſuperab. 281
Virtutis ligatura 383
Virtus ac q. tripl. 383
Virtute & fortitud. 392
Vir bonus quis 433
Vir aut angel. dux 533
Viri cordati arma 458
Virt. & vit. reg. 510
Vir opt. Reip. 108
Virum quæ decent 75
Virgo cum laureis cor. 23
Virgo cum tubis 338
Virgo dux belli 339
Virgo capit ducem 392
Virgo tenet nauem hoſt. 412
Viſus ſenſibus præſtan. 237
Vitellius. 108
Vitellinorum laus 110
Vitulus in Fano 111
Vitulus victima pac. 112
Vitulus fugit à ſacrif. 122
Vitam glor. ſeq. 351
Vitæ caſtæ ſigna 378
Vita bona 452
Vitis cum botro ad col. 117
Volouicii Epitaph. 55
Vota quæ ſuper plac. 315
Voluptas nocet 495
Vulpis aſtutia 250
Vulpis conculcatur 251
Vulpes ſecretariæ 251
Vulpes domeſticæ 251
Vulpis claues fert. 251
Vulpis fingit ſe mort. 251
Vulpes triplices 250
Vulpes victoriam 250
Vulpina pellem 250
Vultus ad ſidera 22
Vultures augur. reg. 196
Vultur moritur à roſa 196
Vultures terror hoſt. 196
Vulnus melleum 338
Vliſſes quom. Achil. cog. 254
Vranoſcopus 22
Vxoris admonitio 75
Vna ſalus certo 400
Zamoſcii laudes. 335. 339. 341

GNOMON

Digitized by Google

GNOMON NOBILIVM IN HOC TOMO PRIMO.

AICHINGER 1720
Akſzak arma Kara 552
Ankwicz Abdank 11
Anibal Krocij 554
Alabanda 21
Alameni 25
Amadei 29
Anſzewſki Ielita
Arciechowſki Grabie 233

BAbecki Cholewá. 105
Babinſki Boyca 59
Babicki Dolegá 156
Bal Gozdawá 225
Balenſki Iáſtrzębiec 332
Baczalſki Gozdawá 226
Báránowſki Grzymałá 270
Barzi Korczák 435
Báłában, Korczak. 444
Báránowſki Iáſtrzęb 327
Białobrodcki Iánináá 307
Białkowſki Biberſtein 48
Barczykowſki Iaśienczyk 312
Bártoſzewſki Boncá 67
Baworſki 31
Beſzowſki Abdank 11
Betman 16
Bełzecki Iáſtrzęb. 325
Beſki Iáſtrzębiec 330
Belkowſki Iáſtrzęb. 327
Biberſten 46
Beikowſki Iáſtrzębiec. 327
Biernawſki Korczak 443
Bylina 32
Bies Kornic 453
Bienkowſki Korwin 464
Bieſiad Ielitá
Biſowſki Iáſtrzębiec 329
Bylicki Brodźic 81
Biſtrzeiowſki Abdank 11
Bielenſki Abdank 11
Bidźinſki 61
Bierult Gołobok 220
Bierecki 225
Bykowſki Gryff 245
Bylęcki qui proprie ſunt Saſinij, ſed cum ex Maſouia tranſierunt in Volbiniam à poſſeſſione Bylce Bylecij vocati fuerunt, armorum Iáſtrzębiec.
Bieganowſki Brog 88
Biedźienſki Iánina 303
Bielſki Iaśienczyk 313
Bieganowſki Grzymałá 270
Bielawſki Iáſtrzęb. 324
Biedźiſławſki Iáſtrzęb. 330
Bielenſki Iunoſzá 370
Bieckowſki 163
Białobrzeſki Abdank 12
Boiemſki Korab 422
Borziminſki Abdank 12
Borzykowſki Abdank 11
Borzymowſki Bylina 36
Bronowſki Korab 421
Brzozowſki Korab 422
Boratinſki Korczak 437
Bránicki Korczak 442
Bodulá 51
Bogoria 56
Bojca 59
Boner 61
Boncá 65
Boniecki Bonca 65
Bonikowſki Brodźic 82
Bokiiow 92
Boglewſki Ielitá
Borzobobaty Ielitá
Borecki Gołobok 219
Bolko Dźiałoſzá 196
Boczkowſki Gozdáwá 228
Bobowſki Griff 247
Boſki Iaśienczyk 313
Bobrowſki Iáſtrzębiec 330
Boruta Iáſtrzębiec 333
Borowſki Iáſtrzębiec 333
Boguſłáwſki Iezierza 349
Boiánowſki Iunoſzá 369
Bobkowſki Korab 421
Bozeiowſki Dria 169
Bobrownicki Doliwá 164
Boruchowſki. Doliwá 165
Buczácki Abdank 9
Budźiſzczewſki Abdank 13
Bukowſki Boncá 67
Bukowiecki Drogoſław 179
Budkowſki Iáſtrzębiec 330
Budźinſki Dabowa 137
Brodá 81
Bronicki 94
Bráčicienſki Boncá 66
Bruſzkowſki Brochwic 78
Bránicki Gołubok 219
Bránicki Gryff 242
Bránicki Iániná 307
Brudnicki Iáſtrzębiec 333
Brzeźicki Iáſtrzębiec 334
Brzeſki Ciołek, Nicolaus erat Cap. Cam. & Gen. Podol. ex Dawidowſka ſuſcepit Dominicum, qui ex Smiotanczanká reliquit liberos 116
Brzeźinſki Doliwá 165
Brulenſki Kolumná 120
Brátnicki Dolegá 151
Błotyſki Biberſten 48
Błotnicki Doliwá 164

CHarzewſki Drużyná 187
Charatanowicz. 277
Cháweilowicz 299
Chadrzewſki Iunoſz 371
Chanſki Korczak 444
Chodorowſki Korczak 434
Chodowſki Paparona 205
Chočimirſki Grábie 236
Chorcewſki Iáſtrzęb. 330
Chodecki Iunoſzá 361
Chorynſki Abdank 12
Choinſki Abdank 4
Chochorowſki Bełty 40
Charleſki Boncá 66
Chodkiewicz 95. 473
Charſzowſki Cholewá 105
Chodzicki Kośčieſza 472
Chadzenſki Ciołek 116
Cholewá 105

)()(2 Cholu-

Cholubicki Korſzak, ſunt in Volhynia, tàm in iure, quàm in dignitatibus conſpicui.
Chryſienſki Korczak 443
Chylenſki Iáſtrzębiec 330
Chycki Gryff 247
Chrynicki 276
Chutkowski Iáſtrzęb. 332
Chroſćielowski Boncá 66
Chráplewski Kolumna 121
Chłapowski Dria 169
Choſczewski Iáſtrzęb. 333
Chwaliboski Iáſtrzęb. 332
Czyby Godźiembá 215
Cebrowski Gołobok 220
Czarnowski Grábie 233
Chamiec Gryff 247
Ciepiel Gryff 241
Czápski Grzymáłá 270
Czernicki Iáſtrzęb. 324
Czeſſowski Iáſtrzęb. 329
Ciołkowski Iáſtrzęb. 332
Cudźnowski Iaſtrzęb. 333
Czáiká Iáſtrzęb. 333
Cieſſinski Iunoſſá 371
Czártkowski Korab 419
Czermienski Ielitá
Cieſſánowski Ielitá
Czáſſá Korczak 434
Czuryło Korczak 437
Cuper Korczak 444
Czernieiowski Korczak 447
Chrzaſtowski Kośćieſſa 472
Chmielik Kotſic 49
Cieklinski Abdank 10.
Czarkowski Abdank 11
Cielatycki Abdank 12
Czechowski Byliná 38
Corski Bogoria 56
Chmielecki Bonca 66
Czermienski Cholewá 105
Ciołek 114
Czarnołoski Ciołek 116
Cieciſſewski Kolumná 120
Cioſnowski Kolumná 121
Columná 121
Cruczynski 125
Czermienski Dębno 147
Czáikowski Dębno 147
Czyminski Dębno 147
Ciemniewski Dolegá 153
Czerny 155
Czyndacki Dolegá 157
Czyzowski Dria 170
Dalwicki Kośćieſſa 471
Danowski Krzywdá 507
Dambrowski Kuſſábá 513
Dambrowski Abdank 12
Dambrowski Dąbowa 137
Dambrowski Drogoſław 179
Dambski Godźiembá 215
Dambrowski Iáſtrzębiec. 332
Dambrowski Korab 421
Dabrowski Dabrowskich 138
Dabrowski Ielitá
Daſſko 528
Damiſſewski Cholewá 105
Derſniak Korczak 435
Dębicki Gryff 246
Dębowski Iáſtrzęb. 333
Dębowski Ielitá
Derſprugowicz Hippocent: Strico 246
Dedinski Gozdáwá 225
Dęborok 148
Dębno 145
Diminski Dolegá 156
Dyſſel Gozdáwá Papr. 474
Domkowski Abdank 11
Bobrzycki Brog 89
Dobrośielski Cholewá 105
Dobrzyniecki Ciołek 114
Dolegá 152
Dobrzykowski 154
Doliwá 161
Dobrogowski Grábie 233
Dobek Gryff 246
Domaſſowski Iáſtrzęb. 331
Dobrzski Iáſtrzęb. 331
Doranski Iáſtrzęb. 332
Domin Iunoſſ. 371
Dobrzynski Ielitá
Domaracki Kownia 493
Dulicz 198
Dubkowski Iunoſſ. 371
Dłuto Abdank 11
Dłuzniewski 154
Dłuski Kotſic 486
Drzewicki Ciołek 116
Dria 169
Drogomierz 175
Drotowski Korczak 438
Drohoth Doliwá 165
Drzewicki Drzewicá 190
Działoſſa 197
Dzierżánowski Gozdáwá 224
Dzierek Nieczuiá 224
Dzierzgowski Iáſtrzęb. 323
Drozdowski Iáſtrzęb. 329
Dzobowski Iáſtrzęb. 330
Dziegelowski Iáſtrzęb. 330
Dziebakowski Iáſtrzęb. 331
Druzbicki Iunoſſá 370
Dziuſſa Kierdei 379
Dziduski Ielitá
Dzieciatkowski Ielitá
Dziugłowski Ielitá
Dziechtárski Dria 170
Dziedzicki Dolegá 580
Dziublewski Dolegá 157
Dzialinski 88. 141
Dzik Doliwá 164
Drzemlik Korczak 443
Drzewinski Korczak 447
Fanuel Ielitá 25
Falencki Byliná 27
Falecki Brog 88
Faletki Iáſtrzęb. 334
Firlei 61. 153
Fogelwander 202
Fredro Bonca 65
Fridrichowski Kornic 452
Gaiowski 17
Ganowski Kuſſábá 514
Garwaski Grzymáłá 267
Gáłęski Korab 421
Gaſecki Bożawola: Hi in Palat: Ploc. à Gaski, in Ciechanouien. à Gaſecyn vocantur, ſemper militia precelſi, Andr. cuius filij Albert. Stanıſ. Ioan. Petrus hoc teſtificati ſunt ſanguine in diuerſis expeditionibus. Extant Petri filij Chriſtoph. Ioan. Martianus.
Gałemski Dolegá 155
Geometer 206

Giedroc

Digitized by Google

INDEX.

Giedroc lineam familiæ à Duc: M. D. L. deducunt, erant magni honoribus & titulis, contra patriæ hoſtes propriis ſumptibus copias deducebant, arma Hippocentaurus 294
Giganski Iunoſzá 372
Gizycki Gozdáwá 224
Goſlicki Grzymálá ſine vito 257
Golocki Iáſtrzębiec 330
Goſtynski Iáſtrzęb. 333
Goſlkowski Iunoſzá 372
Gorzicki Korab 419
Godziatkowski Korab 419
Godaczewski Gozdáwá
Gościminski Bożawola
Gomolinski Ielitá
Gołocki Ielitá
Goleniewski Bylina 37
Gożimirski Bonca 67
Gorzyſzewski Ciołek 116
Gorecki Dolegá 158
Goiski Doliwá 164
Gorzycki Doliwá 164
Gorecki Dria 169
Godziambá 214. 216
Gorzicki Drogoſtaw 179
Gołobok 219
Gorzkowski Godziembá 215
Golanski Iáſtrzęb. 332
Golicki Kotfic 486
Gozdawá 223
Gozdowski Gozdawá 226
Godlewski Gozdawá 227
Golębiowski Gozdawá 227
Gościminski Grábie 233
Goſtynski Gryzimá 252
Goraiski Korczak 436
Gorecki Kornic 453
Gumieniecki 345
Gulczewski 367
Gulinski Bonca
Gutowski Brog 89
Gutowski Ciołek 114
Głuski Ciołek 116
Głuchowski 141
Głowacz Dębno 146
Głębocki Doliwá 165
Glaub Glaubicz 210
Głominski Godziembá 215
Głádyſz Gryff 246
Głoskowski Iáſtrzęb. 327
Glinski Iáſtrzęb. 332
Grzymálá 257
Grudzinski Grzymálá 258
Grzymałtowski Grzymálá 268
Grábowiecki Grzymálá 269
Grebecki Iáſtrzęb. 330
Gráſimowski Iáſtrzęb. 331
Grábowski Iáſtrzęb. 331
Grzebski Iáſtrzęb. 333
Grzywienski Iáſtrzęb. 334
Grochowski Iunoſzá 362
Grzymálá Klámry 392
Gruſzczenski Bylina 37
Grodecki Bylina 38
Grábania Brochwic 78
Gwiazdowski Bogoria 56
Grábski Dolegá 157
Grodziecki Dria 160
Groth Gozdawá 228
Grábiá 231
Gryzimá 252
Groth 254
Grzywa Kościeſzá 372
Grodlinski Kotfic 486
Grochowski Kuſzábá 514
Grodzinski Ex quibus Georgius munificentiſsimus Fundator Conuentus Ordinis Prædicatorum Seinen: in Litb: vbi & Regularis obſeruantia, & ſtudia Philoſophica, & Theologica vigent. Arma Kuſzabá.
Gdeſzynski Gozdawá 227
Gniewoſz Kościeſza 471
Hatto Kolumna 120
Hanski Gozdawá 227
Henindowski Kotfic 486
Herſtowski Drogoſtaw 179
Herburt Auenium occiſum à Valachis Anno 1495. Stricou: fol. 674. meminit. Ioan. Caſtell. Camen. Præfectus Scalen. reliquerat ex Przerębska Nicol. Caſtel. Camen: & Præf. Scaleń. eximium virū in bello & Senatu, qui ex Zolkiewska ſuſcepit filias. Germanus eius tum Kálinowska celebrauit matrimonium.
Helt 282
Helm 282
Hincza Działoſzá 197
Hołowinski 297
Hobolewski Iáſtrzęb. 333
Hotowiecki Korab 421
Horyſzewski Iunoſzá 371
Haski Kierdeia 379
Hołub Krokwy 557
Hołubek Krokwy 550
Horodynski Kur 444
Hornoſtai Hippocentaurus 294. Hi à Ducibus Kiiouień. originem præcipuè ab Olelkone oſtendunt. Iuanus erat Sigiſ. I. Theſaurar. M. D. L. qui facta ratione, de perceptis pleniſſima bis centum mill. S. R. M. obtulit de proprio. Vnde Palat: Nouogrodi, & M. D. L. Marſchalcus, & confinium Regni ad Cerkaſi & Kaniou. Præfectus & tutor renunciatur. Reliquit Gabr. Palat: Breſteń: Capit: Minſceń. & Cameneceń. & Hieronymum qui Tartarorum copiam ad Kámienicā fudit. Samuel Chornoſtai Succamerarius Cyou: ex Goraiska Droboiowſcÿ & Leſczynſcÿ reliquit coniuges.
Hamnicki Gozdawá 227
Humiecki Iunoſzá 365
Iaxá Gryff 239
Ianik Iunoſzá 302
Ianiká Gryff 240
Iázłowiecki Abdank 9
Iáſczułtowski Bylina 37
Iazwiecki Biberſteń. 48
Iánuſzowski Dobowa 137
Iármuſt alias Mlecki Dolegá 156
Iáſtrzębski Dolegá 156
Iaśienski Dolegá 156
Iarunth Gozdawá 224
Iárzobkowski Gozdawá 227
Iáckowski Gozdawá 528
Iaśienski Gozdawá 22

I N D E X.

Ialbrzyk Grábie 233
Iałowicki 299
Iánikowski Iáninà 306
Iároſsowski Iáninà 306
Ianowski Iáninà 307
Iaśienczyk 311
Iábłoński Iaśienczyk 313
Ianowski Iaśienczyk 313
Iaśieniecki 314
Iáſtrzębiec 319
Iankowski Iáſtrzębiec 330
Iádámowski Iaſtrzęb. 333
Iáwor Kośćieſſa 472
Iármolinski Korczak 444
Iároſsewski Kornic 452
Iaśienicki Kornic 452
Iágodynski Korwin 463
Iaśienski 463
Iaikowski Ielitá
Iezierski 61
Iemielicki Bożawola 69
Ierzmánowski Dolegá 157
Iezewski Iáſtrzęb. 323. 324
Ież 345
Ieżierza 347
Iordan 61
Iodłownicki Iáſtrzęb. 334
Iunczyk 353
Ianoſſá 360. 370.
Iurkowski Iáſtrzęb. 334
Iugoſsewski Abdank 11
Izycki Bonca 66
Izyron Gryff 240
Ilgowski 351
Iwicki Kuſſabá 514

K*Arniowski Berſſtein* 43
Kazimirski Biberſſtein 48
Kargowski Bonca 67
Kálinowski Kálinowa 514
Kámienomoiski Gęś 205
Kázánowski Grzymáłá 271
Kaſſewski Iáninà 306
Kanski Iáninà 307
Kárczewski Iaśienczyk 312
Kárski Iáſtrzęb. 331
Kámieński Iáſtrzęb. 333
Kárnicki 351
Kámienski Cholewá 105
Kárpinski Korab 420
Káluſsowski 373
Kárniewski Dabowa 137
Kámocki Ielitá
Kamieński 154
Kárnkowski Iunoſſá 361
Kalecki Kotſic 486
Kádłubski Doliwá 165
Kacki Brocbwic 78. *Ex quibus eximij milites extant in Podolia ad Camenecum, quorum conſanguinea eſt in Ordine Premonſtratenſium Abbatiſſa Craconiæ in Zwierzyniec ab annis 50 exemplaris vitæ.*
Kępski Iáſtrzębiec 324
Kienski Gryff 247
Kierdei 375
Kietlicz 380
Kiśiel 387
Kiżinek 393
Kiſſká Dabowa 137
Kieſſkowski Krzywdá 507
Kierſluc 539
Koniecpolski 146. 186 245
Konarski Abdank 5. 6.
Kołaczkowski Abdank 7
Kowálski Abdank 11
Kolánowski Bogoria 56
Kożietulski Abdank
Kożiká 36
Kośćielecki 61
Kośćiminski Bożawola 69
Komorowski Bożawola 69
Koniecki Brodżic 82.
Koſucki Brog 88
Kozuchowski Kolumná 120
Karniaki Krutzyn 122. 125. *Hi in exteris nationibus Marti & Palladi deditu, ut in Regnum Poloniæ adſciti fuerunt, cum alta proſapia conſanguinitate gaudent, poſteritas eorum patriæ exiſtimationem de ſe reliquit.*
Kobylecki Godziembá 215. *Hi à Lubranſciana proſapia, meritis in Rempub: & pietate in Deum ex antiquo celebri ortum ducentes, poſtea ex Cuiauienſi Terra, in Siradienſem Palatinatum poſſeſſiones ſuas tranſtulerunt, ſemper verò virtutis ſuæ, tam intra quàm extra patriam inſignia dederunt documenta, propter quod etiam Principibus chari, ab ijſq; magnis; officijs præfecti, præclarè ſe geſſerunt in omnibus. Eſt etiam pro tunc ex eorum numero in aula Illuſtriſ: Ducis in Oſtrog, Mart. Kobylecki cuius virtus annos ſuperat, iudicium quoq; & experientia ex longa peregrinatione contracta laudem meretur ab omnibus.*
Kowalewski Dolęga 155
Kośćielecki 242
Koſtká Dabowa 136. *Ex his Chriſtophorus à Palatino Pomeraniæ deſcẽdendo, reliquit Nicolaum, Raphael: Staniſlaũ Theſaurarium Pruſſiæ, Georgium Palat: Malborg. Prebiſlaus quoq; Conradi Maſoviæ Ducis exercituum Præfectus Iacuingos fudit, vt Biel. fol.* 173. *Extat poſteritas ex Duciſſa in Oſtrog. & Pocillatoris Regni Sieniawſcij coniugibus. Alij ſuperſtites optimè de Rege & Patria meriti, vitam & quæ habent effundere parati.*
Kormanski 242
Kotſic 243
Konárski Gryff 247
Kobylnicki Grzymáłá 268
Kołaczkowski Iáninà 308
Koruzwiecki 320
Koſmaczewski Iáſtrzębiec 324
Kozłowski Iáſtrzęb. 329
Kożiebrodczki Iáſtrzęb: 330
Konárski Iáſtrzęb: 35[illegible]
Kopernÿ Iáſtrzębiec 332
Konopnicki Iáſtrzęb. 35[illegible]
Koſmaczewski Iunoſſá 370
Kożinski Kierdei 379

Koilenski

INDEX.

Koilenski 405
Kowalewski Iunoſzá 368
Kołodınski 407
Kálowski Korab 419
Korab 418
Kopáſzyná 409
Kobıernicki Dolegá 155
Koźierowski Dolegá 156
Koło Iunoſzá 360
Kozlaroski Ielitá
Korısko Ielitá
Kołakowski Kośćieſza 472
Kobylski Kośćieſza 472
Korzbok 466
Komorowski Korczak 439
Korbuth Korczak 444
Kornic 453
Korſzak 458
Korwin 462
Kochánowski Korwin 463
Kos 468
Koſak 468
Kośćieſki Kośćieſza 471
Korybuth 526
Korecki 543
Koriat 540
Koſyr 542
Kośćieſza 471
Kulikowski 146
Kurdwanowski Iunoſzá 371
Kuſkowski Iunoſzá 371
Kuchárski Korab 421
Kuzmıcki Iáſtrzęb. 334
Kukowski Iaſtrzęb. 334
Kuczkowski Iáſtrzęb. 331
Kuropátwá Iáſtrzęb. 328. Horum familia iux priuilegia unionis cum Lit: D. clara ante Iagel. tempora.
Kuchárski Iáſtrzęb. 324
Kuklinowski 224
Kuchárski Godźiembá 216
Kulik Drogomir 175
Kurzatkowski Brodźie 82
Kunicki Abdank 12
Kur 509
Kurski 509
Kuſzabá 513
Kurzeski 509 Kur 511
Kurczewicz 511
Krzeczowski Korczak 441
Kriski Kitá 524
Krzicki Kotſic 486
Krzeſz Krose 498. 345.
Kromer 500
Krukberk Krupek 503
Kruczberk Krupek 503
Krupká Krupek 593
Krupski 506
Klonowski Bonca 66
Klonowski Brog 88
Kliczewski Brodźie 82
Krotzewski Grábie 233
Krziſzewski Gryff 248
Kraiewski Iasoenczyk 312
Kráſzowski Iáſtrzęb. 330
Kłębowski Iáſtrzęb. 332
Krzywánski Iáſtrzęb. 332
Krześimowski Iáſtrzęb. 333
Klinski Iunoſzá 368
Krzikowski Iunoſzá 371
Kretkowski 152
Kliczewski Dolegá 156
Kłoczewski Doliwá 163
Klechowski Doliwá 165
Laskowski Korab 322
Laticzynski Gołobok 220
Lanckoronski 320
Laźiemski Iáſtrzęb. 333
Láźicki Iáſtrzęb. 332
Laski Korab 419
Labęcki Korab 420
Laſochowski Ielitá
Lacki Ielita
Lateſzynski Gryff 36. 244
Laskowski Brog 88
Lacki Columná 120
Laſocki Dolegá 162
Lapká Drużyná 186
Laskowski Drużyná 187
Lachodowski Korczak 443
Lazniowski Krzywdá 587
Leſniowski Gryff 245
Lęcki Iániná 306
Lelowski Iunoſzá 372
Lewikowski Abdank 11
Leſczynski Abdank 13
Leſniowolski Columna 120
Lezenski 152
Lipnicki Gołobok 219
Ligęźá 219
Lipski Grábie 231
Lıchowski Iaśienczyk 313
Liſakowski Iáſtrzęb. 330
Liſowski Icź 346
Lipnicki Iunoſzá 366
Lipowiecki Ciołek 116
Liśiecki Dria 170
Lipski Korczak 443
Lobeski Korab 421
Lochocki Iunoſzá 365
Lochowski Byliná 37
Loś Dabowa 137
Loſniewski Kownia 493
Lochowski Kuſzabá 514
Lubowieski Kuſzabá 513
Luſczewski Korczak 493
Lubrzánski Godziembá 214
Lubieniecki 226
Lutomirſki Iáſtrzębiec 324
Lugowſki 270
Luczelinſki Ielita,
Lutenſki Korab 419
Lubicki 66
Lubſtowſki Brog 88
Lubomſki Brog 88
Lubienſki Doliwa 162
Lutosławſki Drogomir 175
Lubomirſki Drużyna 184
Machowſki Abdank 14
Malczewſki Abdank 12
Malecki Ielita
Mazowiecki 56. 154
Malonowſki Cholewa 105
Marſzewſki Cholewa 105
Maćiciowſki Ciołek 114
Makowiecki Dołęga 155
Maliſzewſki Godzemba 215
Maleſzowſki Griff 248
Maciejowſki Ianiná 304
Maier Iaſtrzebiec 323
Máćieiowſki Iaſtrzęb. 327
Manikowſki Iáſtrzęb. 329
Malewſki Iaſtrzęb. 330
Malicki Iunoſzá 370
Marſki Korab 421
Makowſki Ielitá
Małżiewſki Kornin 463
Męcinſki Kośćieſza 472
Milkowſki Abdank 2

Mikołá-

Digitized by Google

I N D E X.

Mikołaiowſki Abdank 11
Minowſki 56
Milewſki Iaſtrzęb. 333
Milanowſki Iaſtrzęb. 333
Milaczewſki Korab 421
Mickałowſki Ielita
Mirzenſki Iaſtrzęb. 333
Miłoſſewſki Koſſiеſſa 472
Myſczenſki Columna 120
Myſkowſki Iaſtrzęb. 152.322.
Miſkowſki Grabie 233
Mysliſowſki Iaſtrzęb. 328
Miſiewſki Ielitá
Miłoſławſki Dolima 161
Mierſki Ielitá
Miiakowſki Iaśienczyk 311
Miroſiewſki Kośćieſſa 472
Mysliborſki Ielitá
Mogilnicki Korczak 443
Mokrzanowſki Bogoria 56
Moraczewſki Cholewa 105
Morawſki Dabowa 137
Monſkwith Dołęgá 150
Mokrzanſki Brochwicz
Moſczynſki 154
Moſtowſki Dołęga 155
Moſciſſ Oſtoja 163
Modliſſewſki Dria 140
Moikowſki Iaſtrzęb. 330
Modrzewſki Ielita
Mokrzanſki Brochwic 78
Morawicki Ielita
Mokrſki Ielita
Młynkowſki Abdank 13
Młochowſki Bylina 37
Młodzianowſki Dabowa 137
Mlicki Dołęga 156
Mſtowſki Druzyna 187
Mniſſkowſki Drzewica 191
Mniſſewſki Grzymała 270
Mſcui Iáſtrzęb. 319
Mniowski Iáſtrzęb. 334
Mleczko Korczab 447
Młodnicki Korwin 447
Mniſſewſki Kośćieſſa 472
Mniſcheck Mniſſek Konczyc 537

NAropinſki Byliná 36
Nadolſki Columná 121
Nadkowſki Dębno 147
Narzimſki Dolegá 153
Naraiowſki Iániná 305
Natko Doliwá 159
Naſiegniewſki 324
Nadſtawſki Korab 421
Narwitowicz Kośćieſſa 474
Nęc Iáſtrzęb. 334
Niezwoienſki Gołobok 220
Niemierza Gozdawá 228
Niſſczycki 326
Niedroski Iáſtrzęb. 330
Niémierski Iáſtrzęb. 331
Niewiegłowski Iáſtrzęb. 333
Niemierza Ieżierza 348
Niemiera Klámry 397
Nowowieski 312
Nowomieyski Iáſtrzęb. 332
Nowiewski IAſtrzęb. 328

OBorski Abdank 12
Oborski Columná 120
Obłow Iáſtrzęb 331
Okun Byliná 37
Ochowski 56
Orzelski Brochwic 75
Omiećinski Iunoſſá 372
Oſmolski Bonca 65
Ośćiſłowski Korczak 443
Oſtrolęcki Ciołek 114
Oleśnicki Dębno 146
Otocki Dolegá 156
Oſowski Dolegá 156
Oſowski Kos 468
Oſtrowicki 157
Osiecki Dria 170
Oſuchowski Gozdawá 227
Oſowſki Griff 245
Oświnowski Griff 246
Oſtrowski Griff 248
Oſtrowski Korczak 443
Oleśnicki Grzymáłá 267
Oleski Grzymála 270
Olbiecki Iániná 306
Oſolinski 321
Oſtrorog 321
Oćieski 325
Orłowski Iáſtrzęb. 327
Orłowski Iunoſſá 367
Oſtrzanowski Iunoſſá 368
Oparski Iunoſſá 370
Oſinski Iunoſſá 371
Oſtrowski Korab 420

PAlczycki Iáſtrzęb. 331
Pac Gozdawá, Papr. 674
Paniewski Godźiembá 214
Páczánowski Ielitá
Pampowski Gozdawá 224
Palecki Brochwicz 78.169
Padniewski Abdank 4.169
Pakoſſ Iáſtrzębiec 331
Páprocki Ielitá
Pawłowski Korwin 463
Pácholomiecki Kownia 492
Páprocki Iáſtrzęb. 333
Pekoſtáwſki Abdank 10
Peſſynski Cholewá 105
Pęczławski Iáſtrzęb. 329
Pełká Iániná 306
Pęczycki Columná 120
Piiánowski Iunoſſá 368
Piaskowsky Iunoſſá 368
Piotrowski Iunoſſá 372
Pieczanowski Korab 419
Piatkowski Korab 419
Pierucki Korab 421
Pioro Bonca 66
Pierſchlenski Brog 88
Pilecki Ciołek 114
Pieniażek Ielitá 197
Pieczychoiski Gozdawá 226
Piotrowski Gozdawá 228
Piiakowski Ielitá
Pieczkowski Ielitá
Piaſecki Iániná 304
Pilichowski Iáſtrzęb. 328
Pieſſkowski Iáſtrzęb. 331
Pilchowski Aichinger
Podoski Iunoſſá 269
Polikowski Iunoſſá 372
Porádowski Korab 420
Poſtękálski Ielitá
Porudenski Byliná 37
Podborecki Byliná 37
Podleski Bogoria 56
Pokrzywnicki Boncá 67
Poſtruski Bonca 67
Połomski Brochwic 78
Politowski Brodźic 82
Ponętowski Brog 87
Poſwinski Ciołek 114
Potworowski Dębno 147

Pozowski

Pozowski Dębno 147
Potrikowski Drogomir 175
Popławski Drzewicá 190
Polánowski Pobog 219
Popowski Gozdawá 228
Pobiedźinski Griff 246
Potulicki Grzymałá 257. 267
Podlodowski Iániná 303
Potocki Iániná 306
Polikowski Iáſtrzęb. 332
Pouczowski Iáſtrzęb. 332
Porębá Iáſtrzęb 333
Páprocki Iáſtrzęb. 333
Porębski Kornic 452
Pochner Kotſic 485
Pogorzelski Krzywdá 507
Potrikowski Kuſſábá 514
Porycki 531
Puciata Kołodyn 408
Pudłowski Kośćieſſá 473
Promieński Ielita 345
Przedźiowski Iunoſſá 368
Przezwicki Abdank 11
Pſárski Abdank 12
Ptaczek Amadei 29
Pſcinski Brog 88
Pruſſkowski Columná 120
Prouana Columná 121
Pſtrokoński Gęś 205
Przezławski Glaubicz 210
Prędborski Gozdawá 226
Pſucki Grábie 231
Prochanski Griff 242
Pſonká Iániná 303
Przezwocki Iániná 306
Przerácki Iaśienczyk 312
Prunski 321
Pſarski Iaſtrzeb. 329
Pzedpielski Iáſtrzęb. 330
Przeracki Iáſtrzęb. 330
Pniewski Iáſtrzęb. 331
Pruchnicki Korczak 440
Prawecki Kośćieſſa 472
Ptaczek Kownia 492

Rádomicki Kotſic 486
Rákowski Kośćieſſá 472
Ráćibor Iáſtrzęb. 333
Ráiski Ielitá
Raczynski Iáſtrzęb. 333
Rádlicki Korab 420
Rádźieiewski Iunoſſá 367
Ráiski Kietlicz 384
Radzánowski Abdank 11
Rádźieiowski Biberſtein 48
Ráymir Abdank 12
Radawiecki Bonça
Rádźiminski Brodźic 82
Rádecki Dria 170
Rátułtowski Dźiałoſſa 97
Radowski Iaśienczyk 313
Rádlinski Griff 248
Rádomski Brodźic 82
Rádecki Godźiembá 215
Reklewski Gozdawá 228
Rebieski Iáſtrzęb. 331
Riſpert 17
Riśieński Brog 88
Ricbárski Dolęgá 157
Rikowski Doliwá 163
Rybski Grzymáłá
Rytwiáński Iáſtrzęb. 320
Rycblowski Iáſtrzęb. 329
Rynká Kroie 443
Rybienski Korzbok 466
Roſtocki 159
Rożycki 159
Rozemberski Iáſtrzęb. 333
Rośćiſſewski Iunoſſá 420
Rogowski Iáſtrzęb. 333
Romiſſowski Ielitá
Rogowski Abdank 11
Románowski Bonca 67
Rogożinski Abdank 12
Roſſewski Ciołek 116
Roskowski Dołęgá 157
Romatowski Drogomir 175
Rogowski Dźiałoſſa 197
Rokutowski Dźiałoſſa 197
Roſá Gozdawá 228
Rozen Gryff 243
Rozrázewski 321
Rodecki Iáſtrzęb. 332
Roznowski Iáſtrzęb. 332
Roćimirſki Korczak 443
Ruśiecki Korab 420
Rupnienſki Drużyná 187
Runowski Dria 170
Ruśinowski Godźiembá 216
Rzeczkowski Bożawola
Rzeſſowski Doliwá 163
Rzezenski Kośćieſſa 472

Sabinek Glaubicz 210
Sapiecha 215
Sadowski Drogomir 175
Saporowski Iunoſſá 360
Sadźinski Iáſtrzęb. 330
Sankowski Krzywdá 507
Saporowski Korczak 443
Sarnicki Kornin 464
Sałapski Kośćieſſa 472
Sczukocki Ielitá
Segrowski Iunoſſá 368
Sepichowski 163
Sebienski Biberſtein 48
Sećigniewski Ielitá
Sienicki Bonca 65
Sypniowski Ielitá
Sieromski Brodźic 82
Sieſtrzewitowski Brog 88
Steninski Dębno 146
Siemianowski Grzymáłá 269
Siedlecki Grzymáłá 271
Siemietkowski Iáſtrzęb. 331
Sierákowski Dolęgá 156
Sielnicki Doliwá 163
Sienicki Krzywdá 507
Sieklucki Kuſſábá 514
Sołomonski Korczak 443
Sokoł Kornic 453
Sobocki Korab 421
Sokołowski Gozdawá 227. 56
Sołowski Gozdawá 227
Sobocki Doliwá 162
Sokoł Gozdawá 228
Solikowski Bonca 65
Sobek Brochwic 76
Sobieiuski Dolęgá 153
Soiecki Grzymáłá 271
Sołomiey Hippocentaurus. Ex his ex Moſchouia Pleſcouiam ad caſtra Steph. Regis tranſierat. Acceperat pro benè meritis villam in diſtrictu Vpicenſi reliquerat filios Theodorum & Ioannem, qui ex Strawinska ſuſcepit Troianum, Petrum, Alexand. Quorum poſteritas digna virtuti, fortitudini molitur.

Digitized by Google

INDEX.

Mikołaiowſki Abdank 11
Minowſki 56
Milewſki Iaſtrzęb. 333
Milanowſki Iaſtrzęb. 333
Milaczewſki Korab 421
Mickałowſki Ielita
Mirzenſki Iaſtrzęb. 333
Miłoſſewſki Koścießa 472
Myſczenſki Columna 120
Myſzkowſki Iaſtrzęb. 152. 322.
Miſkowſki Grabie 233
Myslißowſki Iaſtrzęb. 328
Miſiewſki Ielita
Miłoſławſki Dolima 161
Mierſki Ielita
Miiakowſki Iaśienczyk 311
Miroſiewſki Koścießa 472
Myſliborſki Ielita
Mogilnicki Korczak 443
Mokrzanowſki Bogoria 56
Moraczewſki Cholewa 105
Morawſki Dabowa 137
Monſkwith Dołęga 150
Mokrzanſki Brochwicz
Moſczynſki 154
Moſtowſki Dołęga 155
Moſciß Oſłoja 163
Modlißewſki Dria 140
Moikowſki Iaſtrzęb. 330
Modrzewſki Ielita
Mokrzanſki Brochwic 78
Morawicki Ielita
Mokrſki Ielita
Młynkowſki Abdank 13
Młochowſki Bylina 37
Młodzianowſki Dabowa 137
Młicki Dołęga 156
Mſtowſki Druzyna 187
Mnißkowſki Drzewica 191
Mnißewſki Grzymała 270
Mſcui Iaſtrzęb. 319
Mniowſki Iaſtrzęb. 334
Mleczko Korczak 447
Młodnicki Korwin 447
Mnißewſki Koścießa 472
Mniſcheck Mnißek Konczyc 537

NAropinſki Bylina 36
Nadolſki Columna 121
Nadkowſki Dębno 147
Narzimſki Dołęga 153
Naraiowſki Iánina 305
Natko Doliwa 159
Naſiegniewſki 324
Nadſławſki Korab 421
Narwitowicz Koścießa 474
Nęc Iáſtrzęb. 334
Niezwoienſki Gołobok 220
Niemierza Gozdawa 228
Nißczycki 326
Niedroski Iáſtrzęb. 330
Nieśmierski Iaſtrzęb. 331
Niewięgłowski Iáſtrzęb. 333
Niemierza Ieżierza 348
Niemiera Klámry 397
Nowowieski 312
Nowomieyski Iáſtrzęb. 332
Nowiewski Iáſtrzęb. 328

OBorski Abdank 12
Oborski Columna 120
Obłow Iáſtrzęb 331
Okun Bylina 37
Ochowski 56
Orzelski Brochwic 75
Omiecinski Iunoßa 372
Oſmolski Bonca 65
Ościſłowski Korczak 443
Oſtrołęcki Ciołek 114
Oleśnicki Dębno 146
Otocki Dołęga 156
Oſowski Dołęga 156
Oſowski Kos 468
Oſtrowicki 157
Oſiecki Dria 170
Oſuchowski Gozdawa 227
Oſowſki Griff 245
Oświnowski Griff 246
Oſtrowski Griff 248
Oſtrowski Korczak 443
Oleśnicki Grzymała 267
Oleski Grzymała 270
Olbiecki Iánina 306
Oſolinski 321
Oſtrorog 321
Ocieski 325
Orłowski Iáſtrzęb. 327
Orłowski Iunoßa 367
Oſtrzanowski Iunoßa 368
Oparski Iunoßa 370
Oſinski Iunoßa 371
Oſtrowski Korab 420

PAlczycki Iáſtrzęb. 331
Pac Gozdawa, Papr. 474
Paniewski Godziemba 214
Páczánowski Ielita
Pampowski Gozdawa 224
Palecki Brochwicz 78. 169
Padniewski Abdank 4. 169
Pakoß Iáſtrzębiec 331
Páprocki Ielita
Pawłowski Korwin 463
Pacholowiecki Kownia 491
Páprocki Iáſtrzęb. 333
Pekoſławſki Abdank 10
Peſzynski Cholewa 105
Pęczławski Iáſtrzęb. 329
Pełka Iánina 306
Pęczycki Columna 120
Piiánowski Iunoßa 368
Piaskowsky Iunoßa 368
Piotrowski Iunoßa 372
Pieczanowski Korab 419
Piatkowski Korab 419
Pierucki Korab 421
Pioro Bonca 66
Pierſchlenski Brog 88
Pilecki Ciołek 114
Pieniażek Ielita 187
Pieczychoiski Gozdawa 226
Piotrowski Gozdawa 228
Piiakowski Ielita
Pieczkowski Ielita
Piaſecki Iánina 304
Pilichowski Iáſtrzęb. 328
Pieſzkowski Iáſtrzęb. 331
Pilchowski Aichinger
Podeski Iunoßa 269
Polikowski Iunoßa 372
Porádowski Korab 420
Poſtękálski Ielita
Porudenski Bylina 37
Podborecki Bylina 37
Podleski Bogoria 56
Pokrzywnicki Bonca 67
Poſtruski Bonca 67
Połomski Brochwic 78
Politowski Brodzic 82
Ponętowski Brog 87
Poſwinski Ciołek 114
Potworowski Dębno 147

Pozowski

Digitized by Google

Pozowski Dębno 147
Potrikowski Drogomir 175
Popławski Drzewicá 190
Polánowski Pobog 219
Popowski Gozdawá 228
Pobiedźinski Griff 246
Potulicki Grzymalá 257. 267
Podlodowski Iánina 303
Potocki Iánina 306
Polikowski Iáſtrzęb. 332
Pouczowski Iáſtrzęb. 332
Porębá Iáſtrzęb 333
Páprocki Iáſtrzęb. 333
Porębski Kornic 452
Pochner Kotſic 485
Pogorzelski Krzywdá 507
Potrikowski Kuſſábá 514
Porycki 531
Puciata Kołodyn 408
Pudłowski Kośćieſſá 473
Promieński Ielita 345
Przedźiowski Iunoſſá 368
Przezwicki Abdank 11
Pſárski Abdank 12
Ptaczek Amadei 29
Pſcinski Brog 88
Pruſſkowski Columná 120
Prouana Columná 121
Pſtrokoński Gęś 205
Przecławski Glaubicz 210
Przedborski Gozdawá 226
Pſucki Grábie 231
Prochanski Griff 242
Pſonká Iánina 303
Przewocki Iánina 306
Przerácki Iaśienczyk 312
Prunski 321
Pſarski Iaſtrzeb. 329
Pzedpielski Iáſtrzęb. 330
Przeracki Iáſtrzęb. 330
Pniewski Iáſtrzęb. 331
Pruchnicki Korczak 440
Prawecki Kośćieſſa 472
Ptaczek Kownia 492

RAdomicki Kotſic 486
Rákowski Kośćieſſá 472
Ráćibor Iáſtrzęb. 333
Ráiski Ielitá
Rączynski Iáſtrzęb. 333
Rádlicki Korab 420
Rádźieiewski Iunoſſá 367
Ráiski Kietlicz 384
Radzánowski Abdank 11
Rádźieiowski Biberſtein 48
Ráymir Abdank 12
Radawiecki Bonça
Rádźiminski Brodźic 82
Rádecki Dria 170
Rátułtowski Dźiałoſſa 97
Radowski Iaśienczyk 313
Rádlinski Griff 248
Rádomski Brodźic 82
Rádecki Godźiembá 215
Reklewski Gozdawá 228
Rebieski Iáſtrzęb. 331
Riſpert 17
Riśieński Brog 88
Richárski Dolegá 157
Rikowski Doliwá 163
Rybski Grzymálá
Rytwiański Iáſtrzęb. 320
Rychłowski Iáſtrzęb. 329
Rynká Kroie 443
Rybienski Korzbok 466
Roſtocki 159
Rożycki 159
Rozemberski Iáſtrzęb. 333
Rośćiſſewski Iunoſſá 420
Rogowski Iáſtrzęb. 333
Romiſſowski Ielitá
Rogowski Abdank 11
Románowski Bouca 67
Rogoźinski Abdank 12
Roſſewski Ciołek 116
Roskowski Dołęgá 157
Romatowski Drogomir 175
Rogowski Dźiałoſſa 197
Rokutowski Dźiałoſſa 197
Roſá Gozdawá 228
Rozen Gryff 243
Rozrázewski 321
Rodecki Iáſtrzęb. 332
Roznowski Iáſtrzęb. 332
Roćimirſki Korczak 443
Rusiecki Korab 420
Rupniewſki Drużyná 187
Runowski Dria 170
Ruśinowski Godźiembá 216
Rzeczkowski Bożawola
Rzeſſowski Doliwá 163
Rzezenski Kośćieſſa 472

SAbinek Glaubicz 210
Sapiecha 215
Sadowski Drogomir 175
Saporowski Iunoſſá 360
Sadźinski Iáſtrzęb. 330
Sankowski Krzywdá 507
Saporowski Korczak 443
Sarnicki Korwin 464
Sałapski Kośćieſſa 472
Sczukocki Ielita
Segrowski Iunoſſá 368
Sepichowski 163
Sebienski Biberſtein 48
Secigniewski Ielitá
Sienicki Bonea 65
Sypniowski Ielitá
Sieromski Brodźic 82
Sieſtrzewitowski Brog 88
Sieninski Dębno 146
Siemianowski Grzymálá 269
Siedlecki Grzymálá 271
Siemietkowski Iáſtrzęb. 331
Sierákowski Dolegá 156
Sielnicki Doliwá 163
Sienicki Krzywdá 507
Sieklucki Kuſſábá 514
Sołomonski Korczak 443
Sokoł Kornic 453
Sobocki Korab 421
Sokołowski Gozdawá 227. 56
Sołowski Gozdawá 227
Sobocki Doliwá 162
Sokoł Gozdawá 228
Solikowski Bonca 65
Sobek Brochwic 76
Sobieiuski Dolegá 153
Soiecki Grzymálá 271
Sołomiey Hippocentaurus. Ex his ex Moſchouia Pleſcouiam ad caſtra Steph. Regis tranſierat. Acceperat pro benè meritis villam in diſtrictu Vpicenſi reliquerat filios Theodorum & Ioannem, qui ex Strawinska ſuſcepit Troianum, Petrum, Alexand. Quorum poſteritas digna virtuti, fortitudini molitur.

XXXX Sobieski

Sobieski Iániná 304
Solomirecki 325
Sokolnicki Iáſtrzęb. 331
Suskráiewski Kownia 492
Sutkowski Korczak 445
Suchodolski Abdank
Suskráiewski Amadei 29
Szlimá 155
Sulimowski Dębno 147
Suchywilk Grzymáłá 267
Suchodolski Iániná 306
Sulaczewski Iáſtrzęb. 331
Suchodolski Iunoßá 367
Skárbek Abdank 2. 3. 6.
Skoroßewski Abdank 12
Skupienski Byliná 37
Skokowski Bonca 66
Skoczewski Bonca 67
Skarßowski Brog 87
Skulimowski Brog 88
Skronski Dębno 147
Skubáiewski Iáſtrzęb. 324
Skrzetuski Iáſtrzęb. 331
Skoreßowski Iunoßá 372
Skidżinski Kietlicz 384
Skalski Korab 421
Skáßowski Grábie 232
Skotowski Dolegá 157
Skępski Doliwá 164
Skotnicki Drużyná 186
Skorutá Korczak 443
Słomowski Abdank 10
Słupski Brog 88
Słoſowski 312
Sławecki Iáſtrzęb. 331
Sluskowski Iunoßá 370
Slimnicki Korab 420
Słuzowiecki Dolegá 156
Słucki Dolegá 155
Sloncewski Koścießa 471
Sleßynski Doliwá 165
Sczypierski Grábie 223
Sczytski Doliwá 163
Sczukocki Ielitá
Sczepanowski Kornic 453
Smiotanká Korczak 443. 236
Smolik Kotſic 486
Smielowski Brog 88
Smerzenski Grzymáłá 268
Smogulecki Grzymała 273
Smolski Iaſtrzęb. 331
Sniechiiowski Belty 40
Snoſowski Godżiembá 216
Sreczkowski Doliwa 161
Srzemski Droboſław 170
Srzedżinski 36
Strzeßkowski Bonca 65
Strzebiecki Bonca 66
Stroikowski 66
Strumienski Ielitá
Stużenski 244
Stániſławski Gryff 247
Studżienski Griff 248
Stárzinski Grizimá 252
Stoieski Iániná 306
Strupiechowski 313
Strzembos Iáſtrzęb. 328
Staßkowski Bogoria 56. 154
Stokowski Ielitá
Stoiewski Dębno 147
Strzezkowski Iáſtrzęb. 331
Skrzetuski Iáſtrzęb. 331
Stemczenski Doliwá 162
Stronski Doliwá 164
Stawski Korczak 447
Strzegomia 471
Strzałá Kotſic 490
Strusienski Kußábá 514
Stawiski Iáſtrzęb. 332
Strus Korczak 438
Strzyzowski Gozdawá 226
Sworcz Bozezdarz 75
Swidriger Grzymáłá 267
Swiecicki Krzywdá 507
Swiecicki Iáſtrzęb. 334
Swierkowski Grábie 233
Swiczewski Grábie 223
Szeczemski Iáſtrzęb. 331
Szerzinski Iunoßá 367
Szarzenski Iunoßá 367
Szaniáwski Iunoßá 368
Szydłowiecki Gęś
Szalowski Brochwic 78
Szumienski Brog 88
Szulenski Iáſtrzęb. 324
Szomanski Iáſtrzęb. 330
Szumlanski Korczak 447
Szerebcinski Korczak 447
Szerebriski Korczak 447
Szulißewski Koścießa 472

T

Targo Koścießa 472
Tarnowski Ielitá
Taruz Korab 422
Tanski Iaſtrzęb. 338
Taránowski Byliná 38
Tárnawski Iániná 225 307
Tęczynski 202. 322
Tęgoborſkij 187
Tymicki Iáſtrzęb. 339
Tylicki 36
Tyránski 155
Tomaßewski Bonca 66
Tur Kownia 493
Turski Griff 246
Turkowicki Gozdawá 227
Turski Dolega 157
Tłubicki Iaſtrzęb. 330
Trzcinski 326
Trzepienski Iáſtrzęb. 338
Troian Iunoßa 378
Tluchowski Cholewá 105
Trzecki Doliwa 164
Trapcenski Dria 120
Trußko Drogoſław 179
Trzeciecki Griff 243
Troiecki Gryff 264
Tronowski Koścießa

V

VByß Cholewá 105
Vbnienski Iunoßá 371
Vchacz Iáſtrzęb. 331
Vlinski Dolegá 155
Vrzazowski Iániná 306
Vnießowski Iániná 306
Vtennßewic Kintarus, cuius filius Swintoroch: Stric: fol. 344.

W

WAſczynski Korczak 442
Wárßewicki Kußábá 513
Wárßycki Abdank
Warzycki Abdank
Wazenski Abdank
Warpes Iaśienczyk 313
Wawrowski Iáſtrzęb 335
Wangrowski Byliná 37
Waſnienski Bonca 67
Walewski Columna 120
Waldowski Dolegá 157
Wereſczynski Korczak 442
Węzykowski Kotſic 486

INDEX.

Węgierski Bylina 38
Węgorzowski Brog 88
Węglinski Godźiembá 214
Wierſchlinski Berſten 43
Wilczek Bialina 45
Wilgá Bonca 67
Wirßowicki Bratczyce 72
Wiktor Brochwic 78
Wyskiwiec Cholewá 105
Wielick Cholewá 105
Wierzeiski 169
Wyſocki Dria 16
Wieczkowski Drogoſław 179
Wieruski Drużyna 186
Wilam Godźiembá 215
Wyſocki Godźiembá 225
Wiśieński Grábie 233
Witulski Gozdáwá 228
Wiktorowski Gryff 246
Wieyski Gryff 248
Wilkowski Griff 248
Wierzbięta Iániná 302
Wilkanowski 323
Witoſláwski Iáſtrzęb. 330
Wierożebski Iáſtrzęb. 331
Wyzgá Iáſtrzęb. 332
Wierzbicki Iáſtrzęb. 334
Wielicki Iunoßá 367
Wilchorski Kierdeia 379
Witowski Brochwic 78
Wilczek Kownia 495
Wilkowski Kotſic 486
Wryskolski Kotſic 486
Woiewodzki Abdank 11
Wołczek Abdank 12
Woienkowski Abdank 13
Wolski Byliná 38
Wołowicz Bogoria 56
Worakowski Brochwic 78
Woſinowski Brog 88
Woznicki Ciołek 116
Wołucki Gęś 205
Wozućinski Godźiembá 215
Wolicki Iániná 307
Woiſławski Iunoßá 368
Wolcki Iáſtrzęb. 331
Wolski Iunoßá 371
Woroná Kmitow 403
Woronowicz Kmitow 404
Woyſláwski Korab 421
Wołodyiowski Korczak 446
Wodynski Kośćießa 471
Wolski Kośćießa 472
Woiſnar Kot marski 481
Woroniecki 531
Wſkrzenski Grzymálá 268
Wroblowski Iaſtrzęb. 329
Zamoski Ielitá 66. 340
Zamoiski Grzymálá 268
Zádźik Korab 421
Zawácki Brodźic 82
Zagorski 61
Zaleski Dolegá 156
Zabieński Dolegá 157
Zácharzewski Doliwá 164
Záiackowski Drzewicá 199
Zawißá Sulimá 243
Zakliká Topor 245
Zaporski Gryff 245
Zamiechowski Gryff 246
Zaduski Iániná 305
Zawieprzki Iániná 306
Zawádźicki Iániná 306
Zarczynski 326
Zakrzewski Iáſtrzęb. 329
Zaleſicki Iáſtrzęb. 330
Zawidcki Iáſtrzęb. 331
Zawádźicki Iáſtrzęb. 332
Zawiſtowski Iaſtrzęb. 332
Zadorski Iáſtrzęb. 333
Zawłocki Iunoßá 368
Załuski Iunoßá 371
Zaiac 386
Zalinski Iunoßá 367
Zaleski Ielita
Zaránek Korczak 447
Zakrzewski Kośćießa 472
Załuski Kośćießa 472
Záiglicz Korzbok 466. 61
Zakrzewski Ielita 4
Zerzynski Kośćießa 472
Zeligowski Byliná 38
Zelenski Ciołek 116
Zerzinski Iániná 306
Zegocki Iaſtrzęb. 333
Zerowski Ielita
Zelázo Iczierza 348
Zawibunt Hippocent. Stric: fol. 246. Cuius filius Kukouoitus Stric: fol. 282.
Zydowski Doliwá 163
Zielecki Doliwá 164
Ziemiecki Dria 169
Zielenski Ciołek Pal: Płoc. 116
Zielinski 345
Ziolkowski Korczak 447
Zochowski Brodźic 82
Zełádá Dub 194
Zorawinski Korczak 435
Zoratinski Korczak 447
Zupek Kuſábá 514
Zulicki Iániná 307
Zukowski Iáſtrzęb. 333
Zbáraski 530
Zboroński Iáſtrzęb. 320
Zbroski Iaśienczyk 313
Zberkmuł Kuſiábá 514
Zdychowski Kośćießa 472
Zdźiarski Gozdawá 226. 82
Zdunowski Iáſtrzęb. 330
Zgierski Dabowa 137
Zgorski Kotſic 486

Errata ſic corrige.

Numerabis folium, numerabis & verſum, vel à principio vel à fine.

Folio 5. verſu 15. ſcriptum lege ſtrictum.
11. ℣. 2. & lege ex ℣. 3. Adde Natus.
14. ℣. 2. mane l. manet.
20. ℣. 8. Arripe l. arripere. licet l. liceat.
24. ℣. 15. à nobis l. ab omnibus. ℣. 2. à fine cohoneſtari vt fuerint l. cohoneſtare non fuerunt.
30. Baworowſcij lege Bauorſcij.
37. ℣. 22. produxit, l. productio. ℣. 33. ex patre & matre, adde, terra & peccato. Hoc eos &c.
59. ℣. 10. à fine, quis l. quidam.
40. ad finem Gorgius lege Gordius.
47. ℣. 16. Achaias l. Achaicis.
℣. 22. Micander l. Minander.
℣. 11. à fine memorans l. memorandum.
54. ℣. 23. de filio l. de filo.
55. ℣. 11 infælices l. fælices.
58. ℣. 13. à fine. Heraclium l. Heraclius.
℣. 12. interrogabat l. in terra orabat.
71. ℣. 9. videlicet adde & cupreſſi.
22. Bozezdarz Deus fauet l. faueas.
83. ℣. 4. à fine adde, Nunquam ſatis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur.
84. ℣. 14. à fine, talenetis l. talentis.
34. ℣. 9. per auia l. inuia.
℣. 10. poſt l. per
102. ℣. 9. à fine equo l. equi
101. ℣. 19. à fine Chodkieuiciorum, adde diceres. An non germen fortunarum Chodkieuiciorũ eſt cum adoleſcẽtem &c.
104. ℣. 14 à fine cauſam l. caſum.
118. ℣. 1. excellentibus, lege excellentes & ingenio prædití.
135. ℣. 5. peridum l. periodum
139. ℣. 10. annorum l. armorum
207. ℣. 15. à fine, pectoris l. pectusque
311. ℣. 6. allendo l. alludendo
422. ℣. 14. à fine, vt lege ne.

Cætera Errata prudens Lector animaduertet.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google